PRAXEOS MEDICAE VNIVERSAE PRAECEPTA

AVCTORE J. Wnidw

IOSEPHO FRANK

AVGVSTISSIMO IMPERATORI ET TOTIVS ROSSIAE AVTOCRATORI A CONSILIIS STATVS, EQVITE ORD. ST. ANNAE II. CLASSIS, ST. WLODIMIR IV. CLASSIS, LILIO GALLICO DECORATO, THERAPIAE SPECIALIS ET CLINICES IN CAESAREA VNIVERSITATE VILNENSI PROFESSORE, AC SEMINARII MEDICI IMPERATORIS MVNIFICENTIA CONDITI PRAEFECTO, CONSILII MEDICI PETROPOLITANI ET CAESAREAE ACADEMIAE MEDICO-CHIRVRGICAE, SOCIETATVM PHILANTHROPICAE ET PHARMACEVTICAE PETROPOLITANAE, NATVRAE SCRVTATORVM MOSQVENSIS, CAESAREAE MEDICORVM ET BENEFICORVM VILNENSIS, ACADEMIAE MEDICORVM VENETAE, SOCIETATIS AGRICVLTVRAE STVDIOSORVM FLORENTINAE, SCIENTIARVM ET ARTIVM ARGENTORATENSIS, ACADEMIAE MEDICAE, SOCIETATVM GALVANICAE ET MEDICAE PARISIN. R. JENNERIANAE, MEDICORVM ET NOSOCOMII A GVYO LONDINI DENOMINATAE, ORDINIS MEDICO-CHIRVRGORVM LVCCENSIS, SOCIETATIS PHYSICO-MEDICAE ERLANGENSIS, MEDICAE MARSILIANAE, LITERARIAE CVM VNIVERSITATE STVDIORVM CRACOVIENSI CONIVNCTAE, R. VARSOVIENSIS ETC. ETC. SODALI.

PARTIS SECVNDAE VOLVMEN PRIMVM, SECTIO SECVNDA,

CONTINENS

DOCTRINAM DE MORBIS COLVMNAE VERTEBRALIS, SINGVLORVM NERVORVM ALIISQVE EX VARIIS SYSTEMATIS NERVOSI PARTIBVS ORTVM HABENTIBVS NEC NON OCVLORVM, AVRIVM, NARIVM ET CAVITATVM NASALIVM.

LIPSIAE

SVMPTIBVS BIBLIOPOLII KUEHNIANI

CIƆIƆCCCXXI.

DE MORBIS COLUMNAE VERTEBRALIS.

Caput I.

De morbis columnae vertebralis in genere.

§. I.

Doctrinae limites, dignitas et literatura.

1. Sicuti fundamenta doctrinae morborum encephali in capitibus de cephalaea, encephalitide et hydrocephalo jecimus, illius autem complementum pro tractatu apoplexiae, catalepseos et vesaniarum reservavimus; ita fundamenta doctrinae morborum columnae vertebralis in capitibus de rhachialgia, rhachialgitide et hydrorhachitide jaciemus, illius autem complementum pro tractatu de paralysi, tetano et variis convulsionum generibus reservamus. Quemadmodum enim exercitium facultatum animi a cerebro regitur, sic musculorum illud a medulla spinali. D. limites.

2. Quanti hinc columna vertebralis in oeconomia corporis humani sit momenti, patet. Ac re quidem vera, si perpendamus specum vertebralem, capiti, trunco et pelvi ut fulcrum inservire, vertebras cervicales, dorsales, lumbares et sacrales omne, quod inter encephali basin et coccygis os intercedit, spatium occupare, ac simul cum membranis, meningum propaginibus, me- D. dignitas.

dullam, pretiosissimam cerebri continuationem, amplecti et tueri, — ex hac autem medulla nervorum seriem intercostalem undique locupletantem proficisci atque tali pacto ipsa illa medulla iterum cum cerebro ac tandem cum gangliis et visceribus thoracis, abdominis et pelvis nexu arctissimo jungi et praeterea medullam spinalem nervos largiri diaphragmati [1], partibus genitalibus [2], vesicae urinariae [3], sphyncteri ani [4], extremitatibus superioribus [5], et inferioribus [6], musculis occipitis [7], colli [8], nuchae [9], dorsi [10], lumborum

1) Nervorum cervicalium paris quarti ramus anterior, ramo paris tertii junctus et nervi dorsales inferiores.

2) Nervus spermaticus externus ex primo et secundo pari nervorum lumbalium; ac nervus pudendalis communis ex nervis sacralibus tribus inferioribus ortum ducentes.

3) Quatenus nervi sacrales ad plexum hypogastricum formandum concurrunt, et directe quoque vesicam adeunt.

4) Ex ramis parvulis nervorum sacralium ultimorum.

5) E plexu brachiali quatuor nervis cervicalibus inferioribus et primo dorsali originem debente.

6) 1. *Nervus cruralis* ex ramis anterioribus secundi, tertii et quarti nervi lumbaris. 2. *Nervus obturatorius* ex secundo et tertio nervo lumbari. 3. *Nervus ischiadicus* ex plexu ischiadico, qui ex connubio quarti et quinti nervi lumbaris; primi, secundi et tertii nervi sacralis emergit, et 4) *Nervus cutaneus anterior* ex pari secundo et tertio nervorum lumbalium.

7) Nervorum cervicalium par primum, secundum, tertium et quartum.

8) Potissimum par primum et quartum nervorum cervicalium.

borum [11]), pectoris [12]), abdominis [13]), et universo paene systemati dermoideo [14]); — sique perpendamus vertebras et partes annexas, singulis caussis morborum ossium, cartilaginum et ligamentorum obnoxias esse, — membranas medullam spinalem cingentes, mala quotquot sunt cum cerebri meningibus aliisque membranis communia agnoscere, — ipsamque medullam spinalem veluti pulpam nerveam in genere pati, — atque spatium exstans inter vertebras et duram matrem, inter duram matrem et arachnoideam (ligamentum denticulatum formantem) et inter arachnoideam et piam matrem, iisdem aerumnis ac reliquae corporis humani cavitates subjici, — ac postremo vasa sanguinea et lymphatica specus vertebralis sua agnoscere mala, — si, inquam, haec omnia perpendamus; morborum corporis humani nullibi fontem uberiorem quam in columna vertebrali exstare, fateri adigemur.

3. Quamobrem semper in ea versati sumus opinione, nil magis medicorum plebem a principibus D. literatura.

9) Ramus posterior paris quinti nervorum cervicalium.
10) Par sextum, septimum et octavum nervorum cervicalium, rami posteriores nervorum dorsalium et sacralium.
11) Nervi bini dorsales inferiores.
12) Par quartum nervorum cervicalium et nervorum dorsalium rami anteriores.
13) Nervi duo ultimi dorsales et nervi lumbares.
14) P. II. Vol. I. Sect. I. Cap. 1. §. III. 60.

pibus in arte omni aevo distinxisse, quam ignoratio vel notio morborum columnae vertebralis. Atque hic ad GALENUM, stupendum de morbis spinae scriptorem [15]), provocamus, qui medicos deplorat [16]), quatenus pharmaca ipsis partibus a paralysi correptis, et nequaquam, ut deberent, locis, ex quibus nervi has partes adeuntes oriuntur (columnae scilicet vertebrali), admovent. Ipse vero GALENUS elementa doctrinae de morbis spinae ex HIPPOCRATE hausit [17]). Quanta enim divi senis in morbis istiusmodi dignoscendis fuerit sagacitas, quaevis fere operum pagina ostendit [18]). Si vero quaeras, undenam HIPPOCRATES notiones de morbis columnae vertebralis acquisiverit, respondemus, quammaxime ex *pathologia vulnerum*, securissimo doctrinarum medicarum fonte [19]).

Et

15) De locis affectis Ed. Chart. L. I. C. 6. p. 7. L. II. C. 6. L. III. C. 8. 10. L. IV. C. 3. 4. 6. L. V. C. 3. L. VI. C. 4. De usu partium L. 1. C. 16. Ed. Chart. T. IV. p. 299. De nervorum dissectione C. I. Ed. Chart. T. IV. p. 241. De motu musculorum L. I. C. I. Ed. Chart. T. V. p. 364.

16) De locis affectis Lib. V. Cap. 4. p. 35. a. Lib. IV. Cap. 4. p. 5. a.

17) In librum HIPPOCRATIS de articulis commentaria IV. Ed. Chart. T. XII.

18) Praedict. L. II. 2. C. 26. Ed. Lind. T. I. p. 506. De articulis C. 37. p. 793. C. 38. p. 794. C. 43. p. 799. 800. C. 46. p. 803. C. 48. p. 805. C. 50. p. 807.

19) E. c. si laesa per violentiam externam vertebra, qualiscunque symptomatum determinata series evolvitur,

Et CELSUS doctrinam huc spectantem chirurgiae debuit [20]. Praeter HIPPOCRATEM, GALENUM et CELSUM, de morbis columnae vertebralis inter antiquos bene meruerunt ARETAEUS [21], ALEXANDER TRALLIANUS [22] et PAULUS AEGINETA [23]. Quorum auctorum doctrinis nil plane a posteris ad restaurationem anatomiae usque additum est. Tunc autem structuram medullae spinalis magis magisque illustrarunt BARTHOLINUS [24], BLASIUS [25], VIEUSSENS [26], HUBER [27], MONRO [28], FROTSCHER [29], LUDWIG [30] et GALL [31]. Nihilominus

talis series symptomatum si dein ex caussis internis oriatur, facultas, ad affectionem ejusdem vertebrae jure meritoque concludendi, impertita est.

20) De medicina L. V. C. 2. p. 266. C. 26. N. 17. Ed. Targae p. 270. L. VI. C. 13. p. 525. L. VIII. C. 14. p. 525.

21) Diuturnorum Lib. I. Cap. I.

22) De Art. Med. L. I. Cap. 16.

23) Lib. 6. C. 117. p. 336.

24) Anatom. renovat. Lib. III. C. 3.

25) Anatome medull. spinal. et nervorum inde provenient. Amstel. 1662.

26 Nevrographia universalis. Lugd. 1681.

27) Progr. de medulla spinali. Goett. 1739. De medulla spinali, speciat. de nerv. ab ea provenient. commentatio. Goett. 1741.

28) *Observations . . . . on the nervous system. Edinb.* 1783.

29) De medulla spinali, ejusque nervis. Erlang. 1788. Recus. in LUDWIG script. nevrolog. min. T. IV. p. 70.

30) Icones anatomicae. Lips. 1789. Tab. I.

minus praxis medica parum inde lucri accepit. Quo tempore enim chirurgia auctores classicos de morbis spinae POTT [32]) scilicet et PALETTAM [33]) celebrabat, multaque opuscula de vertebrarum luxationibus [34]), fracturis [35]) et carie [36]) possidebat;

31) *Anatomie et physiologie du système nerveux. Paris.* Tab. 1. 2.

32) *Bemerk. üb. diej. Art d. Lähmungen d. untern Gliedmassen, welche man häufig bey e. Krümmung d. Rückgrats findet. Leipz.* 1786.

33) *Anatomisch-patholog. Beobacht. üb. d. mit Lähmung verbund. Krümmung des Rückgrats. Tübing.* 1794.

34) Diss. de contorsione vertebr. Jen. 1668. DEGGELER Diss. de luxatione vertebr. Altorf. 1707. CUENOTTE Diss. sistens casum subluxat. vertebrae dorsi cum fractura complicatae, duodecima demum hebdomade funestae. Argent. 1761. MURRAY de spinae dorsi luxat. Ups. 1780. v. *Abh. d. Schwed. Aerzte.* 1. *B.* p. 159. C. G. LUDWIG Progr. de luxat. vertebr. colli a medico forensi circumspecte disquirenda. Lips. 1767. v. Advers. Pract. II. Vol. 2. p. 253. SOEMMERRING *Bemerk. üb. Verrenk. u. Bruch d. Rückgrats. Berl.* 1793. JOERG *Ueb. d. Verkrümmungen d. menschl. Körpers u. e. rationelle sichere Heilart derselb. Leipz.* 1810. NEWMAN *Observ. d'une luxation des vertèbres cervicales. trad. du* Medical Repertory p. LEVESQUE-LASOURCE in *Journ. de méd. chir. et pharm.* 1815. *Decbr.* p. 362.

35) Progr. de paraplegia ex fract. vertebr. colli. Lips. 1767. Cfr. MORGAGNI de sed. et caus. morb. Epist. LVI. Art. 35. LAMOTTE chirurg. observ. 348. CHARLES BELL *surg. observations, being a quart. report of cases treated in the Middlesex hosp. Lond.* 1816. *N. V. report.*

bat; medici praeter observationes de morbis medullae spinalis in operibus anatomiae pathologicae [37], et in tractatibus de spina bifida [38] et paralysi [39] obvenientes, plane nil exhibere potuerant; donec I. P. Frank [40] tanti argumenti dignitatem viriliter doctissimeque inculcaverit, nosque maxime ad inflammationem medullae spinalis, a Valeriola non plane ignoratam [41], multorum sane morborum chronicorum scaturiginem, attentos reddidit. Secuti sunt: S. G. Vogel [42], Portal [43], Haefner [44], Bergamaschi [45], Brera [46], Autenrieth [47], Mussy [48], Niel [49],

Schmalz

36) Hunauld Diss. an ab ictu, lapsu, nisuve, quandoque vertebrarum caries. Paris. 1742.

37) P. I. Vol. I. §. IX. 11.

38) Cap. IV. §. XVII.

39) Cap. XII.

40) Orat. de vertebr. column. in morb. dignitate. Ticin. 1791. v. *Abh. f. pr. A.* 15. *Bd.* p. 260.

41) Obs. medic. Lib. V. p. 304.

42) *Handb. d. pr. Arzn.* 4. *Th.* 1795. p. 32—35.

43) *Observ. sur la nature et le traitement du rachitisme, ou de courb. de la colonne vertebr. et de celles des extrémités inf. Paris* 1797. Versio germanica, qua utor, Lips. comparuit 1798.

44) Diss. de Medullae spin. inflamm. Marb. 1799.

45) *Osserv. sulla infiammazione della spinale midolla e delle sue membrane. Pavia* 1810. *Sulla mielitide stenica e sul tetano. Pavia* 1820.

46) *Della Rachialgitide cenni patolog.* v. *Atti dell' Acad. Ital. delle scienze, lettere ed arti I. Vol. Livorn.* 1810.

SCHMALZ [50]), GAUTIER DE CLAUBRY [51]), BAYNTON [52]), GORDON [53]), HEER [54]), LATOUR [55]), HARLESS [56]) COPELAND [57]), COLLINGWOOD [58]), DZONDI [59]), RACCHETTI [60]), CHOULANT [61]).

§. II.

47) Diss. observ. laes. medullae spin. Tubing. 1811.

48) *Hist. de quelq. affect. de la colonne vertebr. et du prolongement rhach. de l'encéphale. Paris* 1812.

49) *Sur l'espine* v. CORVISART *Journal de Méd.* 1812.

50) *Diagnostic. in Tab.* 2. *Aufl.* 1812. *Tab.* 57.

51) v. HARLESS *N. Journ. d. ausl. med. chir. Litt. IX. B.* 2. *St.*

52) *An account of a successfull method of treating diseas. of the spine, with observ. and cas. in illustr. Lond.* 1813.

53) Diss. de morbo vertebrarum. Edinb. 1813.

54) Diss. de inflamm. medullae spin. Erlang. 1813.

55) HARLESS *Neues Journal etc. VII—VIII. B.*

56) *Ueb. d. Entzünd. d. Rückenmarks. Nürnb.* 1814.

57) *Observ. on the symptoms and treatement of the diseased spine, more partic. relat. incip. stages, with some remarks on the consequent palsy. Lond.* 1815. Vers. germ. Kiliani (*Leipz.* 1819.) utor.

58) *The Lond. med. and phys. journ.* 1816. *Vol.* 36.

59) *Ueb. Nervenentzündung, insonderh. üb. Entzünd. d. Rückenmarks. e. Beitrag z. Vervollkommn. d. Heilk. Halle* 1816. p. 120.

60) *Della struttura, delle funzioni, e delle malattie della midolla spin. Milano* 1816.

61) Decas pelvium spinarumque deformatarum, quam adject. nonnull. annotat. descript. exhib. etc. Lips. 1818.

§. II.

De morbis cum peculiari columnae vertebralis affectione.

1. Priusquam autem ad ipsam doctrinam vitiorum columnae vertebralis perveniamus, generatim in morbos, *quibus peculiaris columnae vertebralis affectio familiaris est*, oculi ictum conjiciemus. Generatim.

2. *Febres intermittentes* plerumque frigore a *lumbis per spinam assurgente* 62) ordiuntur, quaeque, dum ut *perniciosae tetanicae* et *epilepticae* decurrunt, affectionis inflammatoriae medullae spinalis suspicionem movent 63). Fonticulis lateribus spinae lumbalis appositis, typum febris quartanae rebellis debellavimus. *Febris typhoidea acuta* ut plurimum *lumborum dolore* invadit 64), qui dolor quo magis saevit, eo graviorem morbum indicat 65). Neque aliter res in *febre nervosa lenta Huxhami* se habet 66). In utraque febre frictiones spirituosae secundum spinae curriculum institutae, periclitantem vitam haud raro restaurant 67). *Febres rheumaticae*, quo magis involucra Febres.

62) P. I. Vol. I. §. XXII. 2. p. 11.

63) Cfr. Cap. XII. et XIV.

64) l. c. §. XLIX. 1. p. 128.

65) l. c. §. LII. 2. p. 159. De febre Glascoviae regnante et affect. inflammat. cerebri et medullae spin. stipata, lege Sym in *the Edinburgh. med. surg. journ.* 1818. N. 55.

66) l. c. §. LIII. 3. p. 161.

67) l. c. §. LV. 27. p. 196.

cra medullae spinalis, inprimis circa cervicem laedunt; eo graviores esse, eoque facilius notas typhoideas exhibere solent.

Exanthemata et impetigines.

3. Quum cutis a spina nervos maxime accipiat[68]), conditiones illius morbosae in febribus typhoideis, e. c *peticulae*, *ecchymomata*, a labefactatione principii nervei medullae spinalis repeti possint. De miliaribus ex medullae spinalis laesione ortum trahentibus jam monuimus[69]). Et *zoster* hemiplegiarum ad instar, dimidium tantum corporis latus, et quidem plerumque a spinae dimidio ad lineae albae dimidium occupans, ac gravibus quandoque symptomatibus, ut anxietate, lipothymia, stipatus, forte nexum cum affectione medullae spinalis habet. *Variolarum* contagium primos effectus in medullam spinalem exercere, dolor dorsi et lumborum stadium invasionis comitans, indicat, qui dolor, quo major est, eo graviorem morbum designat[70]). *Lepram*, morbum scilicet cutis systemati nervoso infensissimum, maxime medullam spinalem aggredi, symptomata, quibus stipatur[71]), docent: sensus scilicet formicationis, anaesthesia tactus, major coëundi potentia[72]), et torositatis musculorum amis-

68) §. 1. N. 2. (14) Cfr. Cap. XIII. §. LXVII. De induratione textus cellulosi.

69) P. I. Vol. II. Cap. III. §. XIV. 2. p. 89. (55.)

70) l. c. Cap. XIV. §. LXVIII. 2. p. 286.

71) l. c. Cap. XXXIV. §. CXXXIII. p. 483 sq.

72) Vide infra N. 6.

amissio. In *plica* omnes systematis nervosi inter partes medullam spinalem quam maxime pati, dictum est [73]), ac pluries iterum comprobandi adveniet opportunitas. Praevio lapsu super spinam dorsi, plurimos tumores steatomatosos super cutem extremitatum, praecipue superiorum, evolutos conspeximus.

4. *Vocem* et functiones *respirationis* et *circuli sanguinis* haud raro a vitiis medullae spinalis laedi, jam GALENUS docuerat [74]); plurimaque a nobis in medium proferenda raucedinis, dyspnoeae, motusque abnormis cordis exempla confirmabunt. Neque id mirum videbitur perpendenti nervum accessorium WILLISII cum vago, laryngeos emittente, arctissime jungi, *diaphragma* et *musculos thoracem moventes*, nervos a pari quarto cervicalium et a ramis anterioribus nervorum dorsalium accipere [75]) et *cor* a nervo intercostali utpote nervum cardiacum superficialem aliosque ramos cardiacos suppeditante et ad plexum cardiacum formandum maxime concurrente, potenter regi; de quo argumento praeter GALENUM [76]) legi merentur VERNAY [77]), MORGAGNI [78]), ELLER Morbi laryngis et pectoris.

73) l. c. Cap. XXXVI. §. CXLVI. 5. p. 531. (*).

74) De locis affectis L. V. C. 3. Ed. chart. T. 7. p. 482.

75) De vi cerebelli et medullae spin. in respirat. legatur JOH. CROSS in *Annals of Philos. by* THOMSON. *Lond.* 1815. *Febr.*

76) De locis affectis. L. III. C. 10. p. 20. 21.

Eller 79), Zinn 80), le Gallois 81), Brodie 82), Ever. Home 83) et Racchetti 84).

Morbi abdominis.

5. Sicuti vero musculi thoracis agendi vim a nervis medullae spinalis accipiunt; ita et *musculi abdominales* 85). Affectiones eorum chronicae plerumque a spina originem ducunt, ac saepe nimis cum morbis viscerum subjacentium confunduntur. Verisimile quoque est *motum peristalticum intestinorum* a medulla spinali nervi intercostalis ope gubernari 86).

Morbi pelvis.

6. Nervi *vesicae urinariae* 87) et *partium genita-*

77) Du Hamel R. Sc. Acad. Histor. L. III. S. 5. C. 2. No. 1.

78) Op. c. Epist. III. N. 3.

79) De morbis acutis 224.

80) Exp. circa corpus callosum in Ludwig script. nevrolog. minor. T. IV. p. 123.

81) *Expériences sur le principe de la vie, notamment sur celui des mouvements du coeur et sur le siége de ce principe. Paris* 1812. Minoris momenti objectiones a Wilson Philip adversus le Gallois experimenta factas habeo (*the Lond. Med. Repos. Vol. V.* 1816. *Jan.*)

82) *Philosoph. Transact. J.* 1812.

83) *Philosoph. Trans. P. I.* p. 91. 1815.

84) Op. c. v. 229. 233.

85) §. 1. No. 2. (13.)

86) Racchetti l. c. p. 231.

87) §. 1. No. 2. (3.)

nitalium [88]) quum a medulla spinali proveniant, in difficultatibus urinae, in impotentia virili, in chlorosi, in abortu, in gonorrhoea, et tabe dorsali ad columnam vertebralem continuo respiciendum esse, patet.

7. Enimvero in *tabe*, quam *dorsalem* vocant, non solum, sed et in aliis plurimis tabis speciebus suspicionem originis morbi e specu vertebrali haud vilipendendam ducimus. Non quidem ut antiquam illam hypothesin atque a HALLERO [89]) et MONROO [90]) refutatam, nervos principium nutriens largiri, recoquere satagamus; sed propterea quod nutritionis processum, praeter cerebrum, nervi vagi ope, quammaxime a medulla spinali pendere existimamus. Notum enim est arterias imi ventris, officinae scilicet chyli, undique a nervis ab intercostali potissimum provenientibus circumdatas esse [91]), — reproductionis opus in animalibus omnis generis directam cum evolutione medullae spinalis agnoscere rationem [92]), — et columnae vertebralis laesiones *atrophiam* partium, ex loco affecto nervos accipientium, comitari. Morbi tabifici.

8. Quod quidem atrophiae genus nullibi crebrius, Morbi extremitatum.

88) Cfr. WALTHER Tabul. Nerv. thorac. et abdom. Tab. I. II.

89) Elem. physiol. T. IV. p. 404.

90) *On the nervous system. Cap. 24. Edinb.* 178*.

91) RACCHETTI l. c. p. 430.

92) Idem, ibidem. p. 431.

brius, quam in *extremitatibus*, praecipue *inferioribus* obvenit, quae propterea partes quammaxime affectionibus *paralyticis*, *tetanicis* aliisque *generis convulsivi* et *contracturis* ex vitio spinae pullulantibus subjiciuntur.

§. III.

De rerum positionibus evolutioni morborum columnae vertebralis faventibus.

Generatim.

1. Verum ut morborum e columna vertebrali originem trahentium caussae cognoscantur, rerum positiones, spinae labefactationi faventes, generatim ad trutinam vocandae sunt.

Laesiones externae.

2. Primum inter illas occupant locum *laesiones externae*. Spectant huc: res foetus tergum in utero ferientes, mala infantes portandi ratio, joca gymnastica, inprimis ante complementum corporis suscepta [93]) punitiones dorso inflictae [94]), por-

93) Probe id notent fautores exercitii illius gymnastici, quod Germani *das Turnen* vocant.

94) Ex verberatione, saltem ex ictibus dorso inflictis, milites saepissime morbis spinae laborant. Nullibi vero affectio spinae evidentior est, quam in hominibus quibus poena Knut inflicta fuit. Haud dudum Vilnae quinque cadavera homicidarum, quingentis ictibus Knut interfectis, quorum homicidarum duo, sub ipso poenae curriculo, reliqui vero paucis elapsis inde horis, praevia retentione alvi et urinarum, animam exhalarunt, examini subjeci. Livida et nigra erat postica trunci superficies. Sub integumentis dorsi cruor extravasatus ad quinque et ultra pollicum altitudinem

portatio ponderum super capite [95]), violentiae externae luxationes et fracturas vertebrarum producentes, concussio spinae saltu vel lapsu ex alto, ab itinere super vias saxosas aut inaequales in carris [96]) instituto, porro nisus in ponderibus elevandis, laboribusque variis perficiendis.

3. Columna autem vertebralis non solum per externas, sed etiam per *internas violentias* laedi potest. De anevrysmatibus aortae et abscessibus musculorum, inprimis psoae [97]), loquimur, ut frequentibus morborum columnae vertebralis caussis. **Laesiones internae.**

4. Si viam tortuosam, quam arteria vertebralis in epistropheo, in atlante et circa foramen magnum occipitis sequitur, perpendamus, palam fit, malam structuram primae et secundae vertebrae, **Plethora.**

conspiciebatur. Musculi propinqui friabiles erant, meninges et medulla spinalis rubrae, extravasato seroso cruento circumdatae ac ecchymomatibus notatae. Cor et aorta omnino sanguine orbata.

95) e. c. rusticae et famulae montes vel scalas cum amphoris aqua repletis capiti impositis ascendentes, maxime vero bajuli Italici (*facchini*) gravissima, quae ab hominibus unquam portari vidi, pondera capite et dorso ferunt.

96) In Lithuania divites et nobiliores, itinera velocitatis caussa in carris (vulgo *bryczka*) instituere minime pudet, quae itinera instituendi ratio, si contra consuetudinem accidat, saepe gravibus columnae vertebralis vitiis ansam praebere experior.

97) *The New England Journ. of med. and surg.* 1816. *Vol.* 5. Bedingfield *Compend. of med. practic.*

tebrae, aut congestiones aliaque impedimenta in cerebro itineri ulteriori cruoris obstare, unde *plethora* saltem ad vertebras cervicales expectanda. Plethora quoque specus reliqui vertebralis expectanda; si aut obstructiones viscerum abdominalium, aut faeces et flatus intestina distendentes, aut uterus gravidus [98]), aut nixus sub partu, impediant, quo minus aorta abdominalis sese, quo decet, modo per multiplices suos ramos in viscera ventris depleat. Hoc nimirum in casu, sanguis in parte thoracica aortae congestus, ut majori copia in arterias subclavias, arterias intercostales primas largientes, et in reliquas arterias intercostales immediate ex aorta provenientes irruat, oportet. Quod si accidat, plethora arteriosa columnae vertebralis inevitabilis est, cum cujusvis arteriae intercostalis ramus alter per foramina intervertebralia ad medullam spinalem perveniat, et cum arteriis spinalibus anastomosin habeat. Sciendum quoque hasce arterias anevrysmatibus laborantes detectas fuisse [99]). Porro: cum plurimae specus vertebralis venae sese in venas intercostales depleant, venae vero intercostales omnes, praeter primam (utpote sese plerumque in venam subclaviam deplentem) id venam azygos terminentur, vena

98) De hoc argumento Frid. Hoffmannum legisse non poenitebit (Med. rat. syst. T. IV. C. 1. Obs. 3.)

99) Malacarne *Encephalotomia nuova univ. Torino* 1780.

vena autem azygos sanguinem in venam cavam descendentem evacuet; sequitur, singulas causas, quae huic evacuationi obstant, (e. c. vitia pulmonis et cordis dextri) plethoram venosam (vulgo haemorrhoidalem) specus vertebralis necessario jure gignere debere. Quae omnia si perpendas, quantum detrimentum medulla spinalis ex suppressis menstruis, haemorrhoidibus aliisque haemorrhagiis capere debeat, facile intelliges [100].

5. Rustici, hortulani, aliique labores antrorsum flexo corpore sub radiis solaribus exercentes, morbis gravibus columnae vertebralis obnoxii sunt. Iisdem morbis subjiciuntur, qui hyemali tempore tergum vel prope caminum, vel adversus fornacem torrere solent [1]. Ex opposita plane caussa ad columnam vertebralem multum viatores patiuntur, quibus ventus frigidus tergum continuo allidit, item homines aestuante corpore alvum foras aut in latrinis male custoditis, deponentes. Milites, aliique, qui pileo rotundo amplo (causiâ) orbati sub coelo pluvioso frigidoque iter instituunt, per aquam ab occipite ad cervicem, dor- Calor, frigus.

B 2 sum

100) De plethora specus vertebralis lege Morgagni Op. c. Ep. LXII. 6. Gauthier et Claubry in *Journ. gén. de la soc. de Méd. à Paris.* v. Harless *Journ. d. ausl. Liter.* 9. *B.* 2. *St.* Cfr. Dürr in Hufeland's *Journ.* 26. *B.* 2. *St.* p. 86. sq.

1) Sic sexus inprimis sequior in Lithuania, per horas bene multas fornaci calefacto dorso adhaereret, sibique gravia mala attrahit.

sum et lumbos depluentem, in morbos inprimis rheumaticos columnae vertebralis incidunt [2]). Sic iterum HIPPOCRATIS sententia [3]), qua frigus maxime medullae spinali infensum declaratur, se sustinet, quod eo facilius intelligitur, cum nervi cutis maxime e medulla spinali proficiscantur.

Motus. 6. Nec effectum *motus effreni* in columnam vertebralem reticebimus. Enim vero non solum equi hac ex causa facile in tetanum conjiciuntur; sed et homines, uti exempla *cursorum*, ante currum principum quondam volitantium, docent [4]). Interea et hic extrema inter se confluunt. Enim vero *decubitus* supinus diuturnus, inprimis convalescentium, vulneratorum in nosocomiis haud parum ad morbos columnae vertebralis excitandos conferre videtur [5]).

Venus. 7. De partium genitalium cum columna vertebrali nexu, jam monuimus [6]). HIPPOCRATES dixerat [7]): „Dorsalis tabes a medulla fit. Corripit autem maxime recentes sponsos et veneri deditos."

2) ELIAS ENGHOLM *Handb. d. Kriegshygiene. Leipz.* 1818. (Vir egregius exposcit, ut galeae militum (*tschakko's*) postrorsum umbraculo nucham custodiente munitae sint.)

3) Aph. V. 18. A. 9.

4) Memorabile hujus generis exemplum VALSALVA observavit, referente MORGAGNIO Op. c. Ep. II. 20. 2. 3.

5) BRERA Op. c. v. HARLESS l. c. p. 17.

6) §. II. No. 6.

7) De morb. L. II. C. 49. Edit. Lind. T. II. p. 75.

ditos." Ast praeter seminis jacturam, ipsa jam *pubertas* ita in medullam spinalem, uti dentitio in cerebrum, imperium exercet [8]).

8. Inter animi pathemata *timor* et *terror* maximum in medullam spinalem exercere videntur imperium. Animi pathemata.

9. Praeter contagia, de quibus supra dictum est [9]), et *venena* medullae spinali haud parcent. De veneno *upas antiar* id demonstratum videtur [10]); de *plumbo* [11]), *hydrargyro* [12]), *secale cornuto* [13]), et de *cortice angusturae* [14]), vix dubitandum. Venena.

10. Nec rarum est metastases ex variolis, morbillis [15]) et ex blenorrhoea urethrali, ad columnam vertebralem contingere. Metastases.

11. Superesset de *rhachitide, arthritide, scorbuto* et *syphilide*, ut caussis morborum columnae vertebralis, mentionem injicere, verum cum dia- Rhachitis, syphilis, scorbutus et lues.

theses

8) Cfr. Cap. X. §. XLVIII. *chloroseos*, utpote morbi, saepe evolutionis periodum concomitantis, symptomata, pallor scilicet cutis, palpitatio cordis, retentio menstruorum, impotentia motus, optime ex affectione columnae vertebralis explicari possunt.

9) §. II. 2. 3.

10) Schnell Diss. veneni *upas antiar* vires exhibens.

11) Cfr. Cap. X. §. 13.

12) Cap. II. §. VIII.

13) Cfr. Cap. XIV.

14) Emmert-Hufeland *Journ.* 1817. *Nov.* p. 109.

15) Pouteau *oeuvres posthumes. Vol. I.* Hufeland *Journ. d. pr. Heilk.* 3. *B.* §. 181.

theses hujusmodi maxime *systemati osseo columnae spinalis*, scilicet *vertebris*, infensae sint, et *paralysin* vel *hydrorhachitidem chronicam* socias agnoscant, illorum doctrinam, quatenus ad praxeos medicae imperium spectat, infra [16]) exponere decrevimus.

§. IV.

Quando affectio columnae vertebralis argui possit; et quomodo illius examen pathologicum instituendum sit.

Suspicamur affection. columnae vertebralis.

1. Quamvis ad affectionem columnae vertebralis arguere saepe haud arduum sit, nempe si vel aeger locum morbo detentum ipse exacte designat, vel si medicus morborum cum peculiari columnae vertebralis affectione apparentium [17]) et rerum positionum peculiari modo evolutioni morborum columnae vertebralis faventium [18]) probe rationem habeat; attamen exempla non desiderantur adeo obscura, ut neque sedes doloris, neque forma morbi, neque caussae praegressae, lucem accendant, nisi aliae etiam in auxilium deducantur indagationes. Sciendum enim est, in morbis spinae sedem doloris non semper ad locum affectum, sed aliquando in parte remota accusari [19]), e. c. ad costas, ad musculos abdominales, ad coxas, ad

16) Cap. III. et XII.

17) §. II.

18) §. III.

19) Racchetti pulchre de hoc argumento disseruit l. c. p. 284. sq.

ad extremitates. Generatim suspicamur, morbum originem ex columna vertebrali trahere: 1°. si aeger iis in partibus patiatur, quae nervos ex determinato medullae spinalis loco accipiunt; — 2°. si morbus multifariis stipatur symptomatibus, quorum nexus aliter vix intelligi possit, nisi ad originem communem tot nervorum, quot ex medulla spinali pullulant, respectus habeatur; — 3°. si morbus stante corpore augmentum capiat, eoque horizontaliter decumbente imminuatur[20]) aut vice versa[21]); — 4°. si aeger corpus ex uno in aliud latus convertendi difficultatem experiatur; — 5°. si sensus et motus praecipue laesi sint — et 6°. si symptomata horis matutinis leviora, progrediente die, eadem ratione, qua aeger magis magisque defatigatur, invalescant[22]). Quoad diagnosin

20) Copeland op, c.

21) Quamvis enim cum Copelando admittam, generatim morbos a spina venientes, sub corporis positione horizontali evidenter imminui, attamen et exceptiones vidi, ubi scilicet morbus decumbente aegro magis saeviebat, quod ex calore lecti majorem affluxum humorum ad columnam vertebralem attrahente repeterem.

22) Ex physiologia notum est, hominem, praesertim juvenem, matutinis horis, constanter quidquam longiorem esse, quam ubi cubitum petierat, quod phaenomenon per elasticitatem cartilaginum intervertebralium mane adhuc vigentem, vespere autem jam depressam, explicatur. Qua concessa explicatione, sequitur, quod morbi, qui ex compressione nervorum, inter vertebrarum interstitia exeuntium, oriuntur, horis

sin et caussas morborum columnae vertebralis, hae quandoque adeo per longa temporis intervalla, ab effectibus separantur, ut nexum invenire perarduum sit. Sic lapsum in dorsum effectum, paralysin vesicae urinariae, post quatuor demum annos exseruisse observavimus. Praeterea accidit saepe, quod plurimae caussae morborum columnae vertebralis inter se connubium ineant, quo in casu, si una illarum tantum innotuerit, effectum intelligere vix possumus. Sic levissimus ictus, spinae prius omnino sanae inflictus, vix aut ne vix quidem detrimentum affert, secus autem, si vertebra jam antea vitio rhachitico, scrophuloso, aut venere contaminata fuerit. Postremo effectus laesionum spinae non semper per notiones neurologicas nobisque hucusque notas, saltem primo intuitu, explicatur. Sic impotentiae virilis e spina proficiscentis caussam in columnae vertebralis portione lumbari vel sacrali quaereres, — ast saepe incassum, cum ea plerumque ad basin occipitis vel ad initium nuchae quaerenda sit [23]. Incontinentiam urinae ex affectione tertiae vertebrae *dorsalis* observavimus, quod iterum cum origine nervorum vesicae urinariae nequaquam cohaerere videtur.

Examen columnae vertebralis.

2. Rebus ita se habentibus nil ad diagnosin
mor-

matutinis minus, gravius vespertinis urgere debent, — atque sic aliquando in praxi observare licet.

23) Cap. II. §. VII. No. 1.

morborum spinae illustrandam restat, quam *examen columnae vertebralis*, secundum regulas artis institutum. Quoties hinc vel minime latentis vitii spinae habes suspicionem, partem de morbo suspectam, nunc stante, nunc decumbente aegro examina. Quaevis vertebra speciatim tactu et visu investigetur, et quidem nunc descendendo nunc ascendendo per columnam vertebralem. Etiamsi pars affecta saepe neque tumorem neque aliud signum externum exhibeat, tamen plerumque a rudiore attactu dolet. Praeterea egregium et a nobis pluries confirmatum criterium COPELAND fortuito detexit [24]). Consistit illud in spongia aqua fervida imbuta, cum qua super cutim secundum longitudinem columnae vertebralis decurritur. Quousque calor sic ad vertebras sanas applicatur, aeger nil nisi sensum caloris percipit; quo primum autem vertebra morbo ipsa detenta, vel partem affectam includens, tangitur, intolerabilis ardor persentiri solet. Caeterum et hic exceptiones inveniuntur, inprimis si *corpus* vertebrarum affectum sit. Spinam dum examini subjicis, ne unquam *clavicularum*, *costarum* et *sterni* obliviscaris, partium scilicet, quarum conditiones abnormes saepe indicium vitiorum spinae largiuntur.

Examen cadaverum.

3. Quamvis anatomiae specus vertebralis tot tanti-

24) Op. c.

tantique viri indulserint [a]); attamen si CASSEBOHM [b]), CRUSIUM [c]), HESSELBACHIUM [d]), ACKERMANN [e]), OECHY *), AUTENRIETH [f]), FLEISCHMANN [g]), WILDBERG [h]) et Anonymum [i]), quodammodo excipiamus, nemo anatomicorum modum specum vertebralem scopo pathologico et forensi [k]) dissecandi, ut argumenti momentum exposcet, tradidit. Qua de causa observationes de *Rhachiotomia* [l]), quas LOBENWEIN coram societate

a) §. 1. No. 3.

b) *Anweis. z. anatom. Betracht. d. menschl. Körpers; herausg. v.* BALDINGER. *Berlin* 1769. p. 662.

c) *Anweis. f. gerichtl. Aerzte. Götting.* 1806. p. 107.

d) *Anleit. f. gesetzmäss. Leichenöffn. Würzb.* 1812. p. 34.

e) *Tabellar. Uebersicht bei gerichtl. Leichenöffn. Leipz.* 1801.

*) *Anweis. z. zweckmäss. u. zierl. Leichenöffn. Prag* 1802.

f) *Anleit. f. gerichtl. Aerzte. Tüb.* 1806.

g) *Anleit. f. forens. u. poliz. Unters. Erlang.* 1806.

h) *Anweis. z. gerichtl. Zerglied. Berl.* 1817.

i) *Anatom. patholog. Anweis. f. gerichtl. Wundärzte. Stendal* 1804. p. 95.

k) In obductione medico-forensi sectionem columnae vertebralis nunquam esse praetermittendam PLENK (Elem. med. forens. Vien. 1781. p. 5.) METZGER (*System d. gerichtl. Arzneywiss. 4. Ausg. v.* GRUNER. *Königsb.* 1814.) HESSELBACH (l. c. p. 6.) aliique rite monuerunt. Ad vertebras saltem colli hoc praeceptum restrinxit FODERÉ (*Traité de méd. légale. Paris* 1813. T. 3. §. 530.)

l) Methodus columnam vertebralem rite dissecandi.

tate medica Vilnensi praelegit, grato animo accepimus, breviterque in medium afferamus m).

m) Praemissa divisione rhachiotomiae in partialem et generalem (quarum haec illi semper anteponenda) nec non in externam et internam, — „indagatione externa ait Cl. vir, connotantur illa omnia, quae in exteriore totius columnae superficie occurrunt. Ad explorandam vero omnem omnium vertebrarum superficiem necesse est, ut prius ipsae tum ab anterioribus, tum a posterioribus prorsus denudentur. Non conspicitur autem anterior illarum superficies, nisi praevia exenteratione colli, thoracis, abdominis ac pelvis, qua sub exenteratione viscerum bene inquirendum est in statum nervorum, utroque vertebrarum in latere sub oculos cadentium; magnorum praecipue sympathicorum atque gangliorum, illis insertorum, splanchnicorumque inde prodeuntium, nec non ramorum et plexuum, quorum ex fonte origines nervorum cardiacorum, phrenicorum, brachialium, obturatoriorum, cruralium et ischiaticorum proficiscuntur. Proximi hoc loco etiam examinantur musculi psoae majores et minores, eorumque potissimum vagina, per pelvim descendens. Demptis porro sollicite insertionibus diaphragmatis, nec non vasis majoribus, nervis et musculis, anteriorem illam faciem occupantibus, ipsa investigatur corporum vertebralium superficies anterior, eorumque cum costis articulatio et ossis sacri coccygisque facies pelvina, quod ut facilius succedat, costas resecare juvat prope articulos, immo si placet, ipsum etiam parietem pelvis anteriorem auferre. Posterius vero datur incisio *) a tuberculo occipitali externo juxta longitudinem deorsum

*) Hesselbach *Anweis.* p. 34.

sum ad apices processuum spinosorum omnium neque ad os coccygis, altera dein ducitur linea utrinque a processu mastoideo deorsum, juxta articulos costarum cum processibus transversis vertebralibus concordantium, sectionem ita dirigendo, ut incisiones hae duae laterales inferiori fine attingant spinam superiorem posticam ossis ilei, lateralium vero incisionum, extremitates tum superiores, tum inferiores, cum illa media conjungendae sunt, incisione scilicet transversa a tuberculo occipitali utrinque ad processum mastoideum, inferius autem obliqua, rursus utrinque a spina ilei superiore posteriore versus coccygem, ducta. Incisionibus hisce mox ad ossa usque penetrandum est, ut juxta totam altitudinem transscindantur tegumenta simul cum musculis, ulterior vero inde separatur omnis caro, inter lineas istas comprehensa, adeoque a vertebris porro resecantur omnes utrinque musculi, in triangulari illo spatio latentes, quod spinosos inter et transversos vertebrarum processus intercedit. Ipsa tamen tegumentorum ad processus spinosos incisio non est tam commoda, ut linea facile evadat recta, degliscit potius culter in utrumque latus, si caute non incedas, lineamque describes undulatam, spinas non tangentem singulas. Hoc ut evites, opus est, ut cutem, spinas obducentem, duobus alterius manus digitis transversim distendas, interim dum manu altera incisionem instituas, eadem methodo per spinas omnes descendens continuo. Cum jam illa musculorum ablatio difficillimi sit operis, expedit resecare illos juxta directionem fibrarum, ab inferioribus scilicet sursum: maxima autem cura collocanda est in denudando arcu postico atlantis, multa carne sepulto, quare insertiones musculorum cervicalium ab occipite diligentissime separandae sunt. Ulteriori autem in tractu inter musculos dorsi lumborumque reliquos insertiones multifidi

spinae,

spinae, profundissime latentis; propter tendines in omne latus divaricatos, maximam sibi attentionem summamque patientiam exposcunt, ut quam curatissime ab ossibus separentur; oportet enim, ut crura vertebralia singula ab omnibus partibus mollibus denudata subjiciantur oculis. In separandis tamen musculis dissectio per strata locum hic non habet. Labor enim iste tantae difficultatis est, ut nimium temporis sibi requirat, quam ut in communi cadaveris sectione absolvi possit. Quicunque hoc in negotio superficiales primo carnes auferre, profundiores vero postea resecare voluerit, tantae confusioni implicabitur, ut vix inde extricare sese valeat. Immittendum potius scalpellum sub omnes illico musculos quam profundissime, ut illi, quantum fieri potest, quales cuivis vertebrae incumbunt, continuo simul rescindantur. Columna hoc pacto undique denudata et exterius perlustrata, procedendum est ad dissectionem ejus internam, id est: ad aperiendum specum vertebralem ipsum seu ad rhachiotomiam, stricte sic dictam. Ordiuntur hanc nonnulli *) a recisione basis cranii una cum collo, praesertim in colli laesionibus, ut hac ratione trachelus faciliori seorsim examinetur negotio, praestat vero in omni casu rhachidem investigari non interruptam, ut, cranii articulo adhuc residuo, patefiat canalis vertebralis in toto tractu. Potest autem ille patefieri vel separando corpora vertebralia sectione transversali verticali, id est, ante medullam: vel auferendo parietem canalis posticam retro medullam. Immo sunt, qui pro rhachiotomia exactiori utramque simul methodum requirant **). Attamen, alterutra illarum adhibita, exer-

*) ROOSE Taschenbuch. p. 64.

**) HILDEBRAND Lehrbuch d. Anatomie. 3. Aufl. B. IV. Braunschw. 1803. p. 247. nota †.

exerceri jam nequit altera, sive enim anteriorem, sive posteriorem dempseris parietem, omnem alter perdit resistentiam ad sustinendam ulteriorem instrumentorum actionem, nec opus est sectione utriusque parietis, cum sat liber detur medullae adspectus, sive anterius, sive posterius canalem aperueris. Difficilis quidem utraque est methodus, multo difficilior tamen anterior, propter magnam corporum vertebralium crassitiem, nec melior medullae hac via perlustratio, quare posterior jure semper praeferenda est. Hunc in finem, praegressa jam exenteratione encephali, exsecatur pars postrema ossis occipitis, quasi praeparetur pro demonstratione anatomica medullae spinalis *), vel nervi accessorii **) ut ablato hac ratione postremo margine foraminis occipitalis in conspectum veniat finis medullae oblongatae, cum continuo inde medullae spinalis principio, simul et arcus atlantis posterior effringitur, quo peracto columna vertebralis ita extenditur super tabula, ut omnes processuum spinosorum extremitates in situ, quantum fieri potest, horizontali sursum emineant. Agitur jam de auferendo pariete postico. Spinosi scilicet processus, simul cum radicibus suis seu cruribus vertebralibus, quorum ope cohaerent cum processibus transversis, omnes abstrahendi sunt, probe tamen cavendo, ne tangantur foramina intervertebralia ***), vel nervi transeuntes eorumve ganglia. Haecce autem parie-

*) JOAN. JAC. HUBERI medullae spin. icon. iterata explicatio; in HALLERI icon. anat. Goetting. 1756. Fasc. I. Tab. II. Icon. II. et recus. in LODERI Tabb. Anat. Weimar. 1794. Vol. II. Tab. CLIX. fig. 2.

**) SCARPA, in *Abhandl. d. k. k. Josephin. Acad. zu Wien* 1788. 1. *Bd. Tab. XI.*

***) MAYGRIER *Manuel de l'Anat. Paris* 1813. p. 366.

parietis postici separatio rite haud succedit, nisi cruribus, ut supra monuimus, ab omni carne quam exactissime denudatis. Ipsa denique crurum vertebralium solutio varia omnino methodo exercetur; serra scilicet vel forcipe, vel forfice osteotomica, vel cuneo et malleo; neutra tamen illarum proprio caret incommodo. Quocunque vero instrumento ad ossa diffringenda uti placuerit, summa semper in eo collocanda est opera et maxima requiritur attentio, ne medulla spinalis ipsa, ejusve involucra tangantur, quem in finem ob omni operis praecipitatione quam scrupulosissime abstinendum, toto hoc in processu summa rursus cum patientia adlaborandum est. Adhibeatur serra *) acie vel recta vel convexa. Recta non ubique intrat aequabiliter, cum columna ipsa non sit recta, sed lineam agat fere serpentinam. Convexa, longiorem sese in tractum haud extendens, unicum vix agit in punctum, ut omnia fere vertebrarum crura sigillatim discindenda veniant. Neque satis est serrae cuicunque, ne medulla cruribus proxime subjacens, ejusve saltem vagina, pressione intensiore laedatur, cum vis lenior ossa haud penetret. Forceps **) crura vertebralia non diffringit, nisi fortior adeoque crassior, neque is omnino sufficit. Cum vero forceps duobus gaudeat rostris, quorum unum supra alterum infra os adigitur, ut hoc inter utrumque rostrum intercipiatur, ita evitari nequit, ne rostro

*) Autenrieth *Anleit. f. gerichtl. Aerzte, Tübing.* 1806. p. 46. ope serrae sectionem canalis vertebralis instituere suadet verticalem, transversam, qua paries posterior solvatur ab anteriori.

**) Cassebohm *Anweis.* p. 663. Hesselbach *Anleit.* p. 36. Marshall. v. Ure. *An account of some experiments* etc. 1818.

rostro infra os intruso, ipsa prematur medulla, idque eo magis, quo major fuerit necessario rostri crassities. Eandem ob rationem forfex osteotomica, étiamsi aliis *) usitata, diffringendis tamen vertebrarum cruribus inepta est, crassior enim eadem, qua forceps, medullae pressione peccat, debilior autem, in tenello nisi infante, ossa frangere haud valet. Cum omnia haec instrumenta scopo attingendo non sufficiant, rhachiotomia plerumque ope cunei et mallei **) absolvitur. Quantum autem haec methodus facilitate operis arrideat, vix tamen vim mallei adeo moderare licet, ut cuneus hinc inde non intrudatur nimium medullamque subjacentem laedat. Partim ideo, partim propter concussionem medullae nervorumque nimiam, qua fors morbosum adpareret, quod concussioni tribuendum est, nec non propterea, quod substantia vertebrarum vi cunei saepe ultra locum destinatum sponte disrumpatur, usus cunei nonnullis ***) damnatur penitus. Attamen rhachiotomiam sine cuneo ad finem perducere vix licet unquam, immó cuneum semper in auxilium vocare necesse est, dummodo non solum. Neque timenda est laesio medullae a cuneo caute administrato, dum modo nimis crassus non fuerit. Hac [illegible] sub

*) Wildberg *Anweis.* p. 85. Forficem, forcipem, cuneum, adhibet pro lubitu.

**) Lieutaud *Essais anat. Paris* 1766. p. 630. Plenk. Elem. med. forens. p. 10. *Anatom. pathol. Anweis. Stendal* 1804. p. 97. Hildebrand *Lehrb. d. Anat. B. IV.* p. 247. nota. Oechy l. c. Crusius *Anweis.* p. 140. Bernt *Handb. d. gerichtl. Arzneik. Wien* 1813. §. 933.

***) Roose l. c. Autenrieth l. c. Fleischmann. *Anleit.* §. 49.

sub conditione composita methodus hoc in negotio expedit quam maxime, serram combinando scilicet cum cuneo. Ad mediam fere crassitiem ope serrae prius incidenda sunt crura vertebralia, pars illarum reliqua facili tunc negotio, sine violento impulsu diffringitur ope cunei et mallei. Parcitur hoc pacto medullae, neque gravior inde oritur concussio. Adiguntur autem haec instrumenta a superioribus deorsum, ne frangantur crura contra directionem propriam, haec enim sursum pulsa *) non spinosos tantum sed reliquos etiam processus facile secum auferunt, quo fit ut dilacerentur foramina simul intervertebralia, nec non ipsi periclitentur nervi transeuntes, oportet enim ut crura vertebralia exacte ad radicem penes processus transversos abrumpantur. Eodem, quo canalis vertebralis, modo specus etiam sacralis aperitur, ut caudae equinae finis aeque ac totus medullae spinalis decursus patefiat, cum tamen specus sacralis magna laboret angustia, hic praesertim cuneo caute mercandum est, ne tangatur cauda. Solutis hac ratione a superioribus deorsum cruribus vertebralibus omnibus una cum processibus spinosis, totus jam secedit columnae paries posterior, quo dempto, medulla nunc toto in tractu, velamento suo adhuc obvoluta, oculis subjicitur. Apertus ita primum examinatur specus vertebrarum ossisque sacri, nec non conditio obviae nunc vaginae, qua dein juxta longitudinem ope forficis caute discissa, perlustratur medulla spinalis ipsa in situ atque principia nervorum inde prodeuntium. Nec opus est ulteriori, quam hunc in finem proponunt, dissectione denticularis ligamenti, quod cum inter ipsas nervorum spinalium origines decurrat, tantum abest, ut eorum

*) Crusius l. c. Wildberg l. c.

eorum indagationem impediat, ut potius timendum sit ne ipsius extractione offendatur. Resecatur demum medulla a nervis, ut e specu jam exempta, seorsim dissecetur segmentis transversalibus, quibus tota ipsius substantia intime penetretur, idque non in suspectis tantum locis, verum in aliis praeterea quam plurimis. Sed recurrendum est denuo ad vertebras, adhuc enim investiganda restant illarum corpora interius et ipse denique processus odontoideus. Latet scilicet ille sub ligamento transverso atlantis, cum ejus examen instituere non licuerit, donec medulla spinalis e specu separata non esset. Nunc vero liber datur ad processum odontoideum accessus, ejusque conditio in fine operis, discisso ligamento transverso exploranda restat. Hisce omnibus peractis, opportuna est revisio parietis interni seu posterioris corporum vertebralium, quem ipsa prius tegebat medulla. Hac nunc absente probe inquirendum, quaenam sit conditio interior corporum vertebralium, quorum si quod affectione morbosa laborasse videatur, reliquarum e serie excisum, seorsim serra dissecandum est."

§. V.

De Prognosi et Cura.

Generatim. 1. *Prognosis* et *cura* morborum columnae vertebralis, quin res in doctrina de morbis systematis nervosi generali traditas [25]) repetamus et argumenta in speciali doctrina tradenda anticipemus, vix expositionem generalem admittunt. Sufficiat hinc meminisse:

Prognosis. 2. quod spectat ad *prognosin;* morbos columnae

25) P. II. Vol. I. Sect. I. Cap. I.

nae vertebralis maxime subdolos et fraudulentos esse, — minimos eorum gradus, nisi vitae, saltem sensui motuique insidias struere, — atque periculum eo magis adesse, quo nobiliora in consensum trahantur organa, quoque altiori in loco spina affecta sit; summum periculum urgere, si morbus sedem suam figat prope medullam oblongatam, videlicet prope spatium, quod inter primos nervos cervicales et ultimum par nervorum cerebri intercedit [26]), quo scilicet in loco, nisi cum GALLIO vitae organon, saltem illius centrum admittimus:

3. quod spectat ad *curam* in morbis columnae vertebralis, pro re nata, methodus variis diathesibus, ex quibus morbi ii pullulant, accommodata, locum obtinet. Vigente diathesi inflammatoria, indicata *venae sectio*, plerumque e saphena, fit. Evacuatio cruoris localis in aegrotis delicatioribus, potius *hirudinum* quam *cucurbitularum scarificatarum*, utpote nimis irritantium, ope instituitur. In morbis indolis rheumaticae, scrophulosae, rhachiticae, praemissa si opus fuerit methodo antiphlogistica, efficacissima auxilia sunt *vesicatoria*, *fonticuli*, et magis etiam *setacea*, utpote facilius circa columnam vertebralem firmanda. Nec *causticum*, tum *actuale* tum *potentiale*, in malo rebelli negligendum. Praeterea, prout vel *vertebra* vel *meninges*, vel ipsa *medul-* Cura.

 la,

26) HUBER l. c. §. 5. p. 5. RACCHETTI l. c. p. 187.

la, patiuntur; pharmaca magis vel in ossa, vel in membranas, vel in pulpam nerveam agentia eliguntur; hinc vel *radix rubiae tinctorum*, *gummi resina asae foetidae*, *extractum pampinorum vitis viniferae*, *acidum phosphoricum*, *murias calcis*, *aqua calcis*, — *vel calomel*, *unguentum oxydi hydrargyri grysei* (et praeter luem veneream) — vel *flores arnicae montanae*, *herba chenopodii ambrosioidis*, *camphora*, *et electricitas.* Quae singula vix quid praestare valent, nisi *debitae positionis corporis* studeatur [27]). Generatim quamvis vertebrae, non ita ut cranium, operationes chirurgicas ferre videantur [28]); attamen in morbis columnae vertebralis permultum auxilia mechanica [29]) aliaque valent.

Caput

27) Cap. XII. §. LXIV.

28) Carolus bell. l. c.

29) Reil diss. historia machinar. ad gibbositat. sanandam. Hal. 1798. Richter *chir. Bibl.* 3. *B.* p. 276. *Descript. de plus. nouv. moyens mécan. propres à prévenir, borner et même corriger dans cert. cas, les courb. latérales et la tort. de l'épine du dos. par M.* Venel *D. en Méd. à Orbe, en Suisse* 1788. Cfr. *Sur l'établissement pour le traitement des enfants affligés de difformités osseuses, érigé à Orbe en Suisse p. feu Mr. le prof.* Venel *et contin. p. son neveu et élû Mr.* Saccard. Cfr. Cap. XII. §. LXIV. N. 3.

CAPUT II.

De Rhachialgia.

§. VI.

Definitio, sedes.

1. *Rhachialgia* [30]) est dolor, haud raro periodicus, e columna vertebrali emanans, sine febre. Definitio.

2. Rhachialgia sedem figit ad cervicem, ad dorsum, ad lumbos, ad os sacrum, et ad plurimas harum partium simul. Occupat ipsa nunc totum spinae ambitum, nunc unum tantum illius latus (*Hemi-rhachialgia*). Sedes.

§. VII.

Symptomata. Caussae.

1. *Rhachialgia cervicalis* dolore plerumque gravativo, quasi a pondere imposito, ad nucham insignitur. Dolor iste ad occiput, ad faciem [31]) ad R. cervicalis.

30) Sciendum nomen *rhachialgiae* aliis pro *colica pictonum* designanda inservisse. E. c. Astruc Quaestio med. an morbo colicae pictonum, *rectius rhachialgia dicto*, venae sectio? Paris. 1750.

31) Mense novembri 1818. virgo in clinico meo decubuit, cui lignum magnâ vi super occiput et nucham cecidit. Palpebras apertas tenendi experiebatur difficul-

ad dorsum, et ad brachia extendi solet. Graviori in casu socia illi sunt: rigor colli vel inflexio morbosa capitis [32]), susurrus aurium [33]), impotentia virilis [34]), vocis extinctio [35]), torpor vel motus [illegible] invo-

tatem, quod ex nexu nervi occipitalis magni (a pari secundo nervorum cervicalium) cum nervo temporali a ramo tertio paris quinti) repeterem. Praeterea aderant vomitus, pulsus ad 40 ictus, et torpor brachiorum. Quamvis morbus jam a sex mensibus duraverit; convaluit sub usu hirudinum ad occiput et nucham, cucurbitularum scarificatarum ad dorsum, eccoproticorum, et fonticulorum ad latera cervicis.

32) *Obstipitas gibbosa* SAUVAGESII quodammodo huc spectat. Interea haud opus est, ut ipsae vertebrae colli afficiantur, nam et simplex medullae spinalis affectio idem phaenomenon producit.

33) Familiare hoc symptoma, inprimis rhachialgiae cervicalis haemorrhoidalis et plicosae, per *nervum auricularem magnum*, a paris tertii nervorum cervicalium ramo sexto, repeto.

34) Jam HIPPOCRATES dixerat (De genitura liber, Cap. II. p. 53. in HALLERI art. med. princip. T. II. De aere, aquis et locis lib. Cap. XI. p. 29. ib. T. I.) laesiones basis cranii *impotentiam virilem* generare; quod die 5. mensis maji 1818 in judaeo 40 annorum confirmatum habui. Vir enim iste post ictum ad nucham, dolorem circa sextam et septimam vertebram colli relinquentem, *illico omnem coeundi facultatem amisit.* Nec vox, nec barbae crescendi modus in hoc aegro mutationem evidentem subierunt. Sed id peculiare erat, quod aeger sub motu scapularum vel spontaneo vel voluntario, *flatuum explosionem* experiebatur (verisimiliter ramus, quem par sextum nervorum cervi-

involuntarii brachiorum [36]) aut digiti annularis et auri-

calium, nervo intercostali suppeditat, hic scenam ludebat). Laesiones vertebrarum cervicalium infra basin crani i effectum impotentiae virili contrarium producere videntur; sic saltem ex *pollutionibus* hominum, qui laqueo suspenduntur, quorumque vertebrae cervicis a carnifice luxantur, concluderem.

35) Galenus jam docuit (de symptom. caus. L. I. C. 5. p. 16.) quod omnibus iis, quibus medulla spinalis ad collum laeditur, *vox deficiat*. Die 3. martii 1817. juvenem feminam ex phthisi tuberculosa pulmonali amisi. Haec jam ante hujus morbi evolutionem vocem extinctam exhibebat, quod a tuberculis pulmonum, nervum recurrentem comprimentibus, repetii. Verum cum aegra, aliunde haemorrhoidaria continuo de cervicis dolore conquesta sit, ac duos ante mortem dies rigorem colli, et ultimis vitae horis tetanum experta fuerit; caussam potius in medulla cervicali, utpote nervum accessorium Willisii largiente, cujus ramus internus laryngi providet, quaererem. Vere anni 1818. virum athleticae constitutionis mania furibunda periodica haemorrhoidali laborantem curavi. Aeger mihi paroxysmi adventum ex eo rite praedixit, quod *raucedine* laborare incipiebat; qua adventante, doloreque habituali occipitis exasperato, malum erumpere solebat. Quomodocunque res se habeat, anatomici et physiologi dicant, num ex eo, quod laesa medulla spinali potentia coeundi et vox detrimentum capiunt, nexus partium genitalium cum larynge explicari posset. Forte et barbae evolutio ex nervis cervicalibus cutis faciei partim providentibus explicanda foret.

36) Vide Cap. X. §. XLVIII. N. 2.

auricularis [37]), pandiculationes, oscitationes, motus abnormes cordis cum sensu angustiae [38]) ac plerumque sensus specificus debilitatis, ac si gravis morbus vel ipsa mors immineret [39]).

3. Rha-

37) Hoc symptoma an. 1815. in mercatore equorum rhachialgia cervicali crudeli, quae ex cephalaea ortum ducebat, adfecto, observavi.

38) Quocunque fere in morbo, qui dolore nuchae, praesertim gravativo, stipatur, aeger peculiare genus debilitatis experitur, cujus nuper aegra mihi rationem reddidit, dicendo „ita me habeo urgente hoc dolore, ac si jam mortis portiunculam mecum ferrem."

39) Anno 1810. mercator judaeus 50 annorum robustus aeque ac floridus, haemorrhoidibus a decennio obnoxius, ob dolorem ad vertebram sextam cervicalem, consilium meum petiit. Narravit aeger, dolorem illum bis terve spatio mensis vehementer saevire atque tum cordis vibrationem, angustiam pectoris gressus impedientem, oscitationes et necessitatem pandiculationibus repetitis indulgendi, superaccedere, quae singula mala (cum angore pectoris multam similitudinem alentia) cum ab affectione spinae derivaverim, venae sectionem instituere, hirudines et cucurbitulas scarificatas loco affecto admovere, atque alvum apertam tenere, curavi. Interea familiae grave, in quo versabatur aeger, periculum haud reticui, aliorumque medicorum consilium convocare suasi. Accersiti medici, cum virum viderent obesum atque floridum, ob terrorem meum, ut credebant, panicum, obstupuerunt simulque declararunt, nullum plane hic periculum adesse. Verum vix tribus hebdomadibus elapsis, aeger morte improvisa noctu periit. Sectionem cadaveris obtinere haud potui; suspicor de apoplexia columnae vertebralis.

3. *Rhachialgia dorsalis*, *Notalgia* aliorum 40) symptomatibus multifariis comitatur. Hujusmodi sunt: respiratio impedita, anhelans, suspiriis profundis intercepta 41), angustiae, cruciatus ad hypochon- R. dorsalis.

40) A Gr. Νῶτος, dorsum, et ἄλγος dolor. Swediauer Nov. nosol. method. systema. Vol. I. p. 439. Halae 1812.

41) An. 1813. peculiarem respirandi difficultatem in virgine observavi. Aegra sat expedite loquens omni sexagesima horae parte semel bisve sermonem interrumpere, et profundam inspirationem veluti suspirium instituere coacta erat. Ut caussam ipsa, quod solita fuerat tergum fornaci calido per horas multas admovere, accusaverat. An. 1817. puellam duodecim annorum cum initio cyphoseos tertiae et quartae vertebrae dorsalis curavi, quae etiam profunda suspiria ducere coacta erat, ac praeterea cutim brachiorum lividam, palpitationem cordis et emaciationem exhibebat. Medicorum alter tubercula pulmonis, alter vitium cordis suspicabatur. Cognita propius morbi sede, hirudines primum, dein fonticulos ad latera vertebrarum affectarum, apponere jussi, concessa diaeta lactea ordinataque suspensione corporis ope brachiorum loco altiori affixorum. Mense novembris 1818. pro foemina in auxilium ductus fui, quae cum ante annum in curru incommodo iter super viam asperam instituisset, ob cruciatum ad latus dextrum thoracis domum semiviva attigit. Mox vena sauciabatur cum levamine magno, at relicto dolore ad dorsum ad costas spurias lateris dextri, quarum tertia a propria cartilagine veluti separata intus conversa reperta est. Aegra eandem respirandi difficultatem, ut memoratae virgines, experiebatur et praeterea crebras oscitationes et aliquando sin-

pochondria praesertim sub costis spuriis [42]), constrictio musculorum abdominalium, conversio corporis ex uno in aliud latus plane impedita [43]), difficultas sedendi, surgendi, deambulandi nisi antrorsum flexo corpore, alvus tarda, urinae emittendae nisus creber, saepeque eam retinendi impotentia [44]), emaciatio inprimis extremitatum inferio-

gultum, uti videtur ex irritatione diaphragmatis. Cum ipsa ad removendam costam affectam aut potius illius cartilaginem nullam operationem idoneam admittere voluisset, simplex applicita est fascia, laminam metallicam in spatium inter hepar et costas, quousque fieri licuit, intrusam sustinens, cum conspicuo aegrae levamine.

42) Pluries hepar et lienem immerito accusavi, priusquam dolorum istiusmodi originem ex medulla spinali cognoverim.

43) Aegrorum unus mihi fassus est, se potius surgere atque iterum cubitum petere, quam inter decumbendum grave onus ex uno in aliud latus sese convertendi suscipere.

44) Virgo nobilis ex Russia alba, viginti annos nata, junctis pedibus super scamnum saltans, illico dolorem inter scapulas persentiit, quem vero flocci penderat. Elapso nonnullorum mensium curriculo, en sine nota caussa, respirandi difficultas, paulo post urinae incontinentia, crurumque debilitas et macies. Quibus malis farraginem remediorum medici opposuerunt, at incassum. Aegra taedio affecta, Vilnam an. 1816. petiit meaeque curae se commisit. Quamvis morbi historiam enarrando de dolore inter scapulas jam vix conqueceretur; attamen probe partem examinare volui. Nul-

feriorum, cutis eas obducentis anaesthesia, et flacciditas musculorum gastrocnemiorum.

4. Quae dictae cutis et extremitatum inferiorum conditiones, frequentius etiam in *rhachialgia lumbali* (Osphyalgia [45]) et *sacrali* observantur [46]). Quo in morbo praeterea obvenire solent for- R. lumbalis et sacralis.

lum quidem reperii tumorem, ad vertebra tertia dorsalis rudiorem respuebat attactum. Quod symptoma, cum prima morbi caussa, saltu scilicet, componendo, totum malum ex affectione columnae vertebralis repetii. Qua de caussa applicitis duobus fonticulis ad latera vertebrae affectae, exhibitis interne, muriate calcis et arnica, commendatoque decubitu supino per maximam diei partem, primum respirandi difficultas, dein urinae incontinentia, tandem crurum imbecillitas et postremo eorum macies evanuerunt. Virgo elapsis sex mensibus domum sana petiit, adhucdum incolumis vivit, quamvis gravissima animi pathemata ferre debeat.

45) A Gr. ὀσφὺς, lumbus, ἄλγος, dolor.

46) Vir quadraginta annorum vitam sedentariam degens, haemorrhoidarius, anno 1818. consilium meum pro dolore vehementi ab ultimis vertebris lumbalibus ad medium ossis sacri descendente petiit. Dolor ille jam a decem annis plus minus percipitur, verum a vesicatorio ante biennium parti affectae imposito, vehementer auctus est. Ex eo tempore accessit anaesthesia cutis crura obtegentis et tanta quidem, ut neque frictionem ope pectinis setacei ruditer susceptam persentiat. Extremitates inferiores (sunt aegri verba), veluti ligneae percipiuntur. Musculi illarum admodum flaccidi, et gressus infirmus. Urinae evacuatio difficilis, quandoque involuntaria cum alvi obstructione pertinaci. For-

formicatio, frigus, concussio electrica, crurum imbecillitas, urinae difficultates, pertinax alvi obstructio et impotentia ad coitum.

Caussae. 5. *Caussae* rhachialgiae sunt: vertebrarum luxatio [47]), fractura [48]), caries, violentiae externae spinae illatae, ut lapsus, ictus, concussio [49]), com-

mosae uxoris ad latus nunc impotens jacet. Curam ab eccoproticis et hirudinibus inchoavi. Serius fonticulos lateribus spinae admovere curavi, aegro quam maxime hucusque sublevato.

47) Cfr. Cap. I. §. 1. N. 3. (34.) Praeterea Bonet sepulcr. T. III. L. 5. Part. 4. Cap. 3. p. 371. Hildan obs. Cent. V. p. 458. Zittmann med. for. Lips. 1706. Cent. 4. Cas. 5. Swieten Comment. T. I. p. 53. Ludwig advers. med. pract. Vol. II. p. 11. De luxatione vertebrarum colli a medico forensi circumspecte disquirenda. Harrup *new med. Journ. Lond. Vol. I. Part.* 4. Scharschmidt *med. chirurg. Nachrichten.* 3. *Th.* p. 339. Act. Soc. med. Hafn. Vol. II. Petit *traité des maladies des os T. I.* p. 109. Boettcher *v. d. Krankh. d. Knochen.* 2. *B.* p. 110. Preiss *Salzb. med. chirurg. Zeitung* 1792. 3. *B.* p. 29. Newmann *Journ. de méd. chir. et pharm. Décembre* 1815. p. 362. Thillaye Ibid. 1816. *Mars.* Bedingfield op. c. Ehrlich *chirurg. Beobacht. Leipz.* 1815. Obs. 25. (casus memorabilis, in opere commendatione digno). Rust *Arthrokakologie. Wien* 1817. §. 105 sq. (cum extensa huc spectante literatura.)

48) Boettcher l. c. p. 242. Ludwig l. c. Vol. III. p. 507. Soemmerring l. c.

49) Cfr. Cap. I. § III. 2. (96). Frequentia rhachialgiae exempla in veredariis obveniunt.

compressio e. c. per indumentum fibularium, perversa puerorum sedendi ratio, inprimis scribendo, delineando, medicamenta irritantia spinae prope nimis admota [50]), nisus in brachiis extendendis [51]) in ponderibus elevandis, sub saltatione [52]), plethora potissimum haemorrhoidalis, aut a menstruorum suppressione, caloris vel frigoris acrioris vis columnam vertebralem adficiens, animi pathemata [53]), venus nimia, onania, castitas [54]), pubertas [55]), graviditas [56]), rhachitis, scrophula, rheuma, arthritis et lues, dum vel vertebras, vel meninges, vel medullam ipsam laedunt, de quo argumento plurima infra.

§. VIII.

50) Cfr. 4. (46.) In hominibus, quorum spina a vitio rhachitico venereo aut a plethora detinetur, vesicatoria aliaque emplastra irritantia, caute nuchae et inter scapulas applicari debent. Nemo enim de effectibus externae irritationis in partem jam aliunde morbosam spondere potest. Ex simplici inter scapulas scarificatione, paralysis brachii ortum duxit. (Fabr. Hildanus Cent. V. obs. 71.)

51) e. c. apud lotrices lintea altiori loco extendentes, vel alias feminas, dum vela ad fenestras suspendunt.

52) Cfr. N. 3. (44.)

53) Riedlin millenarius 110.

54) Coitus et pollutiones transitoriam rhachialgiam lumbarem saepe auferunt.

55) Lumbos tum maribus tum foeminis circa epocham pubertatis dolere lippis et tonsoribus notum est.

56) Lossius consil. N. 31.

§. VIII.

Diagnosis.

Generatim. 1. Rhachialgiam pro dolore, e spina vertebrali sine febre emanante definivimus. Sequitur inde, dolores, qui ad spinam quidem percipiuntur, ex ea autem non emanant, aut qui e spina quamvis emanent, febre stipantur, neutiquam ad rhachialgiam revocandos esse. A rhachialgia hinc generatim distingui debent rheumatismus acutus cervicis, dorsi et lumborum [57]), ac illius exitus et in specie aegritudines quotquot *doloribus symptomaticis* cervicis, dorsi et lumborum, insigniuntur. De istis speciatim.

R. cervicalis distinguitur. 2. *Rhachialgiam cervicalem* aliquando *morbi faucium* et *oesophagi* mentiuntur, eamque plus vice simplici tum in *angina* tum in *dysphagia* observavimus. Interea non obliviscendum, posse hujusmodi morbos ita rhachialgiam post se trahere (dum scilicet vertebras cervicis aggrediuntur ac vaginae medullae et medullae ipsi infensi fiunt [58]); sicuti rhachialgia, praesertim ea, quae e ca-

57) P. I. Vol. II. Cap. XLIV. §. 184. N. 4. 7. 8.

58) Ao. 1798. virum valde emaciatum in nosocomio civico Vindobonensi (cujus tunc medicus primarius constitutus eram) cum *ulcere faucium syphilitico*, antiquo, admodum foetente, neglecto curavi, qui praeterea de *torpore brachiorum* conquerebatur. Illico medico secundario Dr. Weiss edixi, me de carie vertebrarum cervicalium vix dubitare. Deerat adhuc dolor nuchae, post duos tantum menses secutus, quo accedente ex-

e carie vertebrarum cervicalium oritur, anginam excitasse visa est [59].

3. *Rhachialgia dorsalis* simulatur a morbis partis posticae *pulmonum*, forte et a vitiis, parum adhuc intellectis, *ductus thoracici*, et certissime ab iis *pancreatis* [60] et *aortae*. R. dorsalis distinguitur.

4. *Rhachialgia lumbalis* itidem cum *vitiis aortae* [61] (caeterum rhachialgiam ex carie vertebrarum R. lumbalis distinguitur.

templo paralysis brachii sinistri et tardius dextri oriebatur. Repentina praedicta mors, tot aerumnis finem imposuit. Secto cadavere corpora vertebrae cervicalis tertiae, quartae, quintae, carie erosa, deteximus. Erosio vaginam medullae cervicalis inflammatae attingebat. Talem *cariem* haud raro *mercurii* effectum sistere contendit MATHIAS: *an inquiry into the hist. and nature of the disease produced in the human constitution by mercury, with obs. on its connex. with Lues venerea. Lond.* 1811. 2. *edit.*

59) *Angina vertebralis Hippocratis.* v. Aph. S. III. N. 26. et prorrhetic. L. I. GALENUS de loc. aff. L. IV. C. 3. AETIUS tetrab. II. Serm. 4. C. 47. PAUL. AEGINETA L. III. C. 27. RUST l. c.

60) BONET sepulcr. L. III. S. 22. Obs. 25. (abscessus.)

61) Ao. 1815. puellam de saevo vertebrarum lumbalium dolore conquerentem curavi. Aegra morbum a gravi pondere ao. 1812, sub vehementissimo terrore, elevato repetebat. Crura imbecillima fuerant atque frigebant. Jam rhachialgiam lumbarem coram habere credideram, cum tamen abdominis examen de aneurysmate aortae descendentis nullum dubium reliquerit. Nisi hoc in casu et vertebrae jam cariosae fuerint et in nervos spinales extremitatibus inferioribus prospicientes ege-

brarum saepe sociam agnoscentibus [62]) confundi potest. Confunditur interdum cum morbis *renum* e. c. eorum volumine aucto [63]), calculo et cum affectionibus *lienis* [64]) et cum *neuralgia ischiadica.*

R. sacralis distinguitur. 5. *Rhachialgia sacralis* cum morbis *uteri* [65]), et *intestinorum*, praesertim *intestini* recti [66]), utpote dolores ad os sacrum excitantibus, nisi ad reliqua symptomata respiciatur, confundi possit.

Indoles rhachialgiae. 6. Determinatâ praesentiâ et sede rhachialgiae, illius *indoles traumatica*, *inflammatoria*, *rheu-*

rint, crurum imbecillitas et frigus, defectui circuli sanguinis ex aorta aneurysmatica, in arterias iliacas et crurales, adscribendi videntur.

62) Caries, vel saltem devastatio, vertebrarum ex aneurysmatibus aortae tam frequens est, ut rarissime haec aneurysmata sine carie illa invenerim. Cfr. Morgagni Op. c. Ep. XVIII. 25. Ep. XXVI. 5. Weikard *verm. med. Schr.* 2. *B.* p. 37. Baillie op. c. ed. Soemmerringii p. 17. Walter *anat. Museum* 2. *B.* p. 113. Mianowski *Pamiętników towarzystwa Lekarskiego Wileńskiego. T. I.* 1818. k. 191.

63) Cowper in *Philosoph. Transact. N.* 222. v. Leske *auserl. Abh. I. B.* p. 178.

64) Bonet l. c. Sect. 22. Obs. 30.

65) Cum aegrotantes scirrho uteri laborantes praeprimis de dolore lumborum querelas faciant, ac reliqua symptomata minus molesta saepe vix aut ne vix quidem incusent; medicus non satis expertus facile in errorem ducitur.

66) Intestini recti angustatio et scirrhus, saltem ingruente morbo, praeter alvi obstructionem vix aliud symptoma quam ossis sacri dolorem excitant.

rheumatica, arthritica, gastrica, rhachitica, scrophulosa, scorbutica, syphilitica, plicosa, nervosa, determinanda est.

7. *Rhachialgia traumatica* examine aegri, praesertim de anamnesticis, rite instituto, communissima invenitur. Cum vero rhachialgiae saepe crurum imbecillitate stipentur, ne lapsum utpote symptoma morbi, pro caussa habeamus, cavendum. Ad rhachialgiam traumaticam et illum spinae dolorem illamque deformationem columnae vertebralis, cui *actio perversa musculorum* ansam porrigit [67]), revocamus. Diagnosis specialis luxationis, et fracturae vertebrarum chirurgiae sistit objectum, quod tamen non impedit, quo minus de una luxationis forma, utpote sub adspectu morbi ad imperium medicinae spectantis obvenientė, quaestionem instituamus: loquimur *de luxatione spontanea vertebrarum superiorum colli.* R. traumatica.

8. Quae *Rhachialgia ex luxatione scilicet spontanea vertebrarum superiorum colli* (*Spondylarthrocace cervicalis*), jam Hippocrati [68]), Galeno [69]), Aëtio [70]), et Paulo Aeginetae [71]) nota, Rh. a luxatione spontanea vertebrarum superiorum colli.

67) Legatur de hoc argumento Portal op. in capite praecedente citat. p. 132. Goucy *chirurgie* p. 166. Tulpius observ. L. IV. C. 5. Bonet sepulchret. anat. de convuls. observat. 35. Lorry de melancholia p. 115. Sauvages nosologia. T. I. p. 437. Lieutaud hist. anat. T. II. et *Journ. de Trev.* 1722.

68) Aphor. Sect. III. N. 26. Prorrheticor. L. I.

69) De locis affectis L. IV. c. 3.

ta, a recentioribus, tum medicis tum chirurgis, fere praetervisa, a RUSTIO [72]) vero et discipulo ejus [73]) graphice descripta, a dolore colli, noctu, tempore humido, frigido sub deglutitione aut profunda inspiratione saeviente, orditur. Examinatis cavitatibus oris et faucium nil detegitur morbosi. Urget autem dolor lateris unius colli, a flexione capitis, scapulam versus, invalescens. Dolor hujusmodi, potius tensivus quam pungens, a larynge usque ad cervicem, quin immo ad scapulam lateris adfecti extenditur. Loca dolentia intuitu nil morbosi exhibent, at compressa regione, qua atlas occipiti et epistropheo jungitur, aegrotus dolorem vehementem percipit. (Finis *primae periodi*). Auctis sensim sensimque, praesertim sub capitis motu, indicatis symptomatibus, raucedo, rigor colli et reclinatio capitis versus scapulam, lateri prius dolenti oppositam, plerumque dextram [74]), facie deorsum spectante, superveniunt. Quae symptomata, postquam per hebdomadum vel mensium nonnullorum spatium duraverunt, malorum apparens levamen observatur. (Finis

70) Tetrabibl. II. Serm. 4. C. 27.

71) Lib. III. C. 27.

72) Op. c. p. 76. §. 112. (tredecim hujus morbi vidit exempla.)

73) SCHUPKE l. c. Tract. de luxat. spont. vertebr. colli super. Berol. 1816.

74) Sedes morbi, teste RUST, longe saepius in latere cervicis sinistro l. c. p. 78.

(Finis *secundae periodi*). Enim vero non solum dolores remittunt, sed et capitis motus liberior evadit. At brevi post difficultas deglutiendi, alta voce loquendi et profunde respirandi redeunt. Dolor terebrans occipitis et nuchae continuo saevit, propagaturque usque ad frontis regionem. Jam vero caput ad latus alterum, ut plurimum sinistrum, cum sensu intolerabili ponderis reclinatur [75]). Decubitus, excepto quodammodo in dorsum, undique difficilis, quivisque motus, socio cruciatu, physiognomiae aegroti peculiarem characterem imprimente [76]), absolvitur. Caput non nisi manuum auxilio suffultum elevari potest. Sub motu nuchae hinc inde stridor [77]). Accedentibus susurru aurium, temulentiâ, vertigine, spasmis, convulsionibus, paralysi, praesertim extremitatum superiorum [78]), aphoniâ, sputis purulentis, sudoribus colliquativis, aeger post mensium nonnullorum curriculum, nisi benefica natura in primis morbi stadiis anchylosi salutari succurrat [79]), vel febre lenta consumitur, vel, et saepius quidem, derepente moritur. *Cadaverum sectiones* [80]) exhibuerunt: pus inter oesophagum

D 2 et

75) Cfr. Cap. XII. §. LX. 7. De paralysi colli.

76) Rust (op. c. Tab. VII.) talem imaginem exhibet.

77) „*Ein Knarren und Reiben der obersten Halswirbelbeine.*“ Rust. l. c. p. 80.

78) Cfr. §. LX.

79) Rust l. c. p. 81. §. 118.

80) Rust p. 80. §. 117.

et vertebras colli, pharyngem exulceratam, periosteum et ligamenta prope atlantem et epistropheum consumta, processus condyloideos et odontoideum carie detentos [81]), foramen occipitale angustatum, meninges lividas, perforatas, substantiam cerebri et medullae spinalis degeneratam, arterias vertebrales erosas, sanguinem fundentes, et extravasatum puris in cavitate pectoris.

R. inflammatoria. 9. *Rhachialgia inflammatoria* plerumque ad cervicem et ad lumbos cum sensu gravativo obveniens, a rerum conditionibus, sanguinis affluxum ad spinam promoventibus inprimis a potu liquorum spirituosorum, a calore et alvi obstructione invalescit. Menstruantibus [82]), gravidis, haemorrhoidariis, aut amenorrhoeâ laborantibus communissima est.

R. rheumatica. 10. Dolor in *rhachialgia rheumatica* sedem saepe mutans, acutus percipitur; residet potissimum in ligamentis vertebrarum, ad earum periosteum, in meningibus, nec parcet ipsi medullae. Ibi, sub erectione vel flexione trunci augetur; hic continuus est ac plurima organa, nervos a spina accipientia, in consensum trahit. Subjiciuntur illi homines morbis nervosis caeterum non subditi, ut rustici et milites.

11.

81) Ibidem Tab. V. fig. 1 et 2. Tab. VI. fig. 1 et 2.

82) Hippocrates Coacar. praenot. N. 541. 548. Charter. T. VIII. p. 885. Cfr. P. II. Vol. I. Sect. I. §. III. 52. p. 65.

11. *Rhachialgia arthritica*, a BARTHEZ [83]) pulchre descripta, praesertim homines aetatis mediae et senes, quorum columna vitio rhachitico, scrophuloso, traumatico haemorrhoidali labefactata quondam fuit, aggreditur. Magnam cum rhachialgia rheumatica alit similitudinem, praeter sedem, quam sibi libenter ad dorsum eligit. Recens morbus periodice recurrere et a repentinis atmosphaerae mutationibus augeri solet; antiquior spinam recurvat. Quamvis caussa arthritica ipsam medullam spinalem afficere possit, quod illius induratio [84]) testari videtur; attamen plerumque vertebras carie inficit [85]), ligamenta earum anteriora longa et brevia veluti cornea, nec non cartilagines, ob depositum ad eas phosphatum calcis, osseas reddit, ita ut lubricum amittant et motui obstent. Quanta inde nervorum spinalium, qui prope locum affectum decurrunt, compressio fiat, alibi [86]) docebitur. Hic monuisse sufficiat, in diagnosi rhachialgiae arthriticae maxime ad morbos praegressos et ad habitum aegri, nec non ad alia diatheseos arthriticae signa [87]) respiciendum

R. arthritica.

83) *Abhandlung üb. die Gichtkrankheiten. A. d. Franz. Berlin* 1803. 2. *Th.* p. 86.

84) HARDERI apiarium obs. LVIII. I. P. FRANK l. c.

85) Negat quidem id BARTHEZ, at immerito, uti ex LIEUTAUDII, MORGAGNII et PORTALII observationibus elucet. (v. PORTALII l. c. p. 129.)

86) Cap. XII. §. LXII. N. 4.

87) P. I. Vol. I. §. XII. 4.

dum esse. Inter illos herpes aliaeque impetigines praepostere fugatae, quarum caussa ad vertebrarum cartilagines conjecta est, commemorari merentur.

R. gastrica. 12. *Rhachialgia gastrica* pro symptomatica haberi posset, nisi saburrae et flatus tubum intestinalem distendentes, re ipsa congestioni in specu vertebrali sanguinis ansam porrigerent; quo sub respectu rhachialgia gastrica speciem rhachialgiae inflammatoriae constituit. Ab ista valde rhachialgia gastrico — verminosa differt, qua vigente musculi columnam vertebralem ambientes, vehementer convelluntur, ac sub magnis cruciatibus *cyphosin transitoriam* excitant [88]).

R. rhachitica et scrophulosa. 13. *Rhachialgia rhachitica* et *scrophulosa* a Portalio illustrata [89]), vix rite intelligenda nisi doctrina rhachitidis et scrophularum alibi tradenda [90]) praemissa fuerit, ex vertebris proficiscitur, spongiosis, asperis, cruentis [91]), compressis, suppuratione [92]), carie, mollitie et anchylosi detentis. Columna vertebralis ut plurimum inde incurvatur. Curvor vel retrorsum (*Cyphosis*), vel ad latera (*Scoliosis*), vel antrorsum (*Lordosis*), contingit. Doloris parum hoc rhachialgiae genus pro-

88) Portal l. c. p. 135.
89) Op. c.
90) P. III. S. II.
91) Portal l. c. p. 42.
92) Voigtel *Handb. d. pathol. Anatomie,*

producit, ad eo facilius paralysi ansam praebet [93]). Socia agnoscere solet vitia systematis glandularum lymphaticarum, hepatis et mesenterii [94]).

14. *Rhachialgiam* dari *scorbuticam* nemo imperii diatheseos scorbuticae in systema ossium memor, mirabitur. Dolores ad lumbos praecipue urgentes ab initio fugaces sunt et noctu aucti [95]). Superficies externa vertebrarum affectarum vix a norma deflectit. Verum corpora vertebrarum porosa, excavata, collapsa, consumta, non sine laesione medullae ipsius, reperiuntur [96]). Diagnosis rhachialgiae, de qua loquimur, ex signis et aetiologia scorbuti desumitur. Mercurii abusus hic sibi locum vindicare videtur [97]). R. scorbutica.

15. Longe vero saepius in rhachialgiis ipsa *syphi-* R. syphilitica.

93) Cap. XII. §. LXII. N. 4.

94) PORTAL l. c. p. 53.

95) Idem ibidem, p. 83.

96) BERTII *Osteologie. T. III.* p. 86. PORTAL l. c. p. 88. 19.

97) Virum ao. 1818. Vilnae curavi, qui notas diatheseos scorbuticae ex mercurii abusu exhibebat. Praeter ossium generales dolores, et vertebrae, ultima scilicet dorsalis atque prima lumbalis, dolebant. Abdomen praeterea quasi cingulo comprimi videbatur. Regimen antiscorbuticum et inprimis radicis sarsaparillae decoctum dolores quotquot erant debellavit. Cum idem vir serius pulverem antispasmodicum rubrum STAHLII sumsisset, pauca, quae in eo ob cinnabarem invenitur, mercurii dosis ossium omnium dolores revocavit.

syphilis accusanda est. Dolor ut plurimum ad vertebras dorsi et lumborum praecipue noctu et ab attactu urget; locus affectus et tumore insignitur, qui dolorem praecessisse est visus [98]). Columna vertebralis aliquando miros in modos incurvatur, scilicet nunc antrorsum, facie humum, nunc retrorsum, vultu coelum versus spectante [99]). Extremitates spasmis, anaesthesia, convulsionibus tentantur. Nutritionis opus multum vigente febricula hectica laeditur. Cadaverum enim sectiones hominum ex rhachialgia syphilitica defunctorum, mesenterii glandulas et hepar simul infarctu laborasse, docuerunt [100]). Vertebrae detectae sunt, carie erosae, cerae instar molles, corporique sustinendo impares, ita ut adulti, infantibus fere similes facti, facile concidant. Specus, quo loco vertebrae affectae sunt, angustatur, repleturque sero viridescente [1]).

R. plicosa. 16. *Rhachialgia plicosa* totam columnam vertebralem detinere solet. In viro generalem vertebrarum dorsi anchylosin vidimus. Cutis tergum cooperiens admodum tensa et extenuata est, unde processus spinosi facillime numerari queunt. Plurimi constrictionem, cinguli instar abdomen detinentem, queruntur. Aeger sub repentinis atmosphae-

98) Portal l. c. p. 3.
99) Idem ibidem. p. 4—6.
100) Idem ibidem. p. 5. 10.
1) Idem ibidem. p. 5.

sphaerae mutationibus maxime patitur. Extremitates praecipue inferiores progrediente morbo contractura afficiuntur. Generatim plurima plicae symptomata, ex affectione medullae spinalis explicari possent, quà de caussa operae pretii erit, columnam vertebralem in cadaveribus plicosorum examini subjicere.

17. *Rhachialgia nervosa* ex medullae spinalis primaria affectione, ut plurimum ex venere nimia et onania oritur. Dolor vel nucham vel lumbos, concessis remissionibus, occupat. Eo vigente oestrus venereus in exhaustis licet aegrotis sub repetitis pollutionibus diurnis et nocturnis accenditur [2]). Credimus immo nisum inconsuetum ad venerem, praesertim tenera adhuc in aetate, saepe *symptoma* potius, quam caussam morbi spinae esse, de quo argumento alibi plura [3]). Rhachialgia nervosa transitoria et hystericis familiaris est, immo malorum multiplicitas, quam in omnibus corporis partibus accusare solent, affectioni medullae spinalis praecipue tribuenda videtur. R. nervosa.

§. IX.

Prognosis.

1. *Principiis obsta!* Quod quidem praeceptum nullibi habet majus momentum, quam in rhachi- Generatim.

2) Virum 24 annorum mense novembre 1818. vidi, qui sub insultu rhachialgiae nervosae lumbalis penem retractum ac rigidissimum exhibebat.

3) P. IV. cap. de tabe dorsali.

rhachialgia, quae pro varia sua sede et indole varia eaque gravissima mala portendit.

Rhachialgia traumatica. 2. Morbi generis nervosi alias incomprehensibiles, puta paralysis, tetanus, convulsiones, chorea Sti Viti, etc., probe intelligerentur, si doloris levioris, quondam ex transitoria columnae vertebralis laesione orti, ratio haberetur. Ex parva enim caussa gravissima pullullare solent mala.

Rh. inflammatoria et rheumatica. 3. Nulla vero *rhachialgiae* species periculum magis urgens agnoscit, quam *inflammatoria* et *rheumatica*. Illa ob metum, ne vasa sanguinea praeter modum distenta rumpantur; haec ob timorem ne caussa rheumatica in involucra medullae saeviens extravasatum specus serosum inducat. Utroque in casu *apoplexiam columnae vertebralis* cruentam vel serosam expectandam esse, clare patet. Quodsi hujus apoplexiae in speciali capite non tradamus doctrinam, ratio in eo quaerenda est, quod omnes huc spectantes notiones in capitibus de rhachialgitide, hydrorhachitide et de paralysi aliunde tradere cogimur.

R. arthritica et gastrica. 4. Ipsa *rhachialgiae arthriticae* descriptio, quid timendum sit, testatur. Interea et minores ejusdem mali gradus exstant, vidimusque haud paucas rhachialgias indolis arthriticae, quae, excitatis, dum vigebant, multifariis symptomatibus nervosis, inprimis ad extremitates inferiores, hora somni [4]), per urinam sedimento arthritico instructam,

4) P. II. Vol. I. Sect. I. C. VIII. §. 38. p. 401.

ctam, perque sudores, aut diarrhoeam placide terminabantur. Idem de *rhachialgia gastrica* quam maxime transitoria valet.

5. Prognosis *rhachialgiae rhachiticae* et *scrophulosae* ex tractatu de paralysi magis magisque palam fiet. Jam vero illius descriptio, quanto periculo stipetur, satis ostendit. Rh. rhachitica et scrophulosa.

6. *Rhachialgia scorbutica* haud aliter, quam inter homines egenos, caussis scorbuticis diu obnoxios obvenit, et dum cariem vertebrarum sociam habet, vix spem sanationis relinquit. Idem de *rhachialgia syphilitica* valeret, nisi etiam in provecto morbo specificâ medendi ratione veluti miracula operarentur [5]). Utinam idem de *rhachialgia plicosa*, prognosin a plica [6]) desumente, dicere liceret! Rh. scorbutica, syphilitica et plicosa.

7. Quamvis caussa *rhachialgiae nervosae* minus materialis, quam caussae reliquarum rhachialgiarum videatur, attamen nisi malum transitorium sit, cura multis difficultatibus, in tractatu de epilepsia et de tabe dorsali enucleandis premitur. R. nervosa.

§. X.

C u r a.

1. Modus vitiis gravissimis columnae vertebralis medendi, praecipue in tractatu de cyphosi para- Generatim.

5) Portal l. c. p. 13.
6) P. I. Vol. II. C. XXXVI. §. 147.

paralytica exponetur; qua de caussa hic solum therapia rhachialgiae, utpote simplicis doloris spinae, expectanda est.

C. rh. traumaticae. §. 2. Curam vertebrarum luxationis, fracturae et diastaseos chirurgiae derelinquendo, adversus *rhachialgiam traumaticam* recentem commendamus in plethoricis et robustis hominibus *venae sectionem* et quidem in affectione vertebrarum cervicis ac dorsi, e brachio, in illa lumborum et sacralium e pede. Peracta phlebotomia ad *hirudines*, duodecim, viginti, circa vertebras dolentes applicitas confugiendum, a quibus in aegrotis debilioribus cura orditur. Super partem affectam *aquam frigidam*, cum salibus refrigerantibus, aut acetate plumbi, linteorum complicatorum ope applicamus. Simul alvum *eccoproticis* apertam tenemus, imperatâ severâ diaetâ, conciliatâque aegroto *positione horizontali* ac *summâ quiete*. Nec rhachialgia traumatica senescens, hirudines semper respuit, quae si morbum non auferrent, illico ad *fonticulos* ad latera vertebrae affectae confugiendum foret, exhibito intus infuso *florum arnicae*. Vertebrae vix *terebrationem* ut cranium admittere videntur 7); interea vel ad hanc sub iisdem rerum positionibus, sub quibus *cranii trepanatio* indicatur, conclamato caeterum in casu, sine scrupulo confugeremus. Luxationi spontaneae vertebrarum provectae, *causticum potentiale* late-

7) Carol. Bell l. c.

lateribus nuchae admovetur. In primis stadiis *hirudines* et *fonticuli*. Praeterea latente labe quadam, pharmaca ad vitium scrophulosum, arthriticum, venereum eradicandum, idonea [8]) administranda sunt.

3. *Rhachialgia inflammatoria*, magis etiam, quam traumatica, methodum exposcit antiphlogisticam. Nec una hic valere solet *phlebotomia*, sive *hirudinum* applicatio. Primâ nempe applicatione istorum ad partem affectam operatâ, alteram libenter circa ani vasa instituimus, inprimis si morbus in haemorrhoidariis, aut amenorrhoeâ laborantibus obveniat. Caveamus hic a linimentis acribus, a sinapismis et a vesicatoriis circa spinam admotis; quatenus haec majorem cruoris copiam ad partem affectam determinant. Contra vero scopo revulsivo, irritantia extremitatibus admoveri possunt, alvo simul eccoproticis subductâ. Spinae fotum frigidum vix et nonnisi per transennam admovemus. Verum, saltem noctu, aegro positionem in alterutrum latus, lecto pelle alcis vel alia obducto, conciliamus. C. rh. inflammatoriae.

4. Methodus vix indicata et *rhachialgiae rheumaticae* quadrat; enim vero solummodo fracto omnino impetu inflammatorio morbi, ad *diapnoica* et *vesicatorium*, leviori in malo, lateribus vertebrae affectae admotum, alias illi ipsi superimpositum, confugere licet. Nec *balnea tepida*, *vapo-* C. rh. rheumaticae.

8) Rust l. c.

vapores aquei vel *sulphurei* 9) omitti debent. Quod si caussa rheumatica jam *collectioni liquoris extravasati* in specu vertebrali ansam dederit; secundum regulas alibi tradendas 10) incedendum foret.

C. rh. arthriticae. 5. *Rhachialgiae arthriticae* in limine *evacuationes sanguinis*, saltem *locales*, opponendae. Praeterea omnia, ut dicunt, colatoria adaperta tenenda sunt, quo scopo *electuarium lenitivum* ad vesperas, et decoctum *stipidum solani dulcamarae* mane inserviunt, non neglectis *balneis acribus* pedum, vel *universalibus sulphureis.* Porro vita sedentaria cum moderato corporis motu commutanda. Conducunt praeterea *frictiones* cum panno laneo, vaporibus *succini*, *mastichis*, *benzoes* imbuto, mane et vespere secundum columnae vertebralis curriculum institutae. Spinae rigiditati *emollientia topica, unguentum* ex *axungia porcina* cum *acido nitrico*, aut *phosphorico*, *emplastrum saponis* vel *diaphoreticum Mynsichti*, *balnea vaporis*, *embrocatio* opponuntur; quae si non juvarent, sine temporis jactura ad *fonticulos* circa locum affectum institutos confugiendum est.

C. rh. gastricae. 6. Cum *rhachialgia gastrica* saepius plethoram spinalem sociam agnoscat 11) illius curam *hiru-*

9) DE CARRO: *Observations practiques sur les fumigations sulphureuses. Vienne.* 1819.

10) Cap. IV. §. XIX. N. 7.

11) §. VIII. 11.

hirudinibus circa vertebras dolentes ordimur. Novae autem congestiones *resolventium*, *eccoproticorum* et *carminativorum* usum exposcunt. *Vermes anthelminthicis* expelluntur.

7. Experientia multiplici edocti sumus, et *rhachialgiae rhachiticae* atque *scrophulosae* hirudines, circa spinae partem affectam applicitas, convenire. Praeterea cum, praesenti in morbo, viscera abdominalia plerumque simul labefactata sint [12]), caute alvum sollicitamus, caute inquam, ne latentem forte hostem irritantibus excitemus. Si rhachialgia, sine omni vertebrae tumore obveniat, et aeger infantibus delicatis adnumeretur, *fonticulos* nequaquam lateribus spinae, sed potius ad *brachia* admovemus. Quam maxime enim interest, omnia quae columnam vertebralem irritare possent, evitare. Qua de caussa et indumenta fibularia quibus ignari curvorem columnae vertebralis avertere aut corrigere student, cum Portalio [13]) rejicimus. Contra vero modicum corporis motum, in aëre libero, rusticano, choreas, palaestram, maxime vero *natationem*, simplici *balneo frigido* longe anteponendam, commendamus. Victus esto praecipue vegetabilis cum carne juniorum animalium. Nisi aegri alvi obstructione laborant, potus ex *glandibus quercus roboris tostis*, vernali tempore *succi recenter expressi*

C. rh. rhachiticae et scrophulosae.

12) Ibidem. 12.

13) l. c. p. 47—68.

pressi herbarum boraginis officinalis, veronicae beccabungae, hederae terrestris conducunt. Ex fonte pharmaceutico semel bisve de die vasculum semis decocti radicis vel *rubiae tinctorum*, vel *inulae helenii*, et ad noctem exiguae at diu continuatae doses *aethiopis antimonialis* [14]) vel *muriatis calcis* adhibentur. Ad spinam, doloris jam jam expertem, firmandam, *frictiones tergi* ope *vini calidi*, *alcohol camphorati*, *spiritus formicarum*, *mastichis*, *roris marini* vel alia jure proponuntur.

C. rh. scorbuticae et syphiliticae.

8. Cum *rhachialgia scorbutica et syphilitica* methodum generalem scorbuto et syphilidi medendi, exposcant, therapia illarum in aliis hujus operis locis, quaerenda est [15]).

C. rh. plicosae.

9. *Rhachialgia plicosa* curam variam in variis aegris exposcit, ac vix alia quam palliativa obtinetur. Robustis et succi plenis *cucurbitulae scarificatae* loco dolenti, et *hirudines* ano admotae, *eccoprotica* ex salibus refrigerantibus cum *sulphure*, et *balnea marina* conducunt. Debilioribus prosunt decoctum radicis *inulae helenii*, herbae *vincae pervincae*, stipitum *solani dulcamarae*, extractum *daturae stramonii*, *emplastra* [illegible] *aroma-*

14) Non pudet pharmacum istud a grano dimidio ad granum spatio nychthemeri ipsis adolescentibus exhibere.

15) P. II. Vol. II. Sect. II. Cap. de scorbuto. P. IV. Vol. II. Sect. I. Cap. de syphilide.

aromatico-narcotica ad partem dolentem, ne dicamus de auxiliis evolutionem trichomatis elicientibus [16]).

10. *Rhachialgia nervosa* ex nimia venere vel onania, *balnea subfrigida*, praesertim *marina*, et usum extracti *cinchonae*, *florum salis ammoniaci martialium*, et maxime *camphorae* [17]) exposcit. Generatim conducunt *balnea tepida*, frictio spinae cum *laudano liquido Sydenhami* et *aethere*, cum *oleo hyoscyami nigri cocto*, cum *balsamo vitae* HOFFMANNI *externo*, atque intus, lenia amara, ut extractum *fumariae officinalis*, *cardui benedicti*, maxime vero decoctum florum *arnicae montanae*, vel radicis *inulae helenii*, nec non infusum *chenopodii ambrosioidis*. C. rh. nervosae.

11. Quantum in cura *rhachialgiae* ad *complicationes* et ad conditionem peculiarem aegrotantis respiciendum sit, ille intelliget, qui haud ignorat: fieri posse, quod homo, cujus columna vertebralis in infantia a rhachitide labefactata fuit, serius violentias illius externas patiatur, quod inde C. rh. complicata.

16) Cum in plicosis aliunde congestiones sanguinis caput versus maximas molestias procreent, et quivis capitis fotus calidus has molestias augeat, altera vero ex parte, sine eo vix evolutio trichomatis obtineatur; partem capitis capillatam *tela cerata viridi* obtego. Levissimo hoc velamento, obtime transpirationi, fotui et implicationi crinium prospicitur, quin alia inferatur molestia.

17) Ad granum unum hora somni.

inde magis magisque male tractata spina, ingruentibus annorum curriculo vel arthritide vel syphilide vel utraque simul, haec mala maxime in locum jam prius affectum irruant majoremque ad eum cruoris affluxum determinent, atque sic *rhachialgiam* producant, quam puderet quidem *rhachitico-traumatico-arthritico-syphilitico-inflammatoriam* nuncupare, quaeque tamen non sine respectu tot tantarumque complicationum curanda foret!

Caput III.

De Rhachialgitide.

§. XI.

Definitio, Litteratura.

Definitio. 1. *Rhachialgitis* dicitur inflammatio medullae spinalis et meningum eam ambientium, febre, dolore spinae et affectionibus multifariis partium ab illa nervos accipientium, stipata [18]).

Litteratura. 2. De auctoribus doctrinam rhachialgitidis illustrantibus jam alibi abunde rationem reddidimu

18) Synon. Myelitis, (a Μυελὸς medulla) notiaeomyelitis, (a νωτιαῖος ad dorsum pertinens) spinitis.

mus [19]): addemus solum Gölis rhachitidem infantilem speciatim describentem [20]).

§. XII.

Symptomata. Autopsia cadaverum. Caussae.

1. Nisi rhachialgitis a caussis traumaticis excitetur (quo in casu morbus e columna vertebrali emanat), aut occulte et chronice decurrat; semper *febre* annunciatur, eo vehementiore, quo junior et sensibilior est aegrotus. Febris ista plerumque cum *horrore* ingruit, subsequente *aestu* magno (praesertim ad spinam), remissiones horis matutinis concedente. *Pulsus* creber, contractus, durus, variabilis, diu noctuque aequali micat modo. Maxime *anxietas* jactationibus extremitatum comitata urget. Generatim adspectus aegri gravem morbum indicat, conspicua virium jactura insignitum. Eo magis debilitas percipitur, quo propior dolor cervici est. Nisi aeger ad tenerrimos infantes pertineat, dolorem pro re nata acutum, pungentem, ardentem, gravativum, distendentem, pulsantem, nunc (sat raro) per universum spinae decursum [21]), nunc, (longe fre- Symptomata.

 quen-

19) Cap. I. §. I. 3.

20) *Salzb. med. chir. Zeitung.* 1815. *N.* 85.

21) Quantae angustiae rhachialgitidem totam spinam comprehendentem comitentur, sequens casus, quem ut luculentissimum hujus morbi exemplum exponimus, docet. Centurio militum 42 annorum, temperamenti sanguineo-cholerici, affectionibus arthritico-haemor-

quentius) ad unam tantum illius partem, dorsum vel cervicem, accusat. Dolor iste haud semper a cor-

rhoidariis obnoxius, liquoribus fermentatis minime parcens, suscepto vehementi refrigerio die 2 Mart. 1819. horis vespertinis in horripilationem, subsequente calore urente, socio lumborum dolore, incidit. Noctis curriculo dolor a lumbis sursum ad occiput usque extenditur, continua vi crescens ad desperationem usque. Advocor postridie hora quinta matutina, a consternata familia, aegrum veluti rabidum vix amplius coërcere apta. Ejulans anxiusque ille super abdomen decumbebat, brachiis et cruribus ad latera extensis. Interrogato aegroto, quid doleat, universum, intersecta loquela, respondit corpus. Palpebras, inquit, a se invicem deducere nequeo, cruciatus immanis dentes quotquot sunt et maxillas detinet, quarum inferiorem vix movere possum, dolor ardens et pulsans ab occipite per totum spinae curriculum propagatur, extremitates et praecipue inferiores sensu destituuntur, concutiuntur, pectus perstringitur adeo vehementer, ut spiritum ducere nequeam, molestissimam abdominis contractionem, tantamque virium prostrationem percipio, ut in articulo mortis me versari persuasus sim. Alvus clausa, urina excreta, pulsus obscurus, mollis, ad centum; cordis motus vehemens. Calor urens. Declarato morbo pro rhachialgitide rheumatico-arthritica, spatio nychthemeri venae sectionem ex pede ad libram, hirudines duodecim circa occiput, et totidem cucurbitulas scarificantes ad latera spinae simul cum decocto tamarindorum et salibus mediis tanto cum successu adhibui et aeger paucorum dierum spatio sanitati restitutus fuerit. Maxime venae sectio singula mala infregit: ea enim peracta, illico palpebrarum et maxil-

corporis motu augetur [22]). Nec aegri omnes immobiles et recte decumbunt. Plurimos enim curvato potius trunco, cruribus retroflexis, decussatis, calcibusque podici appropinquatis, vel super abdomen decumbere, vidimus. Alii extremitates inferiores vehementer dolentes ne movere quidem possunt. Infantes quandoque capite pulvinaribus fortiter adpresso, pedibusque lecti fulcro admotis, repetitis vicibus truncum, prosiliente abdomine, motu, opisthotonum minitante, sublevant. Fere omnes ad lecti fundum corruunt; et si brachiis nutricis insedere coguntur, caput et verticem reclinant. Crinis et musculi colli nunc flaccidi nunc rigidi, unde caput pro re nata vel pendulum est vel reclinatum. Saepe musculi colli uno in latere relaxati, in alio contracti sunt, quo fit, ut caput versus scapulam alterutram reclinetur. Multis sternum adeo elevatur, ut collo vix amplius comparente, mentum attingat. Facies, excepto nasi apice, rubet, ac infantes quantum patiantur, indicat. Oculi vel undique motu rotatorio agitantur, vel fixi sunt. Caeterum oculi praeter [illegible] splen-

larum motus cum extremitatum sensu rediit, dolore ad spinam multum imminuto.

22) *Dolorem spinae* a motu corporis hoc in morbo constanter augeri, uno ore docent auctores, at vero pluries contrarium observavi. Doloris sub motu augmentum ad rheumatismum acutum musculorum spinam obtegentium vertebrarum earumque ligamentorum potius, quam ad rhachialgitidem proprie dictam spectat.

splendorem, in febribus familiarem, nil morbosi exhibent. Pupillam infantum hîc angustatam esse, non conspeximus. Plurimi raucedine laborant [23]). Sitis inexplebilis aridas fauces excruciat. In virgine ex ictu inter scapulas in lethalem rhachialgitidem dorsalem cum extravasato seroso cruento vertebrarum, conjecta, ipsum *aquae horrorem* observavimus [24]). Ipsa haec aegra de sapore admodum ingrato ad linguae radicem, nec non de faucium constrictione conquerebatur. Generatim lingua albo muco obtegitur. Respiratio saepenumero anhelans est. In recens natis costas a contractione musculorum thoracis intus tractas, sterno elevato et protuberante, plus vice conspexisse licuit. Eorum nonnulli aërem cum magno nisu attrahunt, oscitant, et anguntur [25]). Tussis et sputa nulla nisi accidentalia. Pusiones continuos edunt ejulatus, raucos, aut tacite gemunt. Motus cordis et diaphragmatis laboriosi. In infantibus non minus quam in adultis, musculi abdominales saepe ita contracti sunt, ut segmentum transversum pectus a ventre separet. Nonnulli vomunt,

23) Hoc symptoma nuper in infante quatuordecim mensium cum Doctore experto Vilnensi *Barankiewicz* vidi.

24) Ann. 1812. in Clinico Vilnensi.

25) Peculiare convulsionum infantilium genus cum indicata respirationis difficultate incipiens et de quo I. Clark loquitur (*Commentar. on some of the most import. diseas. of child. Lond.* 1815.) ex medullae spinalis inflammatione proficisci videtur.

vomunt, omnes aut diarrhoea aut pertinaci alvi obstructione laborant. Urina pauca saniosa, cruenta [26]), saepe cum repetito nisu deposita, alias diu retenta. Adulti quandoque formicationem variarum partium accusant. Brachia et crura veluti ab ictibus electricis hinc inde convelluntur. Qui motus convulsivi interdum universum corpus prehendunt. Aegra, de qua supra mentionem injecimus, ranarum experimentis galvanicis subjectarum instar convellebatur. Brachia motibus automaticis tentantur; saepe thoraci, vix non semper partibus genitalibus, admoventur. In nonnullis aegrotulis sola manus morbi vim denunciabat. Vidimus enim in rhachialgitide pollicem intus conversum, digitos nonnullos peculiari modo flexos, omnes inter se admodum distantes [27]). In adultis cuncta corporis membra tremore detenta conspeximus [28]). In aliis paralytica urgent symptomata [29]). Cutis undique sudore diffluit et quan-

26) Hippocrates de morb. Ed. Lind. L. II. C. 22. T. II. p. 110. Cfr. Racchetti l. c. p. 360. Talem urinam non vidimus.

27) Memorabile hujus generis exemplum mense Mart. 1718. in pusione unius anni civis Vilnensis filio vidi. Aderat febris et caput reclinatum. Parentes mortem praedicabant, cum alter eorum infans, praevia tali manuum conditione convulsus, perierat. At vero hirudinibus vix cervici applicitis manus in ordinem compositae fuere et infans convaluit.

28) Cfr. Cap. VII. §. XLIII. N. 1.

29) Schaefer in Hufeland *Journal* 1815. *Octobr.* p. 74.

quandoque vel miliaribus vel hydroa sudamine cooperitur. Nisi mature succurratur, symptomata hydropis acuti spinae, infra describenda [30]), succedunt.

Autopsiae cadaverum.

2. Cranio a specu vertebrali separato serum cruentum, purulentum, prosilit. Sedes illius nunc inter vertebras et meninges, nunc inter meninges et medullam; nunc ubique locorum, ita ut specus inundationem coram habere dixeris. Observata praeterea fuere: periosteum vertebrarum erosum [31]), vertebrae friabiles [32]) et quandoque carie detentae: meninges extenuatae [33]), longe vero saepius, ut vidimus, incrassatae, rubellae, materie puriformi obductae, cum ossificatione magnitudinis seminis cucumeris [34]), cum punctulis cartilagineis cretae instar albis [35]), medulla punctis rubris notata [36]), vasis veluti arte injectis [37]), emollita [38]), firmior [39]), scirrhosa [40]), lympha coagulabili vel gelatina tremula [41]) obducta,

30) Cap. IV. §. XIX.

31) Brera l. c. Obs. I. p. 30.

32) Dzondi l. c. p. 236.

33) Brera l. c. Obs. 3. p. 35.

34) Morgagni op. c. Epist. XXV. Art. 9.

35) Soemmerring apud Baillie not. 524.

36) Sic in aegra, de qua supra.

37) Harless l. c. p. 73.

38) Brera l. c.

39) Pluries vidi.

40) Harder l. c. Obs. 58.

41) Sic in pluribus cadaveribus reperi.

ducta, suppuratione detenta [42]), variis in locis consumta [43]) aut degenerata [44]). Nervi ischiadici et crurales phlogosi correpti [45]). Cerebrum saepe normale [46]), alias inprimis cum cerebello inflammatum [47]).

3. In *aetiologia* rhachialgitidis tradenda, ad caussas generales morborum columnae vertebralis, quibus potum aquae gelidae sub nisu in pondere elevando ingurgitatae addimus [48]), respicere [49]), rerumque positiones evolutioni rhachialgiae faven- Caussae.

42) Brera l. c. Obs. 1.

43) Ferro *med. Arch.* 1800. 1801. Ploucquet Diss. exempl. singul. morbi paral. Tub. 1806. Chambon de Montaux *Krankengesch.* 3. *B. N.* 84. Bell *Edinb. new Comment. T.* 3. Perrault *J. de méd. T.* 6. p. 389. Portal *Cours d'anat. méd. T. I. IV.*

44) Gautier de Claubry l. c. p. 129.

45) Dzondi l. c. p. 238.

46) Bergamaschi Op. c. cas. 2. 3. 5. 7.

47) Racchetti Op. c. p. 372. 380.

48) Vetula, ab anno menstruis jam orbata, noctu siti excruciata, amphorum aqua gelida repletam, ori admovendi gratia, elevavit, ac paullo post in rhachialgitidem incidit, quae a nisu in pondere elevando vix repeti posset, cum aegra tunc dolorem haud experta fuerit. Existimarim potius columnam vertebralem hic a menstruorum cessatione plethora laborasse, quae per nisum aucta esset, unde frigus oesophago, vertebris tam vicino, applicitum, effectum deleterium in propinquam medullam exercuerit.

49) Cap. I. §. III.

ventes [50]) in memoriam revocare sufficiet. Doctrina quidem rhachialgitidis infantum, ut caussae, quae spinam foetus et recens nati ad inflammationem disponunt, enuclearentur, exposceret; verum cum enucleatio harum caussarum cum pathologia hydrorhachitidis et spinae bifidae cohaereat, eam ad caput sequens remisimus [51]).

§. XIII.

Diagnosis.

Generatim.

1. *Diagnosin rhachialgitidis* tradendo, sequentes se exhibent quaestiones: quaenam rhachialgiam inter et rhachialgitidem intercedit differentia? Estne rhachialgitis propagationis encephalitidis ad spinam effectus, aut morbus illius medullae et meningum primitivus? Primo in casu, quomodo morborum, de quibus agitur, *complicatio* cognoscenda, in altero, quomodo rhachialgitis ab encephalitide distinguenda? Porro: cum quibusnam aliis morbis possit rhachialgitis confundi? tandem quaë sunt rhachialgitidis variae formae? Et postremo, rhachialgitis agnoscitne, aliarum inflammationum instar, differentiam quoad indolem?

Rhachialgitis a rhachialgia distinguitur.

2. *Quaenam rhachialgiam inter et rhachialgitidem intercedit differentia?* Eadem, quae inter cephalalgiam et encephalitidem stabilita est [52]). Jam

50) Cap. II. §. VII. N. 5.

51) §. XVII. 1. 4.

52) P. II, Vol. I. Sect. I. C. II. et III.

Jam alibi (praemisso monito, *dolores* potius aliorum morborum *symptomata*, quam *morbos per se* sistere, nosque *doloribus* ut morbis commoditatis solum practicae caussa varia capita dicasse [53])), fassi sumus [54]); morbos sub dolorum forma obvenientes saepe nil aliud quam *inflammationis occultae* esse effectum, nosque solum ob timorem, ne si quid *occulti* ut *reale* admitteretur, hypothesibus aditus pateret, *dolorem* ut rem facti potius, quam *inflammationem*, quatenus in aegro febre experte in partibus reconditis semper problematica est, pro morbo primario statuisse. Quae cum ita sint, *febrem* et *acutum morbi curriculum* pro signis rhachialgitidis genuinis ac perpetuis declaramus. Attamen per id in dubium vocamus maximam rhachialgiarum partem, *inflammationem chronicam* indolis arthriticae, rhachiticae, scrophulosae, scorbuticae, syphiliticae etc. pro caussa agnoscere.

An rhachialgitis encephalitidis effectum.

3. *Inflammationem cerebri et praesertim cerebelli ad medullam inprimis cervicalem propagari posse*, nisi HIPPOCRATI ipsi, ubi de *sphacelismo cerebri* loquitur, saltem librorum Hippocraticorum auctoribus notum fuit [55]). Praeterea id BORSIERI

53) l. c. C. I. §. 17. 4. p. 20.

54) l. c. C. III. §. XVI. p. 232.

55) De glandulis. *Edit. Linden.* Cap. 10. p. 420. „alius morbus oritur ex defluxione capitis per venas in spinalem medullam."

SIERI [56]), I. P. FRANK [57]), RACCHETTI [58]) et nostrae observationes confirmant. Imo, descriptio quam de *encephalitide cephalalgica* dedimus [59]), quantum hoc in morbo medulla cervicalis patiatur, clare ostendit. Verum altera ex parte edocti quoque sumus, rhachialgitidem non absolute ex encephalitide repetendam esse. Praeter rhachialgiam traumaticam, de cujus ortu primitivo in specu vertebrali nemo dubitat, inflammationis medullae dorsalis et lumbalis certissima signa, sine omni encephalitidis indicio, plus vice simplici invenimus. Diagnosin quidem cum aegri convaluerint, autopsiâ cadaveris extra omnem dubitationis aleam ponere haud potuimus, interea tamen ad illam confirmandam rhachitidi medendi rationis successus sufficiat.

Complicatio encephalitidis cum rhachialgitide.

4. *Complicationem encephalitidis cum rhachialgitide* cognoscimus, ex connubio symptomatum istiusmodi morborum, inprimis vero ex dolore occipitis ad cervicem extenso, ex affectione palpebrarum [60]), e vocis extinctione, brachiorum torpore, et motibus automaticis. Interim cavendum, ne propagationi inflammationis ad medullam spinalem, ea adscribamus phaenomena, quae sero

56) Instit. med. pract. Vol. III. C. 6. §. 172. p. 233.
57) l. c.
58) l. c. p. 370.
59) P. II. Vol. I. C. 3. §. XIV. p. 216.
60) Cfr. C. II. §. VII.

sero in encephalo exsudato, ac ad columnam vertebralem defluenti adscribenda sunt.

5) Generatim autem *encephalitidem a rhachialgitide distinguimus*, quod ibi praesertim sensus et exercitium facultatum animi perturbantur, hic vero maxime motus musculorum, inprimis extremitatum. Nec aetiologiae lumen in diagnosi istiusmodi morborum negligendum est. Encephalitis a rhachialgitide distinguitur.

6. Praeter encephalitidem, rhachialgitis confundi potest cum *inflammatione pharyngis*, *mediastini posterioris*, *diaphragmatis*, *renum* et cum *rheumatismo musculorum dorsi et lumborum*, maxime cum *psoitide* [61]). Musculorum istiusmodi affectiones a rhachialgitide distinguuntur, quod in illis motus partium laborantium longe magis dolorificus est, quod contra thoracis et abdominis viscera minus in consensum trahuntur, quod anxietas non tanta animadvertitur, et in genere quod morbus adspectum gravem inflammationis medullae spinalis proprium, vix exhibet. Rhachialgitis ab aliis distinguitur morbis.

7. Rhachialgitis cum symptomatibus admodum multifariis stipetur [62]), cumque inter ea plurima obveniant, quae magis quam febris et dolor spinae in sensus cadunt, e. c. *tremor*, *convulsiones*, *tetanus*, *paralysis*; tirones in arte, symptomata ista terribilia saepe pro morbo primario habere et verum mali focum praetervidere, edocti sumus. Rh. formae.

61) P. I. Vol. II. C. XLIV. §. CLXXXIV. 8.
62) §. XII. 1.

sumus. Cui errori ut obviam eamus, sicuti varias encephalitidis formas stabilivimus [63]), ita et varias *rhachialgitidis formas* stabiliemus dividendo scilicet *rhachialgitidem*, in *rhachialgicam*, *tremefacientem*, *convulsivam*, *tetanicam* et *paralyticam*. Quarum specierum peculiarem silentio praeterimus descriptionem, cum ea ex generali symptomatum rhachialgitidis enarratione desumi queat, cumque in capitibus de tremore, de epilepsia, de tetano et de paralysi, inflammationis medullae spinalis doctrina ulterius prosequetur.

Rh. indoles. 8. Sicuti encephalitis [64]) ita et *rhachialgitis*, *variam* agnoscit *indolem*, *traumaticam*, *inflammatoriam*, *rheumaticam gastricam*, *arthriticam* et *typhodem*, ne amplius de chronicis inflammationibus, rhachialgiae scrophulosae, syphiliticae, reconditis caussis [65]) loquamur. Sufficiat autem varias istas rhachialgitidis species indicasse, cum modus diagnosin earum construendi, ex doctrina generali morborum systematis nervosi [66]) et medullae spinalis [67]), nec non ex ea rhachialgiae [68]) sponte eluceat.

§. XIV.

63) P. II. Vol. I. Sect. I. Cap. III. §. XIV. 2.
64) l. c. §. XVI. 7—15.
65) No. 2.
66) P. II. Vol. I. Sect. I. Cap. I. §. IV. 13—26.
67) Cap. I. §. IV.
68) Cap. II. §. VII. 6.

§. XIV.

Prognosis.

1. Rhachialgitis praeter encephalitidis exitus [69]), *resolutionem* videlicet *hydropem acutum*, *suppurationem*, *alios agnoscit;* quos in *mutata consistentia medullae spinalis* et *meningum* eam ambientium nec non in *extinctione principii vitalis* illi adhaerentis quaerimus. Prognosis.

2. *Resolutionem rhachialgitidis* expectare licet, si morbus non ex gravi quadam laesione externa originem trahat, sique mature debita methodo curetur. Excepta enim rhachialgitide traumatica, reliquas morbi illius species, pro febribus rheumaticis, inflammatoriis, gastricis, arthriticis et typhoideis habemus, quarum potissima vis medullae spinali et membranis eam involventibus incumbit, quod vel genio morborum regnantium, ob ignotas caussas spinae infenso, vel praedispositioni columnae vertebralis ad morbos, vel noxis, in eam evidenter agentibus adscribimus. Ex quo patet, aliam esse *inflammationis resolutionem*, aliam *febris crisin. Inflammationis* resolutio quocunque tempore sub recta medela in aegris caeterum sanis obtinetur, dummodo ea adhuc quatenus inflammatio perstat, ac necdum unum alterumque exituum indicatorum socium adhibeatur: alioquin enim res magis ardua est. *Febris* autem sua stadia decurrit atque ad acmen per- Resolutio.

69) P. II. L. I. S. I. C. III. §. XVII.

perducta, crisin genio proprio accommodatam plerumque per sudorem, urinam et haemorrhagias experitur.

Hydrops acutus.

3. *Hydrops acutus* ut *exitus* rhachialgitidis ad caput sequens, ut *comes* ad ipsum rhachialgitidis tractatum spectat. Quoties enim rhachialgitis *indolis rheumaticae* est, praesertim si in scrophulosis, utpote systemate lymphatico aliunde labefacto instructis, indicat; toties exsudatio serosa, seu seroso-purulenta, aut seroso-cruenta, ex parte inflammata in partes vicinas, morbo etiamsi neque multum provecto, neque omnino vehemente, expectanda. Ingruentem sub curriculo rhachialgitidis exsudationem arguimus: si dolor ex acuto evadat obtusus, si symptomata prius irritationem designantia nunc magis de stupore testantur, sique nova plane phaenomena, affectionem spinae *sub* loco inflammationis designantia, ingruent. Compertum enim habemus, extravasatum quo tenuius, eo minus circa partem inflammatam haerere, sed ob propriam gravitatem potius ad fundum columnae petere, quod sine evolutione novae malorum catervae neutiquam contingere possit.

Suppuratio.

4. Rhachialgitis traumatica et inflammatoria facillime in *suppurationem* transit, praesertim si dorsum et lumbos aggrediatur. Ea ingruente aegri ex febribus gravissimis convalescere videntur, at vero sub fallaci ista convalescentia vires non solum non redeunt, sed magis magisque franguntur. Hac etenim in *phthisi rhachialgica* aeger febri-

febricula, maximis sudoribus stipata, tentatur, de die in diem magis magisque macilentus evadit, cute veluti aliena extremitates inferiores circumdante, donec praevia plerumque vesicae urinariae aliarumque partium resolutione, crura prius paralytica, oedematosa fiant, gangraena afficiantur, et miser ad nates undique decubitu erosus, mente usque ad extremum compote, moriatur.

Mutatio consistentiae medullae et extinctio principii vitalis.

5. Cadaverum sectiones docent [70]), *medullam spinalem* per inflammationis processum nunc *indurari*, nunc *emolliri*, nunc *erodi*, ac *meninges* saepissime *incrassari*. Qui rhachialgitidis exitus, cum ocyus serius, vel *contracturis*, vel *tremori*, vel *paralysi* ansam praebeant, horum morborum in doctrina magis magisque illustrabuntur. Hic vero adhuc de probabili caussa mortis e rhachialgitide, de *extinctione* scilicet *principii vitalis medullae spinali adhaerentis*, quaestio injicienda. Hac enim ex caussa praecipue infantes, rhachialgitide cervicali detenti, saepe mori suspicamur, quorum cadavera inflammationem siccam fere erysipelaceam prope medullam oblongatam exhibent, quique praecipitanter ac praevia magna virium jactura obire solent. Immo posse medullam spinalem sine praevia inflammatione principio vitali spoliari, casus quatuor hominum, qui ex arbore altissimo humum cum ceciderint, derepente paralysi correpti fuere, eaque demortui *nil morbosi* in specu

70) §. XII. 2.

specu vertebrali obtulerunt, docere videntur [71]. Caeterum cavendum, ne repentinam in rhachialgitide praesertim cervicali mortem, ibi dynamicae principii vitalis extinctioni adscribamus, ubi obitus caussa in *haemorrhagia specus vertebralis* quaerenda est. Haemorrhagias enim hic uti in cerebro [72] ex lento inflammationis processu oriri, ac *apoplexiam spinalem* producere posse, neutiquam dubitamus.

§. XV.

C u r a.

Generatim.

1. Rhachialgitidi medendi vix alias tradere possumus regulas, praeter eas, quae adversus inflammationes in genere [73] et dolores columnae vertebralis in specie [74] traditae fuere. Interea duo cum Racchetti [75] praecipiemus *monita.*

Monitum primum.

2. Quae medullam cervicalem aggreditur inflammatio, saepe tantum producit virium lapsum, ut medicus minus expertus facile ab evacuationibus sanguinis abstineri, et ad usum remediorum vulgo excitantium dictorum confugere possit. Idem timendum foret, si inflammata medulla dorsali, tractoque in consensum corde pulsus fieret debilis,

71) I. P. Frank de colum. verteb. in morb. dignit. Opusc. delect. l. c. p. 30.

72) P. II. Vol. I. C. IV. §. XXVII. 3.

73) P. I. Vol. I. Appendix.

74) C. II. §. X.

75) Op. c. p. 390 sq.

lis, irregularis et intermittens. Quoniam vero istiusmodi debilitatis notae, re ipsa ex inflammatione proficiscuntur, inflammationis autem resolutio aliter quam per methodum antiphlogisticam viriliter administratam obtineri nequeat, clare patet, in hac methodo, nec in excitantium usu, auxilium quaerendum esse.

3. Verum ne quid nimis! Quamvis enim methodum antiphlogisticam in primo rhachialgitidis limine, tanquam sacram anchoram habeamus; attamen illius usum non indiscriminatim ad sequentia hujus morbi stadia extendendum esse censemus. Quo primum enim rhachialgitis non amplius ut inflammatio simplex, sed jam jam ut *inflammatio extravasato nupta*, occurrit, nunquam quidem evacuatio cruenta localis omitti potest; at caute cum venae sectionibus incedendum. Qua de caussa, in morbo provecto, inprimis si evacuatio cruoris localis sine levamine fuerit, viriumque potius produxerit decrementum, indicatio *vasa lymphatica excitandi, ut humorem in specu vertebrali extravasatum absorbeant*, stabilitur. Cui indicationi satis faciunt *vesicatorium* amplum loco affecto superimpositum illiusve protracta suppuratio, porro *calomel*, vel, si diarrhoea obstaret, *unguentum oxydi hydrargyri grisei* lateribus spinae vel extremitatibus illinitum, et *florum arnicae decoctum*. Cum vero praeter indicationem, ut absorbeatur humor extravasatus, et altera praesto sit indicatio, *absorpti* scilicet *humoris elimi-*

Monitum secundum.

nationem promovendi, in rhachialgitide inflammatoria, rheumatica et alia quavis non traumatica, medici est, viam, per quam natura *crisin* absolvere nititur, eruere, nisumque illius sustinere. Quamobrem febre ad maturitatem perducta, si signa critica [76]) *sudorem* annuncient; lenia *diapnoica*, inprimis aliquid *acetatis ammoniae liquidae*, arnicae decocto jungitur. Annunciata crisi per *urinam*, decoctum vel radicis *ononidis spinosae*, vel stipitum *solani dulcamarae*, propinandum. *Haemorrhagia critica*, ob vanum debilitatis futurae metum, neutiquam cohibenda. Viribus ad criseos opus adimplendum deficientibus, modicae *camphorae* et *subcarbonatis ammoniae* doses, nec non *clysteres* cum *oleo essentiali terebinthinae* [77]) magni faciendae sunt [78]). Caeterum, quod sub tam deterrima rerum positione, aetas aegri bonaque illius constitutio non praestabunt, vix a pharmacis obtinebis: unde quocunque in

casu

76) P. I. Vol. I. Prolegom. §. XV. p. LXXXVII.

77) R. Olei terebinthinae drachmam semis, mellis unciam unam, infusi florum chamomillae uncias sex. M. D. S. Clyster.

78) Vetula, quam supra memoravi (§. XII. 3. (48)), gravissima rhachialgitide mense Jan. 1819. in clinico meo laborans, undecima morbi die cessante derepente dolore columnae vertebralis, in paresin extremitatum inferiorum, cum summa virium jactura et pulsu filiformi incidit. Methodus indicata eam ex orci faucibus traxit, fugata simul paresi extremitatum inferiorum.

casu a tumultuaria medendi ratione abstinendum erit.

4. *Phthisin spinalem* sanare non docebimus. Verum tali morbo medico probe noto, aeger saltem id lucri obtinet, quod a tentaminibus therapeuticis inutilibus non excrucietur, quodque unicus scopus cruciatus leniendi et vitam protrahendi, praefigatur. Chirurgorum audacia, limites vix amplius agnoscens, forte loco affecto accurate noto, per *vertebrae terebrationem* puris effluxum promovere tentabit; quo in casu memores esse juvabit, in morbis medullae spinalis, minus quam in aliis, a vi naturae partes lacessitas resarciendi, expectandum esse. C. phthiseos spinalis.

Caput IV.

De Hydrorhachitide.

---

§. XVI.

Definitio. Divisio.

1. Collectio morbosa humoris serosi, purulenti, sanguinolenti in specu vertebrali, medullam spinalem sensim sensimque comprimendo paralysi, anaesthesiae, convulsionibus ansam porrigens, *hydrorhachitis* dicitur [79]). Definitio.

2. Hy-

79) A Gr. Ὕδωρ, aqua, et ῥάχις spina. Synon. Hy-

Divisio. 2. Hydrorhachitidem, hydrocephali instar, in *congenitam*, *chronicam*, *acutam* et *accessoriam* dividimus.

§. XVII.

De Hydrorhachitide congenita.

Definitio. 1. *Hydrorhachitis* cum tumore seroso a vertebris fissis (*spina bifida*) prominente, in foetu per abortum, partum, vivo, demortuo, excluso, dicitur *congenita* [80]).

Scriptores. 2. Exempla *hydrorhachitidis congenitae* cum *spina bifida* collegerunt: TULPIUS [81]), HOCHSTAEDTER [82]), RUYSCH [83]), WEPFER [84]), SALZMANN [85]), Z. PLAT-

drops spinae dorsi, spinola, hydrocele spinalis. GERM. *Wassersucht des Rückgrates.* GALL. *Hydropisie de l'épine du dos.* ANGL. *dropsy of the spine.* ITAL. *idro-rhachitide.* POL. *Wodna puchlina stosu pacierzowego.* ROSS. Водяная болѣзнь хребетнаго столба.

80) *Hydrorrhachia dehiscens* I. P. FRANK l. c. p. 200. 208.

81) Obs. med. L. III. C. 30. p. 230. T. XI.

82) Diss. de spina bifida. Altorf. 1703. v. HALLERI coll. disp. pract. T. VII. P. I. p. 285.

83) Obs. anat. chir. Obs. 34. fig. 36. obs. 35. 36.

84) De puella sine cerebro. Eph. nat. cur. Dec. I. Ann. 3. Obs. 129. p. 222.

85) Resp. ORTH diss. de quibusdam tumoribus tunicatis externis. Argent. 1709.

Z. PLATNER [86]), MORGAGNI [87]), GILG [88]), LESKE [89]), HALLER [90]), HUCK [91]), LIEUTAUD [92]), SANDIFORT [93]), B. VOGEL [94]), HEUERMANN [95]), LECAT [96]), HENKEL [97]), PORTAL [98]), OEHME [99]), BÜTTNER [100]), MAUCHART [1]), MOHRENHEIM [2]), CAMPER [3]), GREEVE [4]), ACREL [5]), HULL [6]), I. P. FRANK

86) Progr. de spina bifida. Lips. 1734.

87) Op. c. Epist. XII. XLVIII. 50.

88) Diss. de spina bifida. Vienn. 1754. in WASSERBERG fascic. dissert. 3.

89) *Auserl. Abh. aus d. philos. Trans.* 3. *B.* p. 260.

90) Elem. physiol. T. IV. p. 87.

91) *Medic. observ. and inquir. Vol.* 4. p. 40.

92) Observ. anatom. medic. T. II. obs. 179. p. 341.

93) Obs. anat. path. L. III. C. I. p. 9. Tab. II. — ejusd. Exercit. ac. L. II. p. 27. — Mus. anat. Vol. I. Sect. 7. p. 304. N. 15. 16. T. CXIV.

94) *Anatom. chir. med. Beobachtungen. Rostock.* 1759. p. 414.

95) *Verm. Bemerk. u. Unters. d. ausüb. Arzneywiss. Kopenh.* 1765. *I. B.* p. 304.

96) *Traité du mouv. musc. Berl.* 1765. p. 52. *Tab. III.*

97) *Neu. med. u. chir. Bemerk. Berl.* 1769. *I. B.* p. 1.

98) *Mémoires de l'acad. des sciences. Ann.* 1770. 1771.

99) Diss. de morb. recens nator. chir. Lips. 1773. GERM. *in d. N. Samml. Abh. f. Wundärzte.* 3. *St.* p. 79.

100) Op. c. (v. P. II. Vol. I. Sect. I. C. IV. §. XX. 2. (80.)).

1) Eph. nat. cur. cent. IX. Obs. 38. p. 94.

2) *Beobacht. versch. chir. Vorfälle. Wien.* 1780. 1. *B.* p. 172. *Tab. II. fig. I. N.* 2.

3) *Ueb. d. Natur, u. Ursachen verschied. Wassersuchten.* In *Abh. f. pr. A. XVI. B.* p. 446.

Frank [7]), Voigtel [8]), Oberteuffer [9]), Richter [10]), Sachtleben [11]), Posewitz [12]), Henry [13]), Fleischmann [14]), Meckel [15]), Astley Cooper [16]), Otto [17]), Racchetti [18]) aliique [19]).

Descriptio.

3. *Symptomata* hydrorhachitidis congenitae bifaria sunt, alia scilicet, quae ad *ipsam spinam*, alia, quae ad *reliquas corporis partes* animadvertuntur. Illa pro varia spinae bifidae sede varia sunt.

4) *Beob. e. beträchtl. Spaltung d. Rückgr. ib. VIII. B.* p. 584.

5) *Schwed. Abh. X. B.* p. 294.

6) *Mem. of the soc. of Manchest. Vol. V. par.* 2. p. 495.

7) Epit. de cur. homin. morb. L. VI. P. I.

8) Op. c. I. B. p. 319 sq.

9) Starcks *N. Arch.* 2. *B.* p. 654. *N.* 16.

10) *Anfangsgr. d. Wundarz.* 3. *B.* p. 239.

11) *Klinik d. Wassersucht. Danzig* 1795. p. 472.

12) *Journ. f. med. chir. u. Geburtsh. 1. St.* p. 176.

13) *Journal de médecine. T. XII.* p. 138.

14) De vitiis congen. circa thorac. et abdom. Erlang. 1816.

15) *Handbuch der pathol. Anatomie. I. B.* p. 356.

16) *Some observations on spina bifida* v. *Med. chir. Trans. Vol. II.* p. 324. Horns *Archiv f. med. Erfahr.* 1816. 3. *H.* p. 447. Hufeland *J.* 1817. 6. *St.* p. 80.

17) *Seltene Beobachtungen zur Anatomie, Physiologie und Pathologie gehörig. Bresl.* 1816.

18) Op. c. p. 391.

19) Commerc. Lit. Norimb. Ann. 1741. hebd. 21. N. 1. Miscel. nat. Cur. Dec. I. Ann. I. Obs. 7. p. 26. Ann. III. Obs. 129. Dec. II. Ann. I. Obs. 158. p. 263. Ann. VI. Obs. 38. p. 143.

sunt. Generatim huc spectant: debilitas, emaciatio, paralysis extremitatum plerumque inferiorum, saepe intortarum, quandoque exulceratarum [20]); impotentia ubera, ut decet, sugendi, resolutio sphyncterum vesicae urinariae et intestini recti, respiratio stertorosa [21]), anaesthesia, convulsiones [22]). Ad ipsam quod attinet spinam, *tumor* conspicitur formae nunc globosae, nunc pyriformis, quandoque basi amplâ instructus, quandoque pedunculo tenui adhaerens, magnitudinis a nuce juglandis, usque ad duos pugnos, interdum sub inspiratione tumens, sub exspiratione subsidens [23]). Eo explorato saepe spina divisa et veluti duplex persentitur. Tumor haud raro integumentis communibns, nunc extenuatis [24]), (et ita quidem ut serum transluceat [25])) nunc crassis [26]), cooperitur. Alias integumenta communia deficiunt et dura mater in propatulo est [27]). Quod sine vertebrarum defectu haud contingere posse, intelligitur. Triplex autem vertebrarum ille defectus est [28]). Nunc enim

20) Treu l. c. p. 412.

21) Lieutaud Synops. univ. pr. med. T. I. p. 560.

22) Sauvages op. c. T. II. p. m. 497.

23) *Journal de médecine et chirurgie. T. XXIX. 7.* 140.

24) Meckel l. c. p. 337.

25) Morgagni l. c. Epist. XII. Art. 8.

26) Hochstaedter l. c. §. 67.

27) Henry l. c. Camper rem ita semper se habere credidit (Diss. de hydr. in diss. X. Vol. II. p. 416.)

28) Fleischmann l. c. p. 11.

enim 1° tota vertebra ita fissa est, ut corpus illius duas partes laterales exhibeat, — nunc 2° arcus vel imperfecte evoluti sunt, vel 3° inter se invicem saltem non conveniunt. *Prima spinae fissae species*, a TULPIO [29]), WEPFERO [30]), SALZMANNO [31]), CAMERARIO [32]), et FLEISCHMANNO [33]) descripta, rarissime observatur [34]). *Secunda species*, cujus exempla retulerunt, GREEWE [35]), MORGAGNI [36]), HULD et GILD [37]), MAUCHART [38]), HENRY et APINUS [39]), frequentius occurrit. Frequentissi-

29) Fissura omnium vertebrarum lumbalium solum peritonaeo cooperiebatur.

30) Columna vertebralis ita fissa erat, ut omnia viscera, renibus non exceptis, in conspectum venirent.

31) Vacuum in tertia vertebra lumbali detexit.

32) Pollicem proprium per columnam vertebralem eo usque, quousque peritonaeum id permittebat, cavitati abdominis introduxit.

33) Corpora vertebrae ultimae dorsalis et primae lumbalis, laminam tenacem cartilagineam exhibebant.

34) MECKEL l. c. p. 358.

35) Processus vertebrarum quotquot sunt in ligamentum osseum confluentes vidit, per quod tamen nervi spinales transibant.

36) Partes inferiores vertebrarum lumbalium usque ad corpus depressas destructas reperit.

37) Vertebrae lumbales plane ad latera conjectae erant.

38) Processus et arcus in ambabus vertebris fissis desiderabantur.

39) Apud HOCHSTAEDTER l. c. processus transversi fere omnino desiderabantur, et nec vestigium partium posteriorum vertebrarum aderat.

tissima omnium *tertia* est *species*, ut ex observationibus Ruyschii [40]), Acrelii [41]), aliorumque multorum elucet. *Sedes seri* varia est. Plerumque liquor extravasatus, aliquando pondus librae superans [42]), inter membranam vascularem medullae et arachnoideam [43]), rarissime inter duram matrem et vertebras, invenitur. Indoles istiusmodi humoris est serosa, subcruenta, purulenta. Illius *analysis chemica* Bostokio [44]) et Marceto [45]) debetur. Medulla spinalis ipsa in loco, fissurae vertebrarum respondente, nunc plane deficit, nunc in substantiam aqueam soluta est, nunc tenuis, mollis, vel hydatidibus obsessa invenitur [46]). Verum monentibus Ruysch [47]), Camper [48]), et Meckel [49]), corruptio medullae spinalis

40) Arcus inter se solum trium linearum spatium relinquebant.

41) Quamvis tumor pugnum adaequaret; tamen vertebra parvum foramen exhibebat.

42) Siebold *chir. Tagebuch. N.* 59.

43) Henry, Acrel, Meckel l. c. p. 363.

44) *The Edinb. med. and surg. Jour. Vol.* 2. 1806. (continet aquae 97,8; muriatis sodae 1,0; albuminis 0,5; muci 0,5; et gelatinae 0,2.).

45) Schweiger *Jour. d. Chem.* 17. *B.* 1. *H.* p. 28.

46) Ruysch Obs. C. 34. Greewe *Abh. f. pr. Aerzte.* 8. *B.* p. 589. Heuermann *med. Bemerk. I. Th.* p. 304. Acrel *Schwed. Abh.* 10. *B.* p. 291. Sandifort mus. anat. Vol. I. p. 234.

47) l. c. p. 38.

48) l. c. p. 416.

lis saepe nonnisi apparens est; enim vero involucra illius dum a sero inter ea collecto extenduntur, sequi necessario jure debet, ut etiam origines nervorum a se invicem distrahantur ac lacerati appareant. Nervorum hujusmodi plurimi fasciculi superficiei internae tumoris adhaerere visi sunt [50]). Inter omnes autem *spinae regiones* nulla saepius finditur, quam *lumbalis* [51]), circa cujus phae-

49) l. c. p. 366.

50) Le Cat l. c. p. 52. Tab. cit.

51) Inter 20. spinae bifidae casus, undecies malum ad vertebras lumbales invenit Oberteuffer (l. c.). Similes observationes obveniunt apud Tulpium l. c. p. 230. Ruysch l. c. p. 45. Burg. Eph. nat. cur. Dec. II. a. b. p. 138. Portal *mém. de l'acad. des scienc.* 1770. p. 481. Lechet Eph. nat. cur. Dec. 11. An. 2. p. 363. Heuermann l. c. Link Act. nat. cur. Vol. I. p. 128. Apinus l. c. p. 487. Spielenberger Eph. nat. cur. Dec. I. a. 3. p. 151. Richard Roux *Journ. de méd. Vol.* 29. p. 140. Camper diss. X. p. 412. Stalpart van der Wiel obs. chir. cent. II. obs. 34. p. 368. Mohrenheim l. c. p. 172. Cavallini, Orteschi *Giorn. di med. Vol.* 8. p. 281. Hutchinson *new Lond. med. Journ.* 1792. *Vol.* 1. p. 338. Morgagni Ep. XII. Treu N. Act. Nat. Cur. T. II. p. 394. Schrader obs. med. Dec. 11. obs. 2. Stoll v. Posewitz l. c. Mauchart Eph. Nat. cur. cent. IX. X. obs. 38. Rutty Philos. Trans. N. 113. 366. Budgen ib. Henkel *Neue Bemerk. Erste Samml. I.* p. 1—10. Salzmann l. c. §. 3. Camerarius l. c. §. 4. Brunner Eph. nat. cur. Dec. III. a. I. obs. 152.

phaenomeni caussam plures exstant hypotheses [52]. Sequitur regio *dorsalis* [53], plerumque tamen simul cum spina bifida lumbali [54]. Posse enim spinam *plurimis in locis simul* [55], aut *totam* [56]) findi, multis confirmatur observationibus. Praeter locum fissum, cavum columnae vertebralis quandoque ultra limites extenditur [57], quod et de ipsa medulla spinali valet [58]. Rarius spina solum ad *collum* finditur [59], rarissime ad *os sacrum* [60].

Huc

52) Busser de hydrope. p. 29. Meckel l. c. p. 368 sq.

53) Septies vidit Oberteuffer l. c. p. 654.

54) Heuermann l. c. p. 304. quatuor vertebras superiores lumbales et duas vertebras dorsales inferiores scissas invenit l. c. p. 304. Greewe vertebras omnes lumbales in medio sejunctas detexit.

55) Bidlous exercit. anat. chir. Dec. II. p. 191. Tab. 3 et 4. Platner Inst. chir. §. 727. not. 2. Ruysch Thes. anat. N. 8. Kerkring Specileg. anat. Tab. 9. Hast apud Kasenstein *Kinderarzt.* 5. *Aufl.* p. 62.

56) Huin *mém. de l'acad. de Dijon. Vol.* 2.

57) Acrel l. c. p. 291.

58) Morgagni Epist. XII. §. ult. Treu Comment. cit. Norimb. 1741. Apinus Hochstetter de spina bif. Altorf. 1703. Hutchinson *New Lond. med. Jour. Vol. I.* p. 338. Grashnis l. c. Meckel l. c. p. 354.

59) Viderunt Oberteuffer l. c. p. 654. Camper l. c. p. 412. Ruysch l. c. p. 45. Snip, Swagerman v. Portal l. c. p. 36.

60) Tamen observarunt ad infimam ossis sacri partem Ruysch l. c. Obs. 35 et Camper l. c. p. 412. Ad medium illius ossis cum hydrocephalo tumorem ob-

Huc quoque evolutio massarum abnormium ad os sacrum observatarum spectare videtur [61]). Praeterea spina bifida cum aliis vitiis conformationis facile societatem init, e. c. cum hernia umbilicali [62]), cum vitiis intestinorum [63]), cum fissura vesicae urinariae [64]), cum atresia ani, et defectu renis et testiculi unius [65]), cum imperforatione ani

servavit MEYER (Eph. N. Cur. Vol. I. Obs. 127.) reliquis vertebris illaesis.

61) SAXTORPH (Collect. soc. Hafn. T. II. N. 4. p. 25.) in foetu femineo inter crura saccum enormem quatuor libras seri et hydatides continentem, os sacrum retrorsum et anum antrorsum pellentem invenit. GEMMIL *medical Essays Vol. II.* p. 1. *N.* 37. p. 361.) similem saccum sarcomatosum detexit. BUXTORFF (act. Helv. T. VII. p. 108—11.) deficientibus osse sacro et coccygis, saccum ab ultimis vertebris lumbalibus pendentem vidit. SCHMIDT (*Sonderbare angeborne Misbild. eines Kind. weibl. Geschlechtes* in HUFELAND *Jour.* 4. *B.* 3. *H. St.* 9.), absente osse sacro corpus hydatiforme a coxis pendens, descripsit. MECKEL (l. c. p. 372.) columna vertebrali ceterum rite constituta, adfinem ossis sacri, saccum, ex dura matre constantem, conspexit.

62) VOISIN *Jour. de méd. T. XXI.* p. 57. REVOLAT ib. *T. XXVII.* p. 373. SANDIFORT obs. anat. pr. T. 3. p. 1—41. PREUSS Eph. N. Cur. Vol. VIII. Opp. p. 128. MECKEL l. c. p. 679.

63) VOISIN et REVOLAT.

64) VOISIN, DELFINI *opusc. scelti di Milano. T. VI.* p. 21—23.

65) ALBRECHT Eph. nat. cur. Dec. II. ann. I. obs. 83.

ani et fissura penis et scroti [66]), cum atresia ani et inversione viscerum thoracis et abdominis [67]), cum vitio intestini ilei, cujus finis membrum virile mentiebatur, ex quo urinae loco alvus excernebatur [68]), cum defectu multorum organorum [69]), et cum appendice intestinorum et perforatione septi cordis [70]).

4. Spinae bifidae *caussa* locata est in laesione [71]) aut situ insolito [72]) foetus in sinu matris, in vitiis uteri [73]), in partu difficili [74]), in sero ex ence- Caussae.

66) Oelsner med. siles. sat. obs. X. sp. I.

67) Lamarc in Roux *Jour. de méd. T. XXXIII.* p. 516.

68) I. A. Lobenwein de monstrosa genitalium difformitate commentatio. v. *Mém. de l'Ac. Imp. des Sc. de St. Petersb. T. VI.* 1817.

69) Daniel *Samml. med. Gutachten.* p. 276.

70) Sandifort et Meckel l. c. p. 580.

71) Lib. Hippocraticus de genitura, C. 8. ed. Lind. T. I. p. 132. sic habet: „Ac vero oblaesum in utero puerum, sentio aut contusum ex matris uterum gestantis plaga, aut ejusdem lapsu, aut alio quopiam violento affectu matri accidente, vitiatum esse. Qua vero parte mater plagas acceperit, ea puer oblaeditur."

72) Heuermann l. c. p. 308. Orth diss. de tumor. quibusdam tunicat. v. Halleri coll. disp. chir. T. 5. p. 420.

73) Hippocrates eod. loc. (c. 9.) ait: „Quum in utero juxta locum, in quo oblaesus est foetus, angustia fuerit; necesse est corpus, quod in angustia movetur, vitiari juxta illum locum."

74) Maurit. Hoffmann Eph. nat. cur. Dec. II. Ann. 5. obs. 208. Orth l. c.

encephalo, ventriculo scilicet quarto cerebri, ad spinam, vel inter membranas [75]), vel per peculiarem canalem in medio medullae positum [76]), defluente [77]), in aquis vertebras distendentibus [78]) et quidem inprimis ad tergum, quatenus ibi minor, quam a lateribus resistentia impositorum musculorum et tendinum est [79]), in mala ossium conformatione vitio venereo aut rhachitico adscribenda [80]), interdumque ex animi pathematibus matrem

75) Morgagni Epist. XII. 12.

76) De hac antiqua Galeni (de Hippocrat. et Platon. decret. Lib. VII. C. 4. p. 276.), Columbi et Stephani opinione lege Portal (l. c) et Racchetti (l. c. p. 132—139.), qui canalem istum, saltem ad cervicis initium minime negare audet; contra Gall (*Anatomie et physiol. du syst. nerv. Sect.* 2. p. 51.).

77) Jam Hippocrates dixerat (de locis in homine et libello de glandulis): „fluit a cerebro humor per aures, oculos, palatum, in guttur et gulam, *per venas in medullam spinalem.*" Legantur de hoc argumento: Swieten Comment. T. I. p. 273. Gilg l. c. p. 17. Haen Praelect. pathol. T. III. p. 645. Portal l. c. Sauvages nosol. method. T. II. p. m. 497. et Genga (*Anatomia cerusica* p. 284.). Ex illius observatione constat, tumorem capitis hydrocephalici subsedisse, cum ex aperto ad os coccygis tumore aqua defluerct, seu ichor pallidus.

78) Ruysch obs. m. chir. C. 34. p. 45. Camper l. c. p. 412.

79) Morgagni Epist. XII. 9.

80) Andreas Murray Progr. spinae bifidae ex mala oss. conformatione initia sist. Goett. 1779. Recus. in

matrem gravidam excruciantibus repetenda [81]), in nisu formativo abnormi [82]) et in asthenia virtutis vitalis, utpote quae opus nutritionis, et officium vasorum lymphaticorum dirigit [83]). Quaevis istiusmodi opinionum pro re nata a veritate haud aliena esse videtur et certe una alteram haud excludit. Generatim tamen maxime MURRAYO adhaeremus, processum inflammatorium et hic non excludente [84]).

5. Non omne columnae vertebralis in foetu vitium pro spina bifida et hydrorhachitide illico declarandum est. Enim vero praeter illud, de quo agitur, columna vertebralis et aliis haud paucis subjicitur *vitiis conformationis*. Spectant huc *medullae spinalis defectus* [85]), plerumque [86]), at non Diagnosis.

oper. MURRAY. Vol. II. p. 195. (Docuit non esse hic solum cartilaginum defectum, quibus apophyses spinales cum vertebris cohaerent, sed laterales vertebrae ramos osseos esse vel valde imperfectos et malae directionis, vel deesse plane cum ipsis apophysibus obliquis et transversis). Binarum prolium, cum spina bifida, ab eadem matre natarum, tertiae vero ex rhachitide tandem demortuae exemplum refert MICHAELIS (RICHTERS *Bibl.* 6. B. p. 134.).

81) LOBENWEINI casus id docere videtur l. c.

82) FLEISCHMANN l. c. p. 12.

83) RACCHETTI l. c. p. 414—416.

84) P. II. S. I. §. Cap. IV. §. XX. 4.

85) MECKEL l. c. p. 209. 221. 348.

86) SÜE *üb. d. Vitalität* p. 7. BUSCH *Beschr. zweyer*

non necessario 87), cerebri defectui junctus, quandoque licet rarissime cum columnae vertebralis evolutione perfecta 88), illius *fissura* 89), *abnormis latitudo* 90), *excavatio* 91); *situs extra specum ver-*

merkw. Mifsgeburt. Marb. 1803. Cfr. P. II. Sect. I. l. c. 6. (22.)

87) Posse enim deficiente cerebro medullam spinalem omnino evolvi probant PROCHASKA ann. acad. f. 111. N. I et III. WEPFER Eph. nat. cur. Dec. I. Ann. 3. Obs. 206. MOHRENHEIM *Wiener Beitr.* 2. *Th.* p. 314. MECKEL l. c. p. 549. Docet PROCHASKA, quod si loco cerebri massa informis obveniat, medulla spinalis cum ea non semper cohaeret, et, e. c., circa tertiam vertebram cervicalem incipit.

88) MERY *Mém. de l'ac. des sc.* 1704. p. 129. ANGELIN *Jour. de méd. T.* 35. p. 336. SAXTORPH *Gesammte Schr. Kopenh.* 1803. *Samml.* 1. *l.* p. 477. MORGAGNI Epist. XX.

89) ZACCHIAS l. c. E. 9. §. 4. (Medulla spinalis plane duplex erat in foetu septem mensium). MANGET Th. anat. L. I. p. 173. (casus primo similis). GRASHUIS *N. Samml. f. Wundärzte.* 10. *St.* p. 180. (fissura in foetu septem mensium circa os sacrum obveniebat). HULL l. c. p. 495. (medulla spinalis duos funes tenues, quorum quivis nervos unius lateris largiebatur, exhibebat.) MALACARNE *Mem. della soc. Ital. Vol.* 12. *P.* 11. p. 173. (Foramen occipitale a septo perpendiculari in duas partes dividebatur, per quarum unam quamque medulla oblongata exibat, septem lineas infra conveniens!!) et MOHRENHEIM *chir. Beob.* 17. p. 174.

90) MANGET l. c. TYSON *Philos. Trans. N.* 228. p. 533.

91) MORGAGNI advers. anat. T. VI. obs. 14. p. 18.

vertebralem[92]), *columnae vertebralis imperfecta evolutio*, scilicet *defectus vertebrarum*[93]), *earum numerus major*[94]), *arcus vertebrarum cum corpore non rite coalescentes*[95]), nec non *vitia processuum*[96]), ne dicamus de hominibus *cauda* instructis[97]). Potest vero ipsa spina bifida, sine collectione seri in specu vertebrali exstare, et vice

G 2 versa

Santorini ib. Portal *mém. de l'acad. des sc.* 1772. p. 481. Gall. l. c. p. 145.

92) Harder Apiar.

93) Vix unquam una alterave vertebrarum colli desideratur (Meckel l. c. p. 381). Contra vero saepe defectus unius vertebrae dorsalis aut lumbalis occurrit (Idem, ib.).

94) Eustahius oss. exam. p. 210. Columbus de re anat. L. XV. p. 484. Leveling obs. anat. rar. Fasc. I. p. 151. Ackermann *üb. d. körperl. Verschiedenh. d. Mannes v. Weibe.* p. 49. *Anmerk.* K. Otto *Handb. d. path. Anat.* p. 55.

95) Heiland Eph. nat. cur. Dec. III. ann. 7. p. 278.

96) Hebenstreit de rarior. quibusd. oss. moment. Lips. 1740. p. 7. Sandifort obs. anat. path. L. III. C. X. p. 135. Rosenmüller de singul. et nativ. oss. corp. hum. varietat. Lips. 1804. p. 57.

97) Bartholin hist. anat. cent. VI. obs. 44. Lochner Misc. nat. cur. Dec. II. ann. 7. obs. 124. p. 230. König ib. ann. 9. obs. 129. p. 223. Blancard Collect. phys. med. P. II. an. 1681. p. 290. Elsholz de concept. tubar. et de puella monstr. Col. Brand. 1669. Roloffi *mém. de l'ac. des sc. de Berl.* 1761. p. 73. Labourdette in Sedillot *Jour. de méd.* T. XXXII. p. 378. Krahe *phil. transact.* N. 59. p. 160.

versa [98]). Generatim nullum habetur hydrorhachitidis congenitae symptoma pathognomicum. Defecisse enim visa sunt, debilitas et emaciatio [99]), pedes intorti [100]) et paralysis extremitatum inferiorum [1]). Quandoque tumor ad locum, ubi spina fissa est, ipsam medullam spinalem continet, sicque specimen *herniae* exhibet [2]). *Hernia* autem *medullae* et sine spina bifida ex violentiis externis oritur, uti videre est apud LECAT [3]) et FERRO [4]).

Talis

98) §. XVIII. N. 4.

99) AYLET (Phil. Transact. Vers. Germ. Vol. 3.) de recens nato narrat hydrorhachitide laborante, in quo tumor sub partu ruptus, quotidie aliquot uncias aquae cruentae largiebatur: infans erat ceterum *sanus et vividus*, sugebat bene, sed nec guttam urinae reddebat. Nec artus inferiores erant paralytici. Die quinta a partu convulsiones accedebant subsequente morte.

100) „In permultis, inquit CAMPER (l. c. p. 62.), mihi observare licuit pedes intortos non adfuisse."

1) AYLET l. c. MORGAGNI Epist. XII. 16. RACCHETTI l. c. p. 398. JAWANDT diss. obs. quaed. pr. Gött. 1787.

2) Finem medullae spinalis cum involucro suo, per foramen vertebrae ultimae lumbalis in tumorem aquosum libere propendentem observavit MOHRENHEIM (RICHTERS *Bibl.* 5. *B.* p. 751.), ut ergo hoc in casu hernia medullae spinalis adfuerit. Generatim autem hydrorhachitidi congenitae cum spina bifida, nomen herniae spinalis, quod illi LECAT imposuit (l. c.), non convenire sponte elucet.

3) l. c. p. 52.

4) Nov. act. nat. cur. 1791. T. VIII. N. 32.

Talis hernia interdum potius *fungi medullae spinalis* nomen meretur [5]).

6. Quousque foetus in utero delitescit, eousque hydrorhachitis, etiamsi cum labe medullae spinalis juncta, vix aut ne vix quidem exercitio functionum, et incremento illius obstat. Secus autem absoluto partu. Tunc periculum morbi a loco, ubi columna vertebralis affecta est, nec non a mali gradu pendet. Spina bifida quo altior et amplior, eo periculosior, et vice versa. Generatim, quamvis infantes ea detenti primis vitae hebdomadibus e medio auferri soleant, exempla non desiderantur, ubi vitam protraxere ad menses septem [6]), decem [7]) et quindecim [8]), quin immo ad annos quinque [9]), octo [10]), quatuordecim [11]), septemdecim [12]), octodecim [13]), viginti [14]), viginti octo [15]), et quinquaginta [16]). Mors, praeviis convul- Prognosis.

5) Philips in *the new Lond. med. Jour.* 1792. *Vol. I.* p. 11. Richters *Bibl. XV. B.* p. 77. Voigtel op. c. I. B. p. 656.

6) Grashuis l. c.

7) Morgagni Epist. XII. 6.

8) Ruysch l. c. obs. 36.

9) Rosenstein *Anweis. z. Kenntniss u. Kur d. Kinderkrankh.* p. 659.

10) Acrell l. c. p. 295.

11) Treu Nov. act. nat. cur. T. II. p. 296.

12) Welse, Acrell l. c. p. 296.

13) Budgen *Phil. Transact.* N. 410.

14) Warner *obs. in Surger. Lond.* 1814. p. 136.

15) Camper l. c. p. 412.

vulsionibus, apertum, vel sponte, vel fortuito, vel artis ope, tumorem, plerumque cito [17]), sequi solet. Verum et hic exceptiones numerantur, uti videre est, apud GENGA [18]), FERRIS [19]), M. HOFFMANN [20]) et COOPER [21]).

Cura. 7. Hydrorhachitidi et spinae bifidae medendi rationes plurimae exstant. „Quid enim in tanta opis inopia non experiendum [22])?" Audaces *ligandum* vel *aperiendum* esse tumorem proposuerunt [23]) idque nonnulli perfecerunt [24]). Quorum recen-

16) SWAGERMANN *Ontleed-heelkund. Verhandl. Amsterd.* 1767.

17) Facta operatione post dies duos, RUYSCH (l. c. post dies tres, BURG (Eph. nat. cur. Dec. II. ann. 5. obs. 58.). TULP (obs. med. p. 230.), JAWANDT (l. c. p. 22.) et HUXHAM (opp. Vol. II. p. 44.).

18) l. c.

19) SEDILLOT *Jour. de méd. T. XXVII.* p. 171. (Pueri tredecim annorum tumor hydrorhachiticus, altitudinis quatuor pollicum, et decem circumferentiae, vigente febre putrida disruptus est ac plane sanatus.)

20) Eph. nat. cur. Dec. II. a. 3. obs. 208. (Tumor feliciter apertus est.)

21) l. c.

22) BORSIERI Inst. med. pr. Vol. III. p. 79.

23) ABERNETHY *Surg. Essays. Vol. I.* p. 75.

24) Tentavit quondam HEISTER in infante quatuor mensium tumorem pellucidum, aqueum, tenui radice ad ultimam lumborum primamque ossis sacri vertebram haerentem, successive quindecim dierum spatio per *ligaturam* auferre; — abstulit quidem, *sed infans mox ab operatione mortuus est.* (*Med. chir. Wahrn.* 2. B.

recentissimus celeb. ASTLEY COOPER tumorem acus puncturâ aperit, ac ut serum effluat concedit, hancque puncturam toties repetit, quoties serum denuo colligitur et vertebrae hiantes per *inflammationem adhaesivam* non obliterantur. Casum felicem infausto opponit, huic alterum addit OTTO [25]). Monet vero COOPER apertionem contraindicari a complicatione cum hydrocephalo, a ruptura tumoris sub partù (quod per se intelligitur) ab illius nimio ambitu et a praesentia paralyseos extremitatum inferiorum et urinae alvique involuntaria depositione (quae mala cum plerumque adsint, punctura ad paucos mehercle casus limitatur). Alteram vero methodum idem proponit egregius vir *palliativam*, qua scilicet methodo *tumor ope linteorum complicatorum* [26]) herniae instar reprimitur. Bina sanationis sic operatae exempla refert. *Fasciae* [27]) et *emplastra* [28]) saltem

p. 540.) GENGA tumorem, qui in inferiore et anteriore ossis sacri parte haerebat, feliciter aperuit. (MORGAGNI Epist. XII. 9.)

25) l. c. Cfr. HAYES in *the London medical and physical Journal.* 1818. *March.*

26) GERM. *Bausch.* GALL. *pelotte.*

27) HOIN l. c. (Cum tumor ad spinam jam magnus, omne auxilium respueret, quotidie autem, vi ponderis aucti, summas proli molestias crearet, illum ipsum *fascia* circa ventrem et supra humeros deducta, laxe suffulsit, nec non *sellam* parari curavit, in cujus parte superiore ac dorso sustentando dicata, spatium excavatum, tumori suscipiendo idoneum, mollique pulvi-

tem scopo tumorem a violentiis externis tuendi jam dudum adhibitae fuerant. Quae palliativae, ut dicunt, medendi rationes et *fonticulis* ad latera tumoris applicandis [29]), (utpote experientia necdum confirmatis et integumentis delicatissimis recens natorum infensis [30])), et *setaceo* per ipsum tumorem ducendo [31]), (utpote gangraenae periculum minitante) et *fomentis discutientibus* [32]), (utpote inflammationem malignam excitantibus [33])), anteponendae sunt. Enim vero, cum spina bifida absolute letalis non sit, neque semper impediat, quominus ea aetas attingatur, in qua aeger, prout illi arrideat, operationem vel accipere vel rejicere posset; crudele nobis videtur, prolem omni adhuc voluntate destitutam, methodo submittere, quae non nisi minimum successus probabilitatis gradum, certis iisque summis vitae periculis opponere valet, quaeque methodus, quatenus de aper-

nari circumcirca munitum fuit; quo demum artis subsidio, ut puer absque magno incommodo et sedere et somnum capere et tempus ludendo terere potuerit. Cl. vir obtunuit.)

28) e. c. emplastrum seu unguentum defensivum coeruleum, v. Haen prael. pathol. Vol. III. p. 644.

29) Richter *Anfangsgründe d. Wundarzneykunst.* 2. B. §. 311. p. 241.

30) Jawandt l. c.

31) Mathey an spinae bifidae, setaceum? *Séance publique de la Société R. de méd. de Paris* 1779. p. 32.

32) Camper l. c. Acrell l. c.

33) Racchetti l. c. p. 417.

apertione tumoris agitur, a conspicuis in arte viris, inter quos CAMPERUM 34), BORSIERIUM 35), J. P. FRANK 36) et RACCHETTI 37) nominasse sufficiet, reprobatur.

§. XVIII.

De Hydrorhachitide chronica.

1. *Hydrorhachitidis* primis a nativitate temporibus, vel et aetate provectiore, nunc cum, nunc sine apparente columnae vertebralis vitio, evoluta, lenteque decurrens, *chronica* dicitur. Definitio.

2. Qui doctrinam hydrorhachitidis congenitae cum Literatura.

34) l. c. 68. „Asseverare possum *in omnibus*, in quibus, me invito, aqua educta est, *mortem*, etiamsi non repente, *secutam esse;* neque etiam ex rarissime contingentibus regula desumi potest; sed ex iis, quae, si non semper, utplurimum tamen locum habent."

35) l. c. p. 76. „*Incisio* tumoris *mortifera* est; quidquid contra nonnulli in ejus commendationem excogitaverint."

36) l. c. p. 439. „Quos nempe vitae dies illa (hydrorhachia) sibi ipsa commissa, aegris, aerumnosos quidem, sed non tam paucos aliquando concederet; hos artis nimis sollicita conamina *vix non semper celerius abrumpent.*" . . . . p. 445. . . . . . ne morti a sectione chirurgica vix non semper secuturae occasionem dedisse videamur, *ut ab ea prorsus abstineatur*, *nos quoque consulimus.*

37) l. c. p. 417. „*Ma di essempj funesti, in consequenza della puntura, ne son ricordati assai. Questo dunque è rimedio da pregare Iddio, che a nessun ignorente cada in mente d'adoperarlo.*"

cum spina bifida illustrarunt auctores [38]), hi et hydrorhachitidis chronicae passim mentionem injecerunt. De ea vero ut morbo sui generis, nomine *hydrorhachiae incolumis* (ob spinam hîc minime dehiscentem), praeprimis I. P. FRANK disseruit [39]).

Symptomata.

3. *Infantes* in hydrorhachitidem chronicam incidentes, vel pedibus insistere nunquam addiscunt, vel potestatem gressus instituendi, qua jam fruebantur, amittunt. Utroque in casu cubitorum ope humo reptant, dimidiam ac infimam corporis partem, quasi alienam et inutilem, ut pondus, misere post se trahunt. Cutis crura obtegens flaccida est ac pendula, non sine pedum continuo frigescentium quandoque lividorum, oedemate. Columna vertebralis, nisi malum fortuito cyphosi nuptum sit, nil morbosi exhibet. Facultates animi, in malo recenti, rite exercentur, immo infantes quandoque ingenii inconsueti notas prae se ferunt. Post mensem unum alterumve officium sphyncterum vesicae urinariae et ani frangitur; vel contra, lotium et faeces pertinaciter retinentur. Musculis abdominalibus relaxatis venter physconiae imaginem refert. Invalescente morbo en respirandi difficultatem. Aliquando costa una alterave distorquetur ac sternum ea ex parte elevatur, vel, ut nuper vidimus, singulis

costis

38) §. XVII. 2.
39) l. c. p. 200.

costis intus retractis, protruditur. Accedit saepe vomitus. Brachia motibus automaticis tentantur, convelluntur, thoraci arcte admoventur. Plurimi partes genitales manibus pertractant. Versus finem vergente morbo caput obliquum vel retractum observatur, ac aegrotuli, vagitus raucos edentes, convulsi pereunt. *Adulti* post rhachialgias traumaticas, rheumaticas, arthriticas, haemorrhoidales, inprimis in scrophulosis et rhachiticis, vel sub ipso illarum rhachialgiarum curriculo, de lassitudine, totiusque corporis infirmitate, inprimis vero de crurum torpore cutisque ea obtegentis anaesthaesia, conqueruntur. Habitus aegri plerumque luridus et cutis veluti plumbeo colore tincta. Subsequitur crurum paresis et paralysis. Veneris jam desiderium nullum. Pertinax alvi obstructio, urinae difficultates. Languet digestionis opus, ciborumque appetitus. Flatus intestina percurrunt et distendunt. Brachia, aliquando manus tantum, voluntatis imperio non obediunt, ita ut aeger, quod pluries hic vidimus, ab aliis nutriri debeat. In nonnullis respirandi difficultas, cordis motus abnormis, quin reliqua, morbum viscerum cavitati pectoris inclusorum indicantia, signa adsint. Aegri lecto affixi facile decubitum contrahunt. Vomitus, convulsiones, abolitio exercitii facultatum animi, fatum extremum praecedunt.

4. Hydrorhachitidis *sine* columnae vertebralis laesione obvenientis, sectionibus cadaverum illustratae, Autopsia cadaverum.

stratae, exempla, MORGAGNI [40]), I. P. FRANK [41]), et WRISBERG [42]) collegerunt. Vasa sanguinea quaecunque, per tenuem meningem specus vertebralis decurrentia, sanguine adeo plena erant, quasi ab injecta rubicunda materia fuissent praeter modum repleta. Et sanguifera vascula ex iis, quae spinales nervos, praesertim quosdam stipabant, turgidiora sanguine fuerunt, ganglia vero istius modi nervorum justo crassiora, laxiora.

Caussae. 5. Hydrorhachitis chronica, potissimum iis rhachialgiis, in quibus processum inflammatorium lentum admisimus [43]), originem debere videtur. Spectant huc inprimis rhachialgiae a caussa *rheumatica* [44]) et *metastatica*, e. c. a tinea capitis [45]) excitatae. Praeterea *scarlatinae* epidemia, quam nuper [46]) observavimus, hydropem hujus exanthematis effectum, non solum encephalo, ut monuimus [47]), sed et specui vertebrali infensum esse, nos certos reddidit. Tandem nosse juvabit, ad hydrorhachitidem excitandam haud requiri, ut serum

40) Op. c. Epist. XI. N. 13. Epist. XII. N. 16. Epist. XV. N. 6. Epist. XXXVII. N. 2. Epist. XXVIII. N. 3. 4.
41) l. c. p. 201.
42) *Gött. gelehrte Anzeigen* 1804 *N.* 204. p. 2053. de hydrope medullae spinalis.
43) §. XIII. 2.
44) I. P. FRANK l. c. p. 206.
45) WRISBERG l. c.
46) Autumno et hyeme 1818.
47) P. I. Vol. II. C. XI. §. LII. 3. (92.)

serum in ipso specu generetur. Exempla enim a Morgagni collecta [48]), ac nostra praxi confirmata, docent, sanguinem in apoplexiis in cerebri cavo extravasatum, in placentam et serum separari, illam in loco remanere, hoc autem in spinam stillare [49]).

6. Quoties symptomata recensita [50]) in conspectum veniunt, ad vitium medullae spinalis sat tuto concludere licet, num vero tale vitium ex serosa colluvie specus vertebralis, num ex malis alterius generis, quandoque vix cultro anatomico eruendis, derivandum sit; nemo prudens cum certitudine ante cadaveris sectionem praedicet [51]). Nec paucae seri guttae hîc de hydrorhachitide testantur, cum quovis in cadavere, sicuti in reliquis cavitatibus, ita et in specu vertebrali, extravasati aliquid obveniat. Interim si allata hydrorhachitidis symptomata, a caussis exsudationi seri faventibus excitata fuerint, sique oedema extremitatum inferiorum, ac urina pauca in quantitate secreta observentur, non inanis de praesentia hydropis specus vertebralis habebitur suspicio. Nec exemplum hydrorhachitidis, quod cum spina bifida in viro quinquaginta annorum obvenerat, silen- Diagnosis.

48) Epist. X.

49) Cfr. P. II. Vol. I. Sect. I. C. V. §. XXIX. 2. (39.)

50) N. 3.

51) Lege de errore, in diagnosi a I. P. Frank commisso, op. c. p. 217.

silentio praetereundum est [52]); alterum, quod annales medici continent, ex violentia externa ortum, potius ad fracturas vertebrarum remittimus [53]).

Prognosis et cura.

7. Morbos, quos pro hydrorhachitide chronica definivimus, dummodo non admodum neglectos, methodo adversus paralyses ex vitio columnae vertebralis indicanda, pluries sanavimus; ast num in diagnosi error non subrepserit, spondere non audemus. In hydrorhachitide chronica inveterata vix spei scintilla affulget.

§. XIX.

De Hydrorhachitide acuta.

Definitio.

1. *Hydrorhachitis*, rhachialgitidis et febrium affinium effectus, citissime curriculum suum absolvens, *acuta* dicitur.

Auctores.

2. Auctores de rhachialgia et rhachialgitide scribentes, et hydrorhachitidis acutae mentionem injecerunt.

Symptomata.

3. Quando transitus rhachialgitidis in hydrorhachitidem exspectandus sit, jam dictum est [54]). Infantes quin tamen soporosi sint et oculi multum a norma recedant, statuae instar decumbunt, brachio unius plerumque lateris motus automati-

cos

52) I. P. Frank in Delect. op. med. Vol. II. p. 33. (in medico Badensi Busch.)

53) Hochstaetter l. c. p. 491.

54) Cap. III. §. XIV. 3.

cos instituunt, vomitu materiem herbaceam *cum vi* ejaculant, pertinaci alvi obstructione laborant, urinam paucam vel nullam excernunt, crura jactant aut movere nequeunt. Pulsus irregularis, sat expansus, haud semper admodum frequens. Respiratio gemebunda, per vices, inprimis porrecto potu, anhelosa, alias fere inperceptibilis. In plurimis morbi symptomata mutantur, si aegrotulus e lecto tractus, brachiis custodis incumbit. Evadit enim infans querulus, gemebundus, manibus indusium dilacerat easque adversus lectum tendit. Opisthotonus aut convulsiones morbo, ad mensem circiter protracto, finem imponunt. Alias infantes praevio ejulatu e medio auferuntnr. Similis scena quandoque in adultis occurrit, qui tamen potius in symptomata hydrorhachitidis chronicae [55]) incidere solent.

Autopsia cadaverum et caussae.

4. *De autopsia cadaverum* et *de caussis* non loquimur, quoniam de utroque hoc argumento jam in capite de rhachialgitide quaestio erat.

Diagnosis.

5. Temporis punctum, quo morbus ad rhachialgitidem spectare cessat et jam nomen hydrorhachiae exposcit, determinare arduum sane est. Interea praesentiam extravasati in specu vertebrali *suspicamur*, dum rhachialgitis jam ultra triduum duraverat, dum dolor spinae et febris multum remiserunt, quin aut illius crisis, aut levamen in reliquis symptomatibus observetur, dumque horum

55) §. XVIII. 3.

rum tumultus, quieti adumbratae locum concedit. Quo pacto hydrorhachitis acuta a hydrocephalo acuto distingui debeat quaeris? Respice functiones cerebri et sensuum. Si aegrotulus non fuerit soporosus, sique amaurosi non laboret, aut luscitate; reliqua symptomata hydrocephalo acuto et hydrorhachitidi acutae communia, potius e spinae hydrope, quam ex illo encephali, derivanda forent. Praeterea hisce in morbis inter se distinguendis, refert totum aegritudinis curriculum perpendere. Ceterum non reticuimus [56]), *complicationem* hydrorhachitidis cum hydrocephalo haud raram esse, neque dubitamus, plurima symptomata hydrocephalo acuto adscripta, (e. c. brachiorum motus convulsivos et automaticos, alvi pertinacem obstructionem, urinae difficultates, hemiplegiam, opisthotonum etc.) ex illius cum hydrorhachitide complicatione repetenda esse.

Prognosis. 6. Hydrocephali acuti quaedam saltem felicia adducere potuimus exempla [57]), nullum vero hydrorhachitidis acutae, saltem inter infantes, in medium proferre licet. Morbus, quo tenerior aegroti aetas, eo citius ad interitum properat.

Cura. 7. Quid igitur respectu *curae* docebimus? methodo contra rhachialgitidem incassum exhausta, hydro-

56) P. II. Vol. I. Sect. I. Cap. IV. §. XXII. 5. p. 291, et Cap. III. §. XIII. 4. 5.

57) P. II. Vol. I. Sect. I. Cap. IV. §. XXII. 4. (62.) 11. (* * * * * *)

hydrorhachitidi opponimus: *vesicatorium* toti columnae vertebralis tractui applicandum, *unguentum mercuriale* circumcirca illiniendum, intus *calomel*, alternatim cum *decocto* nunc *florum arnicae montanae*, nunc *stipitum solani dulcamarae*, addito *liquore acetatis ammoniae*. Nec usus *foliorum digitalis purpureae* omittendus.

§. XX.

De Hydrorhachitide accessoria.

1. Collectio seri in specu vertebrali morbis variis praesertim chronicis superaccedens nobis est *hydrorhachitis accessoria*. Definitio.

2. Sub curriculo multorum morborum, praesertim chronicorum, haud raro contingit, aegros ad varia columnae vertebralis loca prius sensum ingratum pressionis aut dolorem accusare. Plurimi istiusmodi aegrorum brevi post vel citius e medio tolluntur (*apoplexia serosa spinae*); vel virium lapsum inconsuetum experiuntur, vel in aliena mala respirationis, circuli sanguinis, functionum viscerum abdominalium et pelvis, vel systematis nervosi incidunt. Quae singula collectioni morbosae seri in cavitate specus vertebralis accidentali haud raro adscribenda esse, propriis cadaverum sectionibus freti, neutiquam dubitamus. Ad morbos praeprimis hydrorhachitidem accessoriam sociam agnoscentes illi spectant, qui oedemate extremitatum inferiorum et dorsi stipantur, hinc omnis generis *hydropes*, *scirrhi*, Animadversiones.

 phthi-

phthises, porro *icterus*, *scorbutus*, *dysenteria* etc. Quamobrem medicos hortamur, ne in illorum morborum cura dolorem ad columnam vertebralem, maxime si iste dolor circa cervicem obveniat, spernant, sed ut illico inquirant, an partes inde nervos accipientes in consensum trahantur nec ne? Si re vera eae in consensum traherentur (ex quo scilicet pateret, malum ex ipsa medulla spinali proficisci et nequaquam ex decubitu diuturno supino, vel alia externa caussa repetendum esse) affinibus illico dicendum foret, aegrum majori in periculo versari, illique facile quid improvisi accidere posse. Quo prognostico non solum familiarum bono, sed et famae medici prospicitur, ne dicamus de fonte novarum indicationum, quibus, si secundum regulas, in therapia hydrorhachitidis chronicae traditas, satisfaciamus, mortis terminum quodammodo removere licebit.

DE MORBIS
NERVORUM
SINGULORUM.

Caput V.

De singulorum nervorum morbis atque de neuralgia et neuritide generatim.

§. XXI.

Argumenti notio. Literatura.

1. *Nervorum* quivis, iisdem fere ac cerebrum et medulla spinalis, subjicitur morbis. Eadem ratio inter *vaginas nervorum* et *meninges* intercedit. Cum vero nervi per universum corpus humanum sparsi sint, descriptio morborum, quibus eorum quivis subjicitur, infinite extendi deberet, nisi peculiares huic pathologiae parti assignarentur limites. En quos statuimus: habita ratione, quod nervi vel ad viscerum contextum formandum, vel ad ganglia et plexus constituendos confluunt, vel sparsim decurrunt, illorum morborum *tria* quoque statuimus *genera*, videlicet *morbos nervorum* 1° ad *viscera* pertinentium, 2° ad *ganglia* et *plexus* spectantium, et 3° *per se* sparsim decurrentium. Morbi nervorum contextui viscerum inhaerentium, ut monuimus [58]), ibi describuntur, ubi de aegritudinibus viscerum in Argumenti notio.

specie

58) P. II. Vol. I. Sect. I. C. I. §. 1. 3. (76.)

specie sermo est, e. c. vitia nervi olfactorii, optici, acustici, in tractatibus de morbis narium, oculorum, aurium etc. Cum ganglia et plexus nervorum functionibus viscerum thoracis, abdominis et pelvis imperent, patet, eorum quoque morbos nullibi aptius exponi posse, quam eo loco, quo functionum illarum laesiones considerantur; hinc in tractatibus de aphonia, de asthmate, de tussi convulsiva, de angore pectoris, de dysphagia, deque vitiis operis digestionis, chylificationis etc. Restat igitur, ut de morbis nervorum *per se* sparsim in facie et in membris decurrentium agatur, atque haec doctrinae pars est, quam hîc dilucidare aggredimur. Verum non nisi restricte! Status enim praesens illius pathologiae partis, quae nervorum singulorum morbos explanat, tam egenus est, ut si aegritudines nervorum faciei et extremitatum praecipue inferiorum excipiamus; relate ad morbos speciales nervorum intercostalium [59]), vagorum etc. tot solum *facta* exstant (de hypothesibus enim hic nulla accipitur notitia), ut vix duae cum iis paginae repleri possint.

Literatura. 2. Quantum confessio hujusmodi, copiae scriptorum de morbis nervosis [60]) opposita videtur!

59) Legatur de morbo ramorum nervi intercostalis thoracici in *Nouv. Jour. de méd., chir., pharm. etc.* T. *III. Paris* 1818. *Nov.* p. 247. *Obs. des neuralgies thoraciq. p.* Nicod.

60) P. II. Vol. I. Sect. I. Cap. I. §. 1. 2.

tur! Verum aliud est, morbos *systematis nervosi universi* describere, aliud autem in *morbos nervorum specialium* inquirere. Primo enim in casu seges observationum de morbis, nisi medullae spinalis, saltem cerebri habetur, cui, si hypotheses de fluido nerveo, de electricitate, de galvanismo, de magnetismo animali, de sensibilitate, aucta, perversa et imminuta, adduntur; jam doctrina ad aspectum omnibus numeris absoluta praesto est! Verum, si morbos nervorum specialium respicias, longe aliter res se habet, ubi nempe inquisitio laboriosa, super millena cadavera diu noctuque protracta requiritur. Requiritur, ut medicus, praxin in magno nosocomio ac conspicua in urbe exercens, expertem in neurologia anatomicum socium habeat, utque iste, indicante illo, cadavera hominum ex morbis nervosis defunctorum exploret, et quidem non solum, ut fieri solet, respectu ad cavitates corporis humani, sed respectu ad nervos, arterias, venas, vasa et glandulas lymphaticas, separatim et in singulis eorum ambagibus ac positionibus. Exemplo illis sunto: Cotunni, Soemmerring, Isenflamm, Reil, Autenrieth, Dzondi, Nasse, Alexander etc. [61]); qui saltem quidpiam tam ardua in re praestiterunt. Interea ex notione vitiorum, quibus nervi faciei et extremitatum subjiciuntur, mala etiam, quibus nervi magis reconditi tentantur,

61) In operibus citatis et citandis.

tur, conjectura attingi quodammodo poterunt; at caute, ne experientiam rationicio anticipemus!

§. XXII.

De morbis ex nervorum specialium affectionibus.

Generatim.

1. Nervos, in omnibus corporis humani morbis pati, hincque nomen *morbi nervosi*, ad peculiarem aegritudinum classem designandam, incongruum esse, asseritur [62]). Verum idem de morbis arteriarum, venarum et vasorum lymphaticorum dici posset, cum tamen partes istiusmodi *proprios morbos* agnoscere nemo inficiabitur. Qua de causa, rite jam animadvertente Reil [63]), sub nomine *morbi nervosi*, non intelligitur morbus, in quo nervi aliarum partium instar patiuntur; sed morbus, qui ex affectione nervorum ortum ducit, aut saltem morbus, in quo nervi maxime labefactati sunt.

Febres intermittentes.

2. *Febres intermittentes* ad talem morborum classem spectare, jam dudum cum aliis [64]) suspicati

62) Musgrave *Samml. v. Beob. üb. d. Nerven u. Nervenkrank. a. d. E. Leipz.* 1776. p. 64. De la Roche *Analyse des fonct. du syst. nerv. Génève.* 1778. p. 9.

63) *Fieberlehre.* 4. *B.* p. 41.

64) Thaer de act. system. nerv. in febr. Gött. 1774. Tissot ait: „*les fièvres intermittentes sont des véritables meaux des nerfs.*" (op. c.) Cfr. Petit-Radel Pyretologia. Paris. 1808. p. 373. Soemmerring *üb. d. Saft* etc. p. 158.

cati sumus [65]), ac quotidie magis magisque convincimur. Pro re nata enim febres istae cerebrum [66]), medullam spinalem [67]), et nervos singulos afficiunt. Immo si symptomatum gastricorum, quae febres intermittentes comitari solent, ratio habeatur; fateri adigemur, *plexus nervorum abdominales* [68]) maxime hic pati. *Febres intermittentes perniciosae cardialgicae, colicae*, id magis magisque demonstrant. Quae inter perniciosas dicuntur *asthmaticae, syncopticae, arthriticae*, non minus de affectione peculiari plexuum nervorum pulmonalium, cardiacorum [69]) et nervorum extremitatum testantur. Nil vero affectionem peculiarem systematis nervosi et nervorum singulorum in febribus intermittentibus magis confirmat, quam copia spasmorum, convulsionum, paralysium etc. quae ex febribus hujusmodi neglectis aut male curatis originem trahunt. Et sicuti affectionem *cerebri* in paraxysmo febris intermitten-

tis

65) P. I. Vol. I. §. XVII. 10.

66) P. II. Vol. I. Sect. I. Cap. II. §. X. 8. Cap. III. §. XVI. 13.

67) Cap. I. §. II. 2.

68) In febribus intermittentibus inprimis nervi et *praesertim intestinorum* in caussa sunt." TRNKA hist. febr. intermitt. Vindob. 1775. p. 141.

69) „Nervorum cardiacorum sensibilitas ita quandoque augeri potest, ut etiam absque accedente externo vel interno stimulo per se in febrilem actionem erumpant." THAER l. a. §. 25.

tis *cephalalgicae* et *apoplecticae* 70), et affectionem *medullae spinalis* in paroxysmo febris intermittentis *tetanicae* et *epilepticae* 71) a processu inflammatorio repetiimus; ita in febribus intermittentibus *cardialgicis colicis*, *arthriticis*, plexuum nervorum *abdominalium nervorumque in extremitatibus decurrentium statum inflammatorium*, suspicamur. Quae hypothesis si confirmaretur, mala nervosa ex febribus intermittentibus evoluta, reliquiis inflammationum variarum systematis nervosi partium et inprimis nervorum abdominalium tribuenda forent.

Febres typhodes. 3. *Febres typhodes*, non immerito *nervosae* dictae pro re nata cerebrum, medullam spinalem, plexus nervorum pectoris et abdominis nervosque passim decurrentes aggrediuntur. Plexuum nervorum abdominalium affectionem praecipue febris flava Americanorum ac hemitritaeus Daciae referre videtur. Dolendum, historias cadaverum sectionum istis in morbis vix aut ne vix quidem de conditione nervorum mentionem injicere. Quod si vero in typho haud raro cerebrum inflammetur 72), idem relate ad *nervos* expectandum, ut de typho vulgari, plurimae cadaverum sectiones docent 73). Verisimiliter vis inflammatoria systemat

70) P. II. Vol. I. Sect. I. Cap. III. §. XVI. 13, (51. p. 238.

71) Cap. I. §. II. 2.

72) P. II. Vol. I. Sect. I. C. III. §. XVI. 2. (27.)

73) Reil ait: „Ex cadavere hominis typho peremti, qu

mati nervoso in typho illata, rationem reddit, cur tot morbi convulsivi, paralytici, a morbo illo acuto fortuito superveniente, debellantur.

Morbi cutanei.

4. *Nervos cutis* magnam in *exanthematibus* et *impetiginibus* vim exercere monuimus 74). Inter illa *erysipelas* id maxime testatur 75); inter haec *pemphigus* 76). Et *variolae* pro morbo systematis nervosi declaratae fuere 77).

5. Morbi

eminente nervorum passione stipatus erat, nervos excidebam sanguinolentos eosque corrodebam acido nitri. Sed pro colore fusco flavo sordidum obtinebant, quoniam sanguis intimam medullam penetraverat, eamque suo colore infecerat. Hoc phaenomenon sanguinis cooperationem ad nervorum actiones efficiendas indicare mihi videtur, quae in febre nervosa excedentes anomalaeque, pari ratione etiam majorem sanguinis copiam ad nervos attrahunt." (Exerc. Cap. V. p. 20.) Cfr. Soemmerring *üb. d. Saft* etc. p. 166. Weinhold *krit. Blicke auf d. Wes. d. Nervenfieb. u. s. Behandl. Dresd.* 1814.

74) P. I. Vol. II. Cap. I. §. IV. 32.

75) l. c. Cap. VI. §. XXVII. 5. Nullibi quidem erysipelatis ex animi pathematibus origo rara est, attamen nullibi tam communis, ut in Lithuania. ubi multa hujus generis exempla quotidie fere obveniunt, ac ubi vulgus erysipelas in genere, pro morbo ex terrore originem trahente habet.

76) l. c. Cap. XXIX. §. CX. 4. In act. soc. Vilnens. Vol. II. (polonice editis) exemplum virginis triginta annorum enarravi, quae, praeviis febribus intermittentibus, in tumorem mesenterii magnitudinis capitis infantilis, subsequente lethali ascite incidit. Morbo

Rheumatismus et arthritis. 5. Morbi haud pauci sub nomine *rheumatismi* aut *arthritidis* re ipsa nil aliud sistunt, quam affectiones nervorum eorumque vaginarum. Idem de *fluxionibus* faciei, colli etc. valet; ne dicamus de *tumore albo puerperarum*, debito loco explicando.

Paralyses, convulsiones etc. 6. Dari *paralyses* et *convulsiones*, quae neque ex cerebro, neque ex medulla spinali, sed e *singulorum nervorum* affectione originem ducant, ex variis hujus libri locis palam fiet.

§. XXIII.

versus finem jam vergente, aegra extemplo *dolorem atrocem* in crure sinistro percepit, cujus modicum oedema derepente in stupendum volumen increvit, parte affecta simul livida marmoris instar frigida facta. Gangraena praedicta praeviis bullis, super totam cruris superficiem maximam cum *pemphigo* similitudinem habentibus, vitae finem imposuit. Secto cadavere tumorem mesenterii ex glandulis lymphaticis in massam adiposam, non sine suppurationis vestigiis, compositum inveni, qui extremitate sua arteriam iliacam sinistram et *nervum cruralem* ejusdem lateris comprimebat, et ita quidem, ut dicta arteria ad longitudinem trium pollicum obliterata fuerit. Cum et in *pemphigo* eruptio intolerabili ardore cutis stipetur, ac multis symptomatibus nervosis annuncietur; nonne origo bullarum ex *affectione nervorum cutaneorum* obliterationem arteriarum per spasmum excitante, ac sic *speciem gangraenae localis externae* exhibente, repeti posset? Rejicias, si placet, hypothesin istam, semper casus memorabilis, qui illi ansam dedit, tibi remanebit.

77) Schaefer *Vers. aus d. theoret. Arzneyk.* §. 35. p. 382. Soemmerring *üb. d. Saft* etc. p. 161.

§. XXIII.

De rerum positionibus morbis nervorum faventibus.

Laesiones externae.

1. Qui caussas morborum generis nervosi perscrutantur, si semper in praegressas *laesiones externas*, nervi unius alteriusve, quo decet modo, inquirerent; mirarentur sane, quam multi inter morbos illos, qui vulgo a perverso systematis nervosi universi sentiendi ratione repetuntur, uni *laesioni specialis nervi* cujusdam, adscribendi sint. Constat enim laesiones externas minimas, e. c. acus puncturam, ad graves nervorum tumultus excitandos sufficere. Ad laesiones autem externas nervis infensas, non solum ictus, concussiones etc. sed *operationes chirurgicas* et *partus opus*, fertilissimos morborum generis nervosi fontes, revocamus. Quod vero maxime dolendum est, ipsa *vulnerum* et *ulcerum sanatio*, saepe effectus longe pejores in nervos exserit, quam caussae, quae malis illis ansam dederunt. Idem de *impetiginibus* sine debita cautela fugatis valet.

Laesiones internae.

2. Et quae in ipso corpore humano includuntur caussae, nervos laedentes, morbos generis nervosi frequentissime excitant. Praeter alibi allatas [78]) commemorari hic merentur, et viscera mole aucta et indurata, quippe quae nervis vicinis vim inferunt, eosque e sede removent vel distendunt. Ex hac enim caussa non solum turbas systematis nervosi, sed etiam, ubi plexus coelia-

78) P. II. Vol. I. Cap. I. §. III. 78.

coeliacus hepate vel pancreate male adfecto laedebatur, et mortem improvisam conspeximus. Immo in ea versamur opinione, magnam morborum nervosorum partem, non ex vitio generali systematis nervosi, sed ex irritatione *unius cujusque nervi* pendere; quae quidem irritatio, nunc in contextu viscerum aliunde aegrotantium, nunc in decursu nervorum prope arterias, venas, vasa lymphatica, ossa, variis malis, utpote plethora praesertim haemorrhoidali, scrophula, rhachitide, syphilide etc. detenta, contingere potest. Quamobrem frequenter de spasmis et convulsionibus uterinis, hepaticis, cardiacis etc. sermonem instituturi sumus, quin tamen ARMSTRONGIO contendenti [79]), affectiones nervosas chronicas *semper* ut symptomata morbi visceris cujusdam considerandas esse, assentiri possumus.

Vitia sensibilitatis.

3. Nemo enim in dubium vocare poterit, *nervorum sensibilitatem auctam, imminutam et perversam*, quamvis, ut diximus, saepius immerito accusatam, tamen ex aetiologia minime excludendam esse. Caussae istis vitiis ansam praebentes jam alibi [80]) indicatae sunt.

Plethora et inanitio.

4. Praeterea si hypothesi tantulum indulgere liceret, varios sensibilitatis nervorum gradus maxime ex imperio, quod arteriae [81]) et vasa lymphati-

79) *The Edinb. med. surg. Jour.* 1815. *Oct.*
80) P. II. Vol. I. Sect. I. Cap. I. §. III. 25.
81) „Liquidum nervos nutriens ex arteriolis telae cellu-

phatica in eos exercent, repeteremus, de quo argumento jam alibi mentio injecta est [82]).

5. Interim, rejectis quibuscunque hypothesibus, jam abunde innotuit *plethoram* eosdem effectus in singulos nervos, uti in cerebrum et medullam spinalem exercere. Ac re quidem vera, „vix alias corporis partes reperias, vasorum copia ditiores quam nervos [83]),“ et quidem non solum in eorum superficie, sed in ipsa pulpa [84]). Affectio nervorum ipsorum.

6. Mirum hinc non est *victum* et *aërem* [85]) utpote sanguini pabulum largientes, imperium evi- Victus. Aër.

losae, fibras nerveas connectentis et involucrorum nervos obducentium provenire, *secerni*, et in tunicas, quae fibrillas nerveas componunt, potissimum in earum interstitia deponi, ut *nutriat* et *irroret* decenter.“ (Boerhaave et Schmidt diss. de act. nerv.)

82) l. c. 27. 28. Cfr. quoque Soemmerring op. c. p. 12. *Ueb. d. Saft, welcher aus d. Nerv. wieder eingesaugt wird.*

83) Sunt verba Reilii in exercit. anat. de struct. nerv. Halae. 1796. Cap. 5. Legatur de eodem argumento Prochaska de struct. nerv. Cap. I. Wrisberg in Ludwigii script. neur. min. Vol. II. Isenflamm in Doerffler de vas. nerv. Erl. 1768. in Ludwigii op. c. C. F. Ludwig progr. de nosogenia in vasc. minimis, ad diss. C. Reibetanz de abscessu hepat. Lips. 1808. p. 5.

84) Isenflamm *prakt. Anmerk. üb. d. Nerv. Erl.* 1774. §. 21.

85) Platner Quaest. physiol. p. 223. Thaer inquit:

evidens in singulos nervos exercere, quae eo minus injurias omnis generis sustinere valent, quo magis illis cruoris fontes defuerunt [86]).

Animi pathemata.

7. Ad injurias vero, nervis maxime infensas, certissime *animi pathemata*, inprimis terror, ut alibi demonstravimus [87]), pertinent.

Temperaturae vitia, humiditas.

8. Inter illas *temperatura* nimis *calida* aut *frigida* et inprimis *humiditas* [88]), verisimiliter ut *electricitatis* vehiculum prima occupant loca.

Venus. Vigiliae.

9. Quibus cunctis *venerem*, *vigilias*, aliasque caussas adderemus, nisi de iis in doctrina generali de morbis systematis nervosi jam abunde quaestio fuisset instituta. Hic enim ob rerum nexum aetiologiam plane praeterire non potuimus.

§. XXIV.

„Non possum quin profitear, vero longe similius me ducere, quod animales spiritus (sit venia verbo) *ex aëre* pronascantur.“ v. Ludwig script. neur. min. T. III. p. 270. §. 28. Soemmerring l. c. p. 40.

86) Ait Isenflamm: „Singulare hoc, quo vasa ad nervos accedunt, quo nervi vasis subveniunt, commercium singularem quoque mereri attentionem videtur, sique magnum est nervorum in arterias imperium, sane non minus *a vasorum infirmitate multae pendebunt nervorum adfectiones.*“ l. c.

87) l. c. 9—18.

88) Soemmerringii ingeniosam hypothesin hic silentio non praeteream, nervos, praesertim eorum nodos, in locis prius sauciatis, humiditatem ex atmosphaera absorbere (l. c. *Hirnlehre.* p. 141.).

§. XXIV.

Quando affectionem nervi singuli suspicari liceat?

1. Arguimus affectionem singulorum nervorum aut plexus nervorum cujusdam ex *dolore*, *crampo*, *convulsione*, *macie*, *anaesthesia et paralysi*. De singulis speciatim. Generatim.

2. Quamvis dolores omnis generis nervorum ope percipiantur, magnum tamen discrimen inter doloris vim intercedit, si nervus solum *conductor* perceptionis doloris alieno in loco caussam agnoscentis est, sique ipse nervus *sedem caussae dolorificae* continet [89]), quod *classem morborum*, quam *Neuralgiae* nomine salutamus, constituit. Dividimus neuralgias (praeter illas viscerum et gangliorum) in *neuralgiam facialem*, *ulnarem*, *radialem*, *ischiadicam* et *cruralem*. Generatim in *neuralgiis* dolor, ut plurimum periodicus, remittens, omnem alium excedit, ab aegro desperabundo, si diutius duraret, vix sustineri posset, ac ramos nervorum ex loco affecto decurrentes, vel consensus leges [90]) fulminis rapiditate undique sequitur. Frequentius sic patiuntur nervi subcutanei, inprimis faciei, nervi pauca tela cellulosa eaque laxa circumdati, nervi tandem injuriis traumaticis et temperiei mutationibus expositi [91]). Quandoque neuralgiae caussa ad *initium* Ex dolore.

nervi

89) Bilon *diss. sur la douleur. Paris, l'an XI.*

90) P. II. Vol. I. Sect. I. C. I. §. III. 29. p. 56.

91) Chaussier *Tables synoptiques.*

nervi locum habet, et dolor ad *finem* illius percipitur. Sic affectiones plexuum cardiacorum, dolores brachiorum; et illae plexuum nervorum abdominalium et pelvis cruciatus crurum excitantes [92]), docent. Mirabiles sunt dolores, qui in membris amputatis percipi videntur [93]).

Ex crampo et convulsione.

3. Cum vero nervorum plurimi motibus voluntariis imperent, aut saltem, uti videtur, musculis, motibus automaticis dicatis, facultatem motus impertiant, sequitur morbos nervorum in musculis, quibus provident, *contractiones* abnormes et *motus convulsivos* excitare debere. Quae musculorum mala ex *singulis nervis* toties repetere licet, quoties sine signis affecti cerebri aut laesae medullae spinalis obveniunt.

Ex macie.

4. Nervi cum et processui nutritionis praesint, intelligitur neuralgias, saltem chronicas, *emaciationem* sociam agnoscere; quae emaciatio quandoque simplicis compressionis nervi effectus est [94]).

5. Si-

92) Ao. 1814. aegrum, qui post febrem intermittentem praepostere cortice sanatam in saevum plantarum pedum dolorem, gressus impedientem, inciderat, solis resolventibus et eccoproticis sanavi. In calculo vesicae urinariae aegros plus vice simplici de dolore plantarum pedum conqueri audivi. Quibus perpensis num suspicari licet, dolores podagricos pedum ex inflammatione arthritica plexuum nervorum abdominalium oriri posse?

93) Cfr. P. I. Vol. II. Sect. I. Cap. XXXIX. §. CLX. 2. (24.)

94) Monro de nervis. p. 176. Tissot l. c. 4. B. p. 208.

5. Sicuti vero chorda nimis tensa tandem rumpitur; ita excessus doloris privationem sensûs in nervo (*anaesthesia*), impotentiam musculis motum imprimendi (*paralysis*), aut unum et alterum, relinquit. Interea paralysin sub ipsa nervi inflammatione oriri posse, magnus vir jam dudum docuit [95]). Ex anaesthesia et paralysi.

§. XXV.

Animadversiones de neuritide.

1. Dolorum, crampi, convulsionum, maciei, anaesthesiae et paralyseos origo ex nervorum singulorum affectione eo facilius intelligitur, si perpendamus, neuralgias plurimas non esse nisi symptomata *inflammationis nervi dolentis*, aut *vaginae* illius [96]), cui inflammationi cum *aliis* [97]) *neuritidis* nomen imponimus; quin eam, nisi factis demonstratam, assumamus [98]). Generatim.

I 2 2. *Neu-*

95) Boerhaave op. c. p. 700. „Si nata sit inflammatio in nervorum tunicis, haec, totum nervum comprimens, pro tempore facit paralysin; illa vero per artem vel sponte resoluta, morbus sanatur."

96) „Nemo forte unquam vidit inflammationem in nervo; haec vero si contingat, in sola *tunica vaginali* haeret." (Boerhaave de morb. nerv. p. 265.) Quamvis inflammatio *ipsius nervi*, uti infra apparebit, neutiquam in dubium vocari possit, magni tamen viri opinio in genere experientiâ confirmatur.

97) Nasse Diss. de neuritide. Hal. 1801.

98) „*Je ne conçois même pas, comment, dans un temps, où la méthode analytique est si justement reconnue*

Distinguitur neuritis a neuralgia.

2. *Neuralgiam a neuritide* hucusque solum per dolorem periodice recurrentem, aut continuum et per absentiam aut praesentiam *febris*, (saltem localis, quatenus ex calore, rubore et vibratione majore arteriarum partis dolentis desumitur), distinguere potuimus. Quod ultimum quidem criterium *neuritidem acutam* a *neuralgia* satis distinguit, vix autem *neuritidem chronicam* pauco vel nullo motu febrili insignitam.

Exitus neuritidis.

3. Verum si arduum sit in primo morbi limine simplicem neuralgiam a neuritide distinguere, non ita serius, ubi *effectus variorum exituum inflammationis* animadvertuntur. Nisi enim neuritis resolvatur, singulos aliorum inflammationum agnoscit exitus. Visi enim sunt nervi inflammati [99]) cum partibus contiguis concreti [100]), crassiores [1]), cartilaginei [2]), tumores includentes [3]); tumo-

pour le meilleur flambeau dont puisse s'éclairer le médecin, on a osé reproduire l'esprit de système au point de professer l'inflammation des nerfs et du neurillime, sans l'avoir auparavant demonstrée dans ces maladies chroniques du systême nerveux, qui accompagnent chaque année tant de malades au tombeau." Nicod. l. c. p. 251.

99) Brugmann v. P. S. van Hoorn diss. de iis, quae in partib. amputatione vuln. notanda sunt. L. B. 1803. §. 9. p. 35. Soemmerring *üb. d. Saft* etc. p. 90.

100) Haen *Heilungsmeth.* 2. *B.* 5. *Th. C.* 6. p. 342.

1) Cirillo *pr. Bemerk. üb. vener. Krankh.* p. 134. Reimarus de tumore ligam. circa artic. 1757. in Halleri disput. pr. T. VI. p. 437.

tumores [4]), concrementa calculosa [5]), serum [6]) inter vaginam et nervum; hydatides vaginis adhaerentes [7]), nervi erosi [8]), fungosi [9]), gangraena detenti [10]). Caeterum nervi plus quam aliae partes suppurationi, gangraenae et cariei [11]), quin immo et putredini post mortem [12]) resistere solent.

5. Neuritidis exitibus, in capitibus sequentibus ultro adhuc dilucidandis, quoque *tumores nervorum*, adscribendi sunt, qui, quamvis objectum chirur- Tumores nervorum.

2) Boerhaave l. c. p. 61.

3) *Trans. of a Soc. f. the improv. of med. and chir. knowledge Vol. II.* p. 152. *Abh. f. pr. Aerzte.* 20. *B.* p. 632. Cfr. 4.

4) Cheselden *Anat. of the hum. body. Lond.* 1713. *T.* 28. Camper demonstr. pathol. L. I. C. II. §. 5. Cappel de epilepsia, e tumore nervo vago inhaerente orta. Helmst. 1781.

5) in Tolkert Snip de Lithotomia. Amstel. 1761. p. 8. Drelincourt praelud. anat. 1672. p. 61. *Journ. des Savans. T. VII.* p. 138.

6) Tissot *von d. Nervenkrankh. Sämmtl. Schrift.* 3. *B.* p. 629. Cfr. Cap. VIII.

7) Paw Obs. anat. var. Vol. II. p. 5.

8) Boerhaave de morb. nervor. Bern. 1762. p. 62.

9) Mohrenheim *Beob. versch. chir. Vorfälle.* 2. *B.* p. 54. Wagner in Loders *Journ.* 3. *B.* p. 142.

10) *Recueil des obs. faites dans les hôpit. militaires, publ. p. Mr.* Rich. D'Hautsierk *T. I.* p. 376.

11) Soemmerring *Hirnlehre.* p. 142. et *üb. d. Saft.* p. 47.

12) Soemmerring l. c. §. 178.

chirurgiae potius quam medicinae sistant, tamen, data hîc opportunitate, silentio praeteriri nequeunt. Mentionem de iis fecerunt (saepe sub nomine incongruo *gangliorum* vel *neuromatis* [13]), HIPPOCRATES, GALENUS, J. DE VIGO, AMBROSIUS PARE', MORGAGNI, PETIT [14]), CHESELDEN [15]), CAMPER [16]), VAN GESCHER [17]), GOOCH [18]), E. HOME [19]), DE LA ROCHE, PETIT RADEL [20]), SPANGENBERG [21]), NEUMANN [22]), HESSELBACH [23]), ODIER [24]), MARSCHALL [25]), CHAUSSIER [26]), SIEBOLD [27]), ALEXANDER [28]). Quorum ultímus tumores nervorum pro *indu-*

13) CHESELDEN *Anatomy of the human body. Lond.* 1741. p. 256. *Tab.* 28. N. 7.

14) *Mém. de l'acad. de chir. T. I.* p. 90.

15) l. c.

16) Demonstrationes anat. pathol. L. I. C. 2.

17) *Proeven over de voornaamste langduurige Geswellen. Amstel.* 1768.

18) *Cases and Remarks.*

19) *Transactions for improvement of medical and chirurgical knowledge. Vol. II.* p. 192.

20) *Encycl. méth. Paris.* 1792. *T. II.* p. 442.

21) *Ueb. d. Nerv. Anschwell.* in HORN *Arch.* 5. *B.* p. 306.

22) SIEBOLD *Sammlung seltener u. auserl. chirurg. Beobacht. u. Erfahr. I. B.* 1805. p. 54.

23) SIEBOLD l. c.

24) *Manuel de médecine pratique. Génève.* 1805. p. 279. *Samml. auserl. Abh. f. pr. Aerzte. XXII. B.*

25) *The Edinb. med. and surg. Journ.* 1815. *Oct.*

26) *Tables synoptiques de la neurologie.*

27) l. c.

28) Diss. med. chir. de tumor. nerv. Leid. 1810.

induratione ex inflammatione non resoluta definit. Tumor nervi a magnitudine pisi, ad illam ovi gallinacei observatur. Elasticus est et parumper mobilis. Dolere non nisi sub compressione aut attactu quocunque solet; at tunc cruciatus intolerabilis evadit. Dolor secundum decursum nervi propagatur, e. c. si tumor in nervo cubitali sedem figat, usque ad digitos, praesertim ad digitum annularem et auricularem. Motus musculorum (nisi forte ob dolorem a simultanea compressione tumoris) illaesus. Neque temperatura partis affectae a norma recedit. Quamvis partes omnes, ex quibus nervus in loco affecto componitur, augmentum morbosum exhibeant, indaratae sint, et lympham contineant extravasatam [29]), attamen ipsa nervi medulla laesa dici nequit. Mirum hinc non est, posse nervum etsi tumore laboret, tamen motui musculorum et sensui praeesse. Caussae tumorum, de quibus agitur, in illis inflammationum quaeri debent. Spectant huc nervi punctio, ictus, concussio, et compressio [30]). Patet

29) „Haec (lympha) procul dubio nascitur e turbato in functione aequilibrio inter vasa arteriosa et vasa lymphatica, ad partem affectam pertinentia, sic, ut species in nervo hydropis topici vel saccati oriatur, non absimili modo, ac post indurationes quasvis alias in aliis corporis partibus evenit, ut inde frequentissima hydropis diversi origo sit repetenda.“ (Alexander l. c.)

30) De phaenomenis sectionem nervorum comitantibus

Patet hinc, cur tumores nervorum etiam frequentissime ad partes, violentiis externis praeprimis expositas, e. c. ad brachia, maxime ad nervum cubitalem, ad crura, maxime ad nervum tibialem, obveniant. Ceterum cum DUBOIS [31]) vix dubitamus, tumores nervorum ex caussis rheumaticis, arthriticis, scrophulosis, scorbuticis, syphiliticis, haemorrhagiis habitualibus suppressis etc. quocunque in loco obvenire posse. Tumores nervorum externi, sibi ipsis relicti, anaesthesiam, paralysin, aut, si membrana externa nervi rumpatur, ulcera maligna admodum dolorifica, post se trahunt. Formationi tumoris nervei occurritur, si neuritis sine mora, ut decet, antiphlogisticis et inprimis evacuationibus sanguinis localibus curatur. Evolutus tumor *frictionibus mercurialibus*, et si haec non juvarent, *balneis sulphureis*, quae prodesse vidimus, curatur. Rebellis tumor *ignis* aut *cultri* auxilium exposcit.

Vitia primae conformationis.

6. Ne vero phaenomena morbosa, in nervis obvenientia, praepostere a praevio processu inflammatorio deriventur, nonnulla de *vitiis* nervorum *primae conformationis* in medium proferre, opus est. Haec quidem nisi in monstris [32]), et vix

legatur ARNEMANN *Versuche über die Regeneration an lebenden Thieren.* 1787. 1. *B.*

31) HORN *Archiv f. med. Erf.* 5. *B.* 2. *H.* p. 306.

32) CLARKE in *Philosoph. Transact.* 1793. p. 154—164. KLINKOSCH Progr. quo Sect. et demonstrat. indicit etc. Prag. 1766.

vix ad originem nervi, locum obtinent [33]). At infra hunc locum nervi respectu ad situm [34]), copiam [35]), auctum volumen [36]) et pinguedinem [37]) haud raro peccant, quin necessario secunda inde laedatur valetudo. Respectu temperamenti videtur, quod apud homines cholericos nervi minores, sed magis firmi sint [38]). Nervi parum ab arteriis irrorati ideoque aridi facultatem conductorum sensibilitatis verisimiliter amittunt [39]). Hinc forte senum [40]) insensibilitas, sensibilitas infantum [41]).

§. XXVI.

33) Soemmerring l. c. p. 105. §. 126.

34) Hildebrand in Blumenbach *med. Bibl.* 3. *B.* p. 157.

35) Neubauer descript. anat. nerv. cardiac. 1772. Sect. I. Praet. p. 10. „Quam ingens, ait, est discrimen, quod quotidie observamus, quoad crassitiem vel diametrum unius ejusdemque nervi, modo ex majori, modo ex minori tubulorum seu fibrarum numero conflati! unde cadavera quaedam adeo nervosa (si ita dicere licet) inveniuntur, ut non duplex sed triplex ramorum copia, in ratione ad alia cadavera oculo perquirenti ubique sese objiciat."

36) Soemmerring *Hirnlehre.* p. 105. §. 126. Laumonier *Journ. de med. J.* 93. p. 259.

37) Morgagni op. c. Epist. LXIX. §. 2.

38) Diss. de natura cholericorum, sive de vita, sanitate, morbis, et morib. illorum, quib. temperament. choler. trib. sol. Vien. 1775. p. 79. Soemmerring l. c. p. 136. p. 168.

39) Soemmerring *üb. d. Saft.* p. 18.

40) Haller scripsit; In vetulis nervi corrugantur et

§. XXVI.

Prognosis. Cura.

Prognosis. 1. Morbi nervorum singulorum *prognosin* generalem neutiquam admittunt. Periculum enim, quo stipantur, et exitus illorum a multis rerum positionibus pendet, e. c. ab officio nervi affecti, a momento partium, quorum functiones a nervo affecto reguntur, a situ illius plus minus recondito, ab indole morbi, ab aetate et constitutione aegri [42]) et a doloris vi. Gravissimae sunt affectio-

tacti cultro anatomico *duriores* reperiuntur." Addit Seiler: „Vix enim quid aliud in communi, qua senile corpus premitur, succorum paucitate potest expectari (Anat. corp. hum. sen. spec. Erl. 1807. p. 117.) et Schreger non vaginas modo nervorum, maxime ischiadici et sacralium rigidiores, et *aquula illa, quae alias ipsis inesse solet, multo parciore perfusas* . . . . reperit." Et Lucae asserit: quotiescunque corpus senile ad nervos arteriarum explorandos incidebam, pauciores semper inveni, quam in juniorum corporibus. (Obs. anat. circa nerv. arter. adeuntes et comitantes. Francf. 1810. §. 12.)

41) „Quando nervus in corporibus *infantum* (nam in his optime demonstrari possunt) per injectionem coloratur et omnia interstitia inter primum et secundum involucrum etiam inveniuntur plena, his ablatis invenitur materia inter fibrillas, secundo involucro contentas, adeo ut detegantur vasa injectam materiam accipientia, quae pertingunt ad fibras ultimas." (Ruysch v. Boerhaave de morb. nerv. Lugd. Bat. 1761.)

42) Sicuti in aliis morbis, ita et in illis nervorum, a vi-

ctiones *nervi intercostalis*, utpote quae dolore profundo, illi ex inflammatione partium externarum orto neutiquam simili, ac sensu labefactationis cordis, cum proclivitate ad lipothymiam convulsivam stipantur [43]). Respectu *neuralgiarum* et dolorum generatim monemus, *ne vim doloris* vel ex vagitu aegri vel ex illius contorsionibus et lachrymis determinemus. Non solum enim nonnulli dolorem simulant, verum etiam alii maximum silentio ferunt, alii minimum cum summa impatientia [44]). Interea haec de adultis, non de infantibus valent, quorum dolores generatim cognoscuntur ex vagitu, contorsionibus et lachrymis, colore faciei livido et cute rubra. Dolor summus sine vagitu et lachrymis periculo plenus est, et vice versa [45]). Nec subitanea doloris cessatio

ribus naturae medicatricibus saltem in hominibus juvenibus et vegetis multum expectamus. Docet enim Brugmann (l. c. p. 34.) *fibras nerveas rescissas de novo generari.*" Undenam autem illae formentur, ad oculum non fuit observatum, sed satis constitit, illas ex majoribus nervorum resectorum ramis ortum non sumere, contra vero plura sunt, quae suadeant, tenuissimos ramulorum ramos huic regenerationi ansam praebere.

43) Hallé *Reflex. sur le traité des gland.* de Bordeu. p. II.

44) Legatur art. Cri, — auctor Percy in *Diction. des sciences médicales. Vol. VII.* p. 354—365.

45) *Si le malade crie, s'il exhale, si, comme le dit* Montaigne, *il évapore sa douleur, ces effets sont*

satio salutaris; indicat enim, praesertim in neuritide aliisque inflammationibus transitum mali in gangraenam vel hydropem acutum. Cum vero hic locus non sit, de doloribus in genere, utpote argumento ad *pathologiam* et praecipue ad *semioticam* spectante, disserendi, sufficiat auctores illud illustrantes commemorasse. Spectant huc: PORTIUS [46]), ZWINGER [47]), BACHER [48]), RAUDENIUS [49]), GABELHOFER [50]), KAULUNG [51]), PLATER [52]), UNVERZAGT [53]), MUELLER [54]), SEBIZ [55]), BREDENBECK [56]), LOCKEMANS [57]), M. HOFFMANN [58]), [illegible] SCHRA-

presque nuls, et ces impressions simplement fugitives. Chaque cri, qui consiste en une profonde inspiration suivie d'une expiration précipitée et entrecoupée, dilate, détend tout ce que la douleur a serré, empêche les congestions, facilite le cours du sang dans les poumons, dégage le coeur etc." PERCY l. c. p. 359.

46) Diss. de dolore. Florent. 1551.

47) Diss. de dolore. Basil. 1583.

48) Conclus. med. et chir. de dol. in gen. ejusq. caussis, speciebus, cura. Basil. 1595.

49) Diss. de dolore. Sen. 1596.

50) Diss. de dolore. ejusq. causs. et remed. Bas. 1596.

51) Diss. de dolore. Basil. 1598.

52) De doloribus Lib. II. Francf. 1609.

53) Diss. de dolore. Helmst. 1617.

54) Diss. med. doloris consideratio. Tüb. 1626.

55) Diss. de dolore. Argent. 1652.

56) Diss. de dolore. Lugd. Batav. 1656.

57) Diss. de doloribus. Lugd. Batav. 1675.

58) Diss. inaug. de dol. resp. ZOLLIKOFER. Altd. 1682.

Schrader [59]), Wynsott [60]), Vater [61]), Ortlob [62]), Bayle [63]), F. Hoffmann [64]), Lejeune [65]), Detharding [66]), Ziegler [67]), Monteith [68]), Rudolf [69]), Alberti [70]), Stahl [71]), Gesnerus [72]), Volckamer [73]), Adolphus [74]), Gericke [75]), Isez [76]), Marteau [77]), Scrinci [78]),

Hecht

59) Diss. de dolore. Helmst. 1688.

60) Diss. de doloribus in genere. Leid. 1690.

61) Diss. sistens rat. et curat. dol. Vitt. 1696.

62) Diss. de fame, siti et dolore. Lips. 1697.

63) Diss. nova de consuetud. volupt. et dol. Tolos. 1700.

64) Compend. et clin. prax. dolor. cum cautel. Hal. 1706. Diss. de dolor. resp. Ludolf. Hal. 1730.

65) Diss. de dolore in genere. Harderov. 1716.

66) Ethica dolorum 2. Rost. 1722.

67) Diss. de nat. et cura dolor. Lugd. Batav. 1722.

68) Diss. de dolore. Edinb. 1726.

69) Diss. de doloribus. H. 1730.

70) Diss. de doloribus. Hal. 1720. Diss. Therapia per dolores. Hal. 1730.

71) Diss. dolorum generis et indolis. Erf. 1731.

72) Diss. de dolore. Basil. 1733.

73) Diss. de dolore doloris remedio. Alt. 1739.

74) Diss. de dolore. Lugd. Batav. 1739.

75) Diss. de dolorum utilitatibus e mechanicis caussis deductis. Helmst. 1739.

76) An dolor a soluta unitate morbus? Negat. quaest. med. inaug. praes. Laur. Ferret. Par. 1741.

77) An unum e praecipuis symptomatibus in oper. chir. mitigandum dolor. Qu. inaug. praes. S. F. Couthier. Paris. 1744.

78) Diss. de doloribus in genere. Prag. 1746.

HECHT [79]), SCHULZE [80]), HAMBERGER [81]), FUERSTENAU [82]), JUNKER [83]), SAUVAGES [84]), NICOLAI [85]), AURIVILLIUS [86]), BUECHNER [87]), DIMSTALE [88]), PANZER [89]), SASSARD [90]), MOORE [91]), YOUNG [92]), GOSSE [93]), LUTHER [94]), PETIT [95]), PLATNER [96]), BILON [97]), BITZIUS [98]), SARAZIN [99]), MOJON [100]) et RE-

79) Theoria dolorum eorumque curatio in genere. Lugd. Bat. 1747.

80) Diss. de spasmo dolorofico saepius remedio quam morbo. Hal. 1749.

81) Diss. de dolore. Jen. 1750.

82) Diss. de doloribus.

83) De doloribus eorumque caussis generatim. Hal. 1755. Diss. de utilit. dolor. Hal. 1756.

84) Theoria doloris. Monsp. 1757.

85) Diss. de dolore in genere. Jen. 1758.

86) Diss. de doloribus. Upsal. 1765.

87) Diss. de salut. et nox. dol. effect. Hal. 1768.

88) Diss. de dolore. Edinb. 1771.

89) Diss. de dolore. Alt. 1777.

90) *Essai et diss. sur un moy. à empl. avant quelq. opérations pour en dimin. la douleur.* v. *Esprit des Journ.* 1781.

91) *Method of preventing or diminishing pain in several operations of surgery. Lond.* 1784.

92) Diss. de doloris theoria. Lovan. 1787.

93) De doloris therapia. Lovan. 1787.

94) De morb. dolorif. eorumque medela. Erf. 1788.

95) *Discours sur la douleur. Lyon. an VII.*

96) Diss. de dolore. Lips. 1792.

97) l. c.

98) *Versuch e. Theorie d. Schmerzens. Berl.* 1803.

99) *Diss. sur la douleur. Paris. an XIII.*

Renauldin [1]). Ex qua auctorum multitudine intelligitur, quanti momenti medici omnium gentium, omnisque aetatis dolorum doctrinam fecerint.

2. *Cura* morborum, in *nervis singulis* locum habentium, ex therapia generali morborum systematis nervosi [2]), ex speciali autem illa morborum cerebri et medullae spinalis, nec non ex regulis adversus prosopalgiam et ischiadem tradendis abstrahenda. *Neuralgiae* enim sicuti ex caussis diversis oriri possunt, ita diversam quoque exposcunt medendi rationem [3]). Nihilominus nonnulla *praecepta generalia* praesertim, relate ad *neuralgiam* et *neuritidem*, coram oculis habere juvabit. Primum illorum in eo consistit, ut quocunque in casu, ubi morbi caussam directe auferre haud liceat, quo recentior morbus et floridior aeger, ad *venaesectionem* aut saltem ad *evacuationem sanguinis localem* confugiatur [4]). Praeterea parti, Cura.

100) *Sull' utilità del dolore. Genova.* 1811.

1) *Dict. des sciences méd. T. X.* p. 178. 239.

2) P. II. Vol. I. Sect. I. Cap. I. §. VI.

3) *Différentes observations semblent devoir faire conclure, que dans la neuralgie il existe une cause matérielle d'irritation fixée sur le nerf, que cette cause n'est pas la même dans tous les cas, et qu'ainsi il faut la connoitre pour établir un traitement efficace.*" (Pinel *Nosogr. philos. Vol. III.* 3. *Edit.* 1807. p. 162.)

4) *On a accusé avec raison nos prédecesseurs d'avoir été trop prodigues de sang dans le traitement des affections douloureuses; ne pourrait on pas reprocher à nos*

parti, in qua nervus patitur, si fieri liceat, talis positio concilianda, qualis requiritur, ut influxus cruoris in eam minimus evadat. Ad hunc scopum obtinendum, utque cruciatus ex operationibus chirurgicis leniantur, ipsa *arteriae* partem adfectam adeuntis *compressio* per tornaculum proposita est [5]). Inter res, influxionem sanguinis in nervum moderantes, et *frigoris applicatio* pertinet. Porro *digitalis purpurea*, frenum circulo sanguinis injiciendo, ac vasorum lymphaticorum [6]) actionem simul excitando, vario sub respectu in neuralgia et praesertim in neuritide indicatur. Maxime enim idonea est ad plurimas inflammationum reliquias, e. c. extravasatum inter

contemporains d'en être trop avares?" Renauldin l. c. p. 223.

5) Bringston in Duncan. *Annals of med. for.* 1801. p. 3113. v. *Abh. f. pr. Aerzte.* 20. *B.* p. 509. Moore l. c. Cfr. P. II. Vol. I. Sect. I. C. II. §. XII. 2. (70.) 11. (* * *) p. 209.

6) Nervos *vasa lymphatica* habere demonstrarunt Carr Epist. med. Lond. 1691. p. 6. Valsalva de aure hum. Traj. ad Rhen. 1707. p. 60. Nuck de ductu salivali novo et ductibus ocul. aquos. Lugd. Bat. 1685. fig. 8. Martin inst. neur. Ed. alt. Holm. et Lips. 1781. p. 35. Mascagni vasor. lymphat. c. h. historia et ichnogr. Sien. 1787. Tab. VI. fig. 2. 3. Tab. IX. fig. 1. 2. 3. Tab. XIX. Plenk *Hygrologie. Wien.* 1795. p. 34. Reil Exercit. anat. p. 13. 21. Fragonards *mém. de la Soc. méd. d'émul. p.* 442. Soemmerring *üb. d. Saft.* p. 51. sq.

ter vaginas nervorum, debellandas. Cui indicationi *stipites solani dulcamarae*, *flores arnicae montanae*, *radix smilacis sarsaparillae*, et maxime *hydrargyrum* satisfaciunt. Accedunt *ulcera artificialia*, *caustica* et *ignis*, dolores saepe per dolorem, fugantia. Induratione in nervo relicta, *balnea tepida* aliaque *emollientia* 7) conducunt. Nervi affecti sensibilitatem obtundunt *narcotica*, pro vario nervo varia eligenda 8), et, quousque id fieri potest, prope nervum laborantem applicanda. *Opium* nervorum sensui universali interno inservientium sentiendi facultatem delet. Interea semper optandum, ut potius caussam nervum labefactantem abigamus, quam ut impediamus, solum ne illius praesentia percipiatur. Quamobrem si forte cuidam nervo injuria fieret ab exostosi venerea, a glandula scrophularum culpa infarcta, a cruore ob infirmitatem vasorum inter pulpam nerveam et neurolemma effuso, potius ad antisyphilitica, antiscrophulosa, corroborantia etc., quam ad sic dicta nervina, confugiendum foret. Intelligitur hinc et ratio, cur pharmaca saburras, bilem, vermes, calculos fugantia, nec non ipsae operationes chirurgicae irritamenta localia auferentes, morbis nervosis saepe medentur. Auxilium eminens, quod chirurgia suppeditat, *sectio* vel *extirpatio nervi* morbo detenti est.

7) P. II. Vol. I. Sect. I. C. I. §. VI. 53. 54.
8) l. c. 41.

est. Extincta nervorum sentiendi facultas, *electricitate*, *magnetismo animali*, *alcalinis remediis* recreatur.

Caput VI.

De Neuralgia faciali.

§. XXVII.

Definitio. Literatura.

Definitio. 1. Dolor acerbissimus, fugitivus, et periodicus ex uno alterove ramorum facialium quinti aut septimi nervorum paris, emanans, *neuralgia facialis* seu *prosopalgia* [9]) dicitur.

Literatura. 2. Seculo aerae Christianae secundo Aretaeus Cappadox [10]) primus hunc morbum perfuncto-

9) A Gr. Πρόσωπον facies, et ἄλγος, dolor. *Synonyma* Heterocrania Aretaei Cappadocis, tortura oris Arabum et Gordonii, Affectus spasmodico-convulsivus labiorum Fr. Hoffmanni, trismus dolorificus Sauvagesii, prosopalgia Ploucqueti et Reilii, dolor faciei Fothergillii, neuralgia facialis Chaussieri. Germ. *Gesichtschmerz*, *Antlitzschmerz*, *schmerzhafter Trismus*. Gall. *Tic douloureux*. Ross. Личная боль, страданїе или боль личнаго нерва. Pol. *Ból twarzy Fothergilla*.

10) L. VII. Iun. Paul. Crass. int. Arg. 1768. de caus. et nat. diuturn. affect. L. I. C. 2. p. 58.

functorie descripsit. Secuti sunt medici Arabes RHAZES [11]), MESUE [12]), et ABULKAZEM [13]); atque seculo decimo sexto GORDONIUS [14]) et MASSA [15]). Seculo decimo octavo prosopalgiam accuratius dignoverunt, DEGNERUS [16]), FR. HOFFMANNUS [17]), ANDRÉ [18]), LUDOVICUS [19]), et FOTHERGILLIUS [20]). Selectis de eodem argumento scriptoribus adnumerantur: ANDRY [21]), MENURET [22]), SELLE [23]), PUJOL [24]), BONNARD [25]), HAMEL [26]), DES-ONDES [27]), DUPO-

K 2

11) Opera exquisit. Bas. 1521. L. divis. C. 14.

12) Opp. omn. c. notis MENARD. et SYLV. Venet. 1558. C. 6. p. 9.

13) Chirurgor. omn. prim. L. III. Argent. 1532. P. I. C. VII. de modo cauteris. in tortura. p. 124.

14) Opera. Paris. 1542. p. 131.

15) Epist. medic. 19. f. 106. Venet. 1550.

16) Act. n. cur. V. 1. Nov. Ed. 2. obs. 159.

17) Med. consult. T. II. Halae 1721. Vol. II. Decur. 2. cas. 8.

18) *Obs. prat. sur les mal. de l'urèthre. Paris.* 1756. p. 318.

19) Ephemerid. n. cur. Ann. 1772. obs. 252.

20) *Compl. collect. of Fothergill's Works by* LETTSOM *Vol. II.* p. 56. 179. Et: *Med. obs. and inquir. N.* 49. *Uebersetz. d. Fothergillschen Werke.* 2. *B.* p. 164. v. *Abh. f. pr. Aerzte.* 3. *B.* p. 52.

21) *Mémoires de la Société R. de Médecine. T. I. V.*

22) *Journ. de médecine.* 1780. *Juillet.* p. 50.

23) *N. Beitr. z. Natur- u. Arzneiw. Berl.* 1782. 1. *B.* p. 27.

24) *Ess. sur la mal. de la face nomm. le tic doulour. Paris.* 1787.

DUPONY [28]), LONGMAN [29]), THOURET [30]), DUWAL [31]), FORSTMANN [32]), WATON [33]), ZUCCARINI [34]), WY [35]), A THUESSINK [36]), MARINI [37]), BLUNT [38]), SIMON [39]), LEIDENFROST [40]), SIEBOLD [41]), BREITING [42]), LENTIN [43]), THILENIUS [44]),

REIL

25) *Journ. de médecine. T.* 50. 60.

26) *De la neuralgie faciale* in *Jour. gén. de méd. T.* 17. p. 336.

27) *Journ. de méd.* l. c. p. 336.

28) Ibidem l. c. p. 340.

29) Ibidem l. c. p. 323.

30) *Histoire de la Société R. de Médecine. T. I. IV.*

31) *Observations sur quelques affections douloureuses de la face.* v. *Bibl. méd. T.* 33. *N.* 98. p. 159.

32) Diss. de dolore faciei Fothergillii. Duisb. 1790.

33) *J. d. méd. chir. et pharm.* 1793. *T.* 93. *Mars. N.* 1.

34) Pr. cas. atrociss. capitis facieique doloris, cum enormi tumore carioso conjuncti. Heidelb. 1793.

35) *Verhandelingen van Vlissingen.* 8. *D.* p. 624.

36) *Verhandelingen de Soc. in's Hage.* 1. *D.* p. 74.

37) *Memoria di matematica e fisica. T.* 9.

38) *Lond. med. Journ.* 1. 786. p. 47. v. *Samml. auserl. Abh. f. pr. Aerzte.* 12. *B.* p. 8.

39) Diss. de prosopalgia. Hal. 1793.

40) Ad diss. FORSTMANNI Epistola.

41) Doloris faciei, morbi rarioris atque atrocis, observationibus illustrati adumbratio. Wirzb. 1795.

42) HUFELAND *Journ.* 25. *B.* 4. *St.*

43) *Beytr. z. ausüb. Arzneyw. I. B.* p. 334. 3. *B.* p. 120. HUFELAND *Journ.* 9. *B.* 1. *St.* p. 56. BLUMENBACH *med. Bibl.* 2. *B.* p. 146.

44) *Med. u. chir. Bemerk.* p. 283.

Reil [45]), Rahn [46]), Oswald [47]), Volger [48]), Sachse [49]), Posewitz [50]), Sauter [51]), Jonas [52]), Herber [53]), Weise [54]), Loenen [55]), Haighton [56]), Kunder [57]), Schlegel [58]), Langenbeck [59]), Rademacher [60]), Klein [61]), Leuthner [62]), Meglin [63]), Hartmann [64]), Jackson [65]), Fricker [66]), [illegible] Ma-

45) Memorab. clin. Vol. I. Fasc. 2. p. 7.

46) *Museum der Heilkunde.* 1. *B. N.* 36. 40.

47) *Arch. d. pr. Heilk. f. Schles.* 2. *B.* 2. *St. N.* 1.

48) Blumenbach *med. Biblioth.* 2. *B.* p. 506.

49) *Journal d. Erfindung.* 33. *St.* p. 3.

50) *Journal f. Med., Chir. u. Geburtshülfe.* 1. *Heft.*

51) *Museum der Heilkunde.* 1. *B. N.* 39.

52) Horn *n. Archiv.* 2. *B.* p. 276.

53) Hufeland l. c. 36. *B.* 6. *St.*

54) Diss. de prosopalgia. Jen. 1796.

55) Diss. de dolore faciei convuls. Gröning. 1797.

56) Schreger *u.* Harles *Annal. d. neuest. engl. u. fr. Chir. u. Geburtsh. Erl.* 1799. 1. *B.* 2. *St.*

57) *Beobacht. üb. d. Fothergill. Gesichtschmerz. Salzb.* 1803.

58) *Materialien für die Staatsarzneywiss. u. pr. Heilk. Jena* 1805. 2. *Th.* 4. *Samml.*

59) Pr. de nervis cerebri in dolore faciei consideratis. Goett. 1805. *Gött. Anzeig.* 1806. p. 751.

60) Hufeland *Journ.* 2. *B.* p. 61.

61) Siebold *Chiron.* 2. *B.* p. 157.

62) Diss. de dol. fac. Fothergillii. Wurceb. 1810.

63) *Jour. de méd.* Corvisart etc. 1811. *Nov.* p. 331. Et: *Recherches et obs. s. la neural. faciale. Str.* 1817.

64) Diss. sistens observationes quasdam de prosopalgia. Praes. Autenrieth. Tüb. 1811.

Masius [67]), Trail [68]), Murray [69]), Grosskopf [70]) et Woskresenski [71]).

§. XXVIII.

Symptomata. Autopsia cadaverum.

Symptomata.

1. Morbus, quem ex septuaginta et ultra aliorum observationibus, et ex novem propriis describere aggredimur, *paroxysmis* et *intervallis liberis* componitur. Hisce vigentibus, saltem in malo nondum provecto, aegrotus nisi animo plerumque depressus esset [72]), secunda frui videretur valetudine. Paroxysmus utplurimum extemplo, quasi ab ictu electrico excitatus, rarius, uti videtur, noctu, adoritur. Annuntiabatur tamen in quibusdam exemplis, a perceptione odoris nunc grati spirituosi [73]) nunc cadaverosi [74]), a pruritu in

65) *The new England Journal of medicine and surgery. Vol. III.* 1813. *April. N.* 2.

66) Diss. de secando trunco nervi duri in prosopalgia. Praes. Autenrieth. Tub. 1813.

67) Hufeland *Journ.* 1813. *Sept.* p. 109.

68) Diss. de neuralgia. Edinb. 1815.

69) *An essay on neuralgia. New-York* 1816.

70) *Treatise on the tic douloureux or rheumatisme of the nerv. with treatem. and alleviat. of this hitherto impenetrable disease. Lond.* 1817.

71) Diss. anat. therap. de dol. fac. Mosqu. 1817.

72) Jam Aretaeus Cappadox (l. c.) asserit: „vita ipsis invisa est, mortem discupiunt."

73) Leidenfrost in diss. Forstmanni l. c.

74) Lentin *neue Beytr.* l. c.

in parte doloris futuri, ab aura veluti epileptica [75]), a palpitatione vel formicatione palpebrarum, a peculiari tensionis sensu in palato et in naso [76]), et a contractione dolorifica brachii [77]). Dolor nunc spatium angustum, veluti punctum occupat, nunc latius extenditur. Detinet vero ille, nunc locum, ubi nervus *orbitalis inferior* per foramen infraorbitale egreditur; nunc ubi *nervus facialis* in *pedem anserinum* extenditur; nunc ad alias propagines rami primi, secundi et tertii paris quinti, nec non paris septimi, ad ramum scilicet frontalem, subcutaneum malae, alveolarem posteriorem, — ad ramum massetericum, buccinatorium, temporalem profundum et superficialem posteriorem, — et ad ramos superficiales, zygomaticos ac faciales; hinc ad supercilia, genam, gingivas, maxillam superiorem et tempora. Quandoque dolor inter fibras diversas ejusdem nervi fluctuat [78]); generatim vero stabilis est atque uni loco, plerumque lateris dextri, inhaerens. Enim vero bina solum exempla [79]) numerantur

75) Rahn *Beob. v. e. Gesichtschm. m. e. aura epilept. verbund. Mus. d. Heilk.* 1. *B.* p. 302.

76) Woskresenski l. c. p. 32.

77) Steinbruch l. infra citando.

78) *Salzb. med. chir. Zeit.* 1806. *T. IV.* p. 159. Dolorem ex gingivis ad buccas migrasse et vicissim observavi in Judaea Vilnensi.

79) Alterum viri, memoratum a Lentino l. c. alterum a Pujol ad Fouqueti casum appellante.

rantur prosopalgiae simul in utroque latere urgentis; terque tantum faciei latus sinistri ea detentum observavimus [80]. Qualiscunque vero doloris sit sedes, vix alius illi aequiparari potest. Superat prosopalgia enim atrocitate dolorem dentium auriumque ac aeger desperabundus horrendos edit ejulatus. Verba autem proferre, manducare et deglutire nequit. Dantur tamen exceptiones, ubi aeger, devicta prima difficultate, dein manducare [81], et loqui [82] potuerat. Generatim rudis partis affectae attactus non solum fertur, sed desideratur, contra vero lenis. Musculi faciei, inprimis levatores labii superioris, levatores anguli oris, masseteres, buccinatores, saepe, at certe non semper, convelluntur, aut rigent [83]. Strepitum [84] sub convulsione musculorum faciei nunquam percepimus. Nec vidimus, ut alii, aegros vel humum [85] vel in genua [86] concidisse, vel convulsionibus [87] tentatos fuisse. Facies vigente dolore

80) Mott quinque casus prosopalgiae, omnes lateris dextri curavit (Murray l. c.).

81) Breiting narrat, durante paroxysmo, aegrotum mandibulas, linguam et collum absque doloris augmento movere potuisse. (l. c.)

82) Reil l. c. p. 3.

83) Breiting l. c.

84) Hartmann l. c. p. 8. Germ. *das Schmatzen*.

85) Breiting l. c.

86) Lentin l. c.

87) Fothergill, Reil.

dolore plerumque rubet et turget [88]), aliquando pallet [89]) aut livet [90]). Arteriam temporalem ad crassitudinem calami scriptorii dilatatam, chordae metallicae instar rigidam bis vidimus [91]). Similia viderunt alii [92]). Strias, veluti vibices, in fronte, ad nasi radicem [93]), non conspeximus; illas vero gingivarum [94]) conspeximus [95]). Febris nec umbra [96]); pulsus enim vel normalis, vel sano lentior [97]). Quo fortior dolor, eo brevior insul-

tus;

88) LENTIN. BOEHMER l. c.

89) SAUTER l. c. et duae meae aegrotae.

90) HARTMANN l. c. p. 9.

91) Vilnae, in exule Gallico.

92) BOEHMER l. c.

93) WOSKRESENSKI l. c. p. 35.

94) *Das rothe Zahnfleisch-Streifchen*, v. STEINBRUCH in HUFELAND *Journ.* 1816. *Apr.* p. 77. Jam THILENIUS (l. c. p. 272.) de prosopalgia agens, dixerat: „*Hiebey war die besondere Erscheinung, daſs das Zahnfleisch über der leidenden Stelle her mit einem Strohhalmbreiten, sehr hochrothen Saume wie mit einem Bändchen eingefaſst war.*

95) In aegro ex alba Rossia, jam a 10 annis prosopalgia laborante.

96) Notatur (in *Salzb. med. chir. Zeit.* 4. *B.* 1806.), pulsum fuisse aliquanto fortiorem, sed simul erat minutus; et SCHLEGEL (l. c.) asserit, pulsum a naturali statu ne una quidem vibratione aberrasse, nec duriore, nec fortiore.

97) LENTIN (l. c.) animadvertebat pulsum paulo pleniorem, sed tardiorem, ita ut 10—15 pulsationes solito horae sexagesimae partis numero deessent.

tus: generatim per horae nonnulla momenta durat; raro ultra quartam horae partem et rarissime ad horam [98]) protrahitur. Terminatur paroxysmus dolore *gradatim* decrescente aut *extemplo*, uti accesserat, evanescente, nonnunquam supervenientibus fluxu salivae [99]), lacrymarum [100]), muci narium [1]), et flatuum eructatione [2]). Libera intervalla, quae paroxysmos, sine typo recurrentes [3]), separant, ad horas, dies, hebdomadas, menses, quin immo ad annos extenduntur [4]). Rarissi-

98) Observavi in Judaea, de qua supra.

99) Reil l. c. ait: „Salivae ingentem copiam ex ductu stenoniano cum levamine exprimebat.“ At vero ptyalismus non semper salutaris hic est; salivationis enim depascentis apud aegrotam, quae ex suppressa psora prosopalgia laborabat, mentio fit in annotatione ad recensionem operum Fothergillii in *Abh. f. pr. Aerzte.* 3. *B.*

100) C. Sprengel Pathologia. 3. Vol. Masius Jonas l. c. Bieude apud Waton l. c. Klein in Siebold l. c. Hartmann l. c. p. 11.

1) Bieude l. c.

2) Jonas l. c. Bieude (Flatus cadaverosum spirabant odorem.)

3) Unius tantum prosopalgiae *typum* servantis fasti medici mentionem injiciunt (Schlegel l. c.); existimarim tamen cum Hartmanno (l. c. p. 7.), errorem in diagnosi locum habuisse, morbumque *febrem intermittentem* constituisse.

4) Per annum et ultra, scilicet per totum tempus belli 1812. liber a morbo fuit aeger Rossiae albae, de quo supra.

rissimis quibusdam in casibus post paroxysmum *tumor* partis affectae [5]), quandoque crusta obtectus [6]), relinquebatur. Visa quoque est peculiaris sympathia inter dolorem faciei et scrotum [7]).

2. Fertur C. SPRENGEL casum commemorare, ubi tunica nervorum faciei affectorum extensa et sero plena reperta fuit [8]). Alii [9]) tumorem scirrhosum, ad latus dextrum protuberantiae annularis jacentem detexerunt, qui nervum trifacialem ad originem ejus circumdabat. Autopsia cadaverum.

§. XXIX.

Caussae.

1. Feminae frequentius maribus prosopalgiae obnoxiae esse dicuntur [10]) Tempus, quod vitae medium sequitur, maxime huic morbo favet, ita tamen ut feminae citius, mares tardius in eum incidant [11]), Prosopalgia nobis saepius inter divites C. praedisponentes.

5) DEGNER l. c.

6) BREITING l. c.

7) BOBE MOREAU in *Bibl. méd. Paris* 1818. *Oct.*

8) WOSKRESENSKI l. c. p. 40.

9) TRIBAULT et MARECHAL in *Journal général de méd. chir. et pharm. Vol.* 44. *Août.*

10) Inter septuaginta sex casus, triginta duos viros, mulieres autem quadraginta et unam reperit HARTMANN l. c. p. 6. (de reliquis tribus sexus non commemorabatur). Contra vero inter novem, a me observatos, aegrotos sex erant mares. Et alii medici Vilnenses prosopalgiam crebrius in maribus obvenire conveniunt.

11) In casibus viginti et uno, ait HARTMANN (l. c.)

vites quam inter pauperes obvenit [12]), alii contrarium observarunt [13]). Ad clima quod spectat, morbum, de quo agitur, Vilnae vix crebrius quam Viennae conspeximus; generatim tamen magis septentrioni addictus videtur [14]). De imperio constitutionis annuae in prosopalgiam, observationes

aetas virorum memorabatur, et numerus medius annorum erat quadraginta et unius; in viginti quatuor casibus, in quibus actas mulierum notabatur, numerus medius erat quadraginta et duorum annorum, ita ut id fere, quod medium vitae sequitur, tempus, apud utrumque sexum, huic morbo praecipue sit obnoxium, sed notandum, mulieres multo rarius invadere hunc morbum, si sexagesimum jam excesserunt annum, viros vero post ipsum octogesimum quartum vitae annum adhuc prosopalgia corripi, et mulieres interdum a vigesimo ad tricesimum annum jam hoc morbo vexari, viros vero potius, si tricesimum jam excesserunt."

12) Nullum exemplum prosopalgiae in nosocomio Vindobonensi magno octo annorum spatio vidi, — quatuor in urbe. Quinque, quos Vilnae videram, omnes vel superiorem civium classem spectabant, si duos Judaeos utriusque sexus excipiam, vulgares quidem, at commode viventes.

13) Hartmann l. c.

14) Permulta exempla patri meo Petropoli obvenerant, ac de non paucis Mosquae ab egregio Dr. Mudrow observatis loquitur illius discipulus Woskresenski l. c. Et in America septentrionali prosopalgiam frequenter obvenire Murray opusculum testatur.

tiones desiderantur [15]). Morbus ille plerumque in hominibus haemorrhoidibus, arthritidi, vitiis viscerum abdominalium et catameniorum, scirrho [16]), plicae [17]), obnoxiis evolvitur; quandoque vero perfecte sanos invadit [18]).

2. Inter *caussas* prosopalgiam *excitantes* numerantur, non sine dubitatione, vulnera capitis [19]), larvae oestri nervos faciei vellicantes [20]) et fucus [21]), procul dubio vero transpiratio suppressa [22]), aurium fluxus cohibitus [23]), herpes [24]), scabies C. excitantes.

15) Argumentum istud per transennam Boehmerus tetigit. (Blumenbach *Med. Bibl.* 3. *B.* 2. *St.*)

16) Fothergill.

17) Plicosa erat vetula judaea, quam Vilnae prosopalgia affectam curavi, plicosus aeger Rossiae albae.

18) Masius l. c.

19) Klein l. c. p. 157.

20) Haighton l. c.

21) Woskresenski. Inficias ceterum non ibo, vulgus feminarum Rossicarum mirum in modum faciem cerussa obducere.

22) Jonas l. c. *Salzb. med. chir. Zeit.* (miles quum sudore perfusus per flumen equitaret.) Schlegel l. c. (Doliorum faber vino deditus, postquam saepius refrigerio et madori expositus esset.) Leidenfrost ad Forstmanni diss. c. Thouret l. c. Nobilis Lithuana, quum hyeme an. 1812. belli tempore a militibus vehementer terrefacta ac indusio tantum obtecta e lecto fugam in nemora petiisset, illico in rebellem prosopalgiam incidit. Ex refrigerio morbum contraxit aeger Rossiae albae.

scabies [25]) et erythema gutta rosea [26]) retropulsum, forte metastasis urticationis ad nervos [27]), contagium venereum [28]), frequentissime suppressio haemorrhoidum [29]), menstruorum [30]), infarctus abdominis [31]), animi pathemata, praesertim moeror gravis, diuturnus, ira cohibita [32]) et refrigeratio [33]).

3. Morbi

23) LENTIN in BLUMENBACH *med. chir. Bibl.* 2. *B.* p. 156.

24) MASIUS l. c. RADEMACHER l. c.

25) FOTHERGILL l. c.

26) FR. HOFFMANN l. c.

27) FORSTMANN, HARTMANN l. c.

28) WATON, MASIUS ll. cc.

29) In duobus meis aegrotis. Cfr. DEGNERUS, REIL, et HARTMANN.

30) RITTER in HUFELAND *Journ.* 17. *B.* 3. *St.* p. 37. SAUTER l. c. Exceptionem nobis narrat BREITING l. c. ubi, ex quo malum aegrotam 34. annorum invaserat, mensium fluxus *consueto largior* aderat, atque cum impetu rectam tenebat rationem, quamvis tunc temporis, quo BREITING eam videbat, quadragesimum jam ageret annum; evanescente vero jam menstruatione dolor, jam dimidium sanatus annum, tamen non amplius apparuit.

31) VOGLER, LOENEN, THUESSINK, LENTIN.

32) In plurimis aegrorum meorum gravia animi pathemata praegressa erant, ac duae feminae ante morbi evolutionem per plures menses diu noctuque lacrymis innataverant. Cfr. WEINHOLD in HUFELAND *Journ.* 1812. *Oct.* p. 111. Contra in viro ex Rossia alba, de

3. Morbi jam stabiliti paroxysmi provocari solent ab ira [34]), terrore [35]), luce nimia [36]), attactu diversarum regionum corporis [37]), maxime a leni loci affecti attactu [38]), a manducatione, sermocinatione et risu. C. paroxysmum provocantes.

4. *Caussa proxima* prosopalgiae quaerebatur in vitio arthritico [39]), catarrhali [40]), abdominali [41]), C. proxima.

quo supra, gravia animi pathemata temporis belli 1812. tolerata, morbum suspenderunt.

33) Positio lecti prope murum, cujus altera superficies a foris erat, in uno aegrorum meorum caussam prosopalgiae constituere videbatur; neque mirum, faciem, utpote unicam corporis, ceterum tepore lecti fruentis, denudatam partem, per horas septem et ultra frigori humido expositam, prae aliis locis affici.

34) *Salzb. med. chir. Zeit.* l. c.

35) Uxor fabri scriniarii, quae decem jam menses a prosopalgia liberata erat, post terrorem ex vicino incendio ortum, denuo prosopalgiae paroxysmo subito invadebatur teste Breiting. Felicior fuit Judaea Vilnensis, quae jam a duobus annis a prosopalgia immunis vivens, quamvis ab incendio propriae domus valdopere terrefacta fuerit, attamen morbi reditum perpessa non est.

36) Lentin agricolam vidit, cui aspectus parietis albi, quem sol affulgebat, dolorem faciei movebat. l. c.

37) Reil l. c. „Haud raro dolor ab ipsa haemorrhoïdum coecarum frictione refricabatur."

38) Masius, Reil, Haighton, Jonas, Lentin etc.

39) Forstmann l. c. Quensel in Hufeland *Journ.* 13. *B.* 4. *St.* p. 134.

40) Leidenfrost l. c.

li [41]), carcinomatico [42]), in malo nervi ipsius topico [43]), in morbosa canalium osseorum, quos nervi faciales intrant, angustatione [44]), et in asthenia, ut dicunt, directa [45]). Ad nos quod spectat, nulli hujusmodi opinionum exclusive addicti, illarum, pro varia rerum positione, modo unam modo alteram admittimus.

§. XXX.

Diagnosis. Prognosis.

Pr. ad neuralgias revocatur.

1. Priusquam vero nos ad prosopalgiae variam indolem perscrutandam accingamus, de morbo generatim conveniendum est. Eum potius ad *neuralgias* quam ad *neuritides* revocamus, cum fugax illius apparitio et indoles apyretica, inflammationem neutiquam admittere sinat [46]).

Difficilis confusio.

2. Prosopalgia vix errori in diagnosi subjici potest. Quamvis enim nullum agnoscat signum pathognomicum [47]); attamen quis hodiedum [48]) mor-

41) Lentin l. c.

42) Fothergill.

43) Langenbeck.

44) Thouret l. c.

45) Hartmann: „Caussa prosopalgiae proxima est aucta in loco affecto incitabilitas ejusque in paroxysmo explosio.“

46) Marino (l. c.) affinitatem prosopalgiam inter et ischiadem statuit, quae falsa est, cum ischias ad neuritides pertineat.

47) Murray l. c. *motus convulsivus musculorum faciei*

morbum periodicum, acerbissimo et fugaci, circa ramos faciales quinti et septimi paris nervorum, dolore insignitum, qui dolor attactum, dummodo fortem, nequaquam respuit et saepe convulsionibus musculorum faciei stipatur, quis, inquam, talem morbum vel cum *rheumatismo musculorum faciei*, vel cum *hemicrania*, vel cum *trismo*, vel cum *odontalgia* confunderet? *Rheumatismus enim musculorum faciei* dolore constante, motum partium affectarum impediente [49]), attactum potissimum rudiorem fugiente, noctuque maxime urgente, stipatur. *Hemicrania* ut plurimum typo exacte alligatur [50]), signis prodromis annunciatur, ad plures horas protrahitur, et ad amplam encephali, plerumque lateris sinistri [51]), superficiem extenditur.

3. Pro-

neutiquam pro constanti prosopalgiae signo declarare debuisset.

48) Temporibus, ubi doctrina prosopalgiae necdum ita exculta fuerat, uti aevo nostro, principes medicorum in diagnosi errare potuerant, uti alibi relate ad hemicraniam observavi. (P. II. P. I. Vol. I. Sect. I. C. II. §. VIII. 3. (3.))

49) Pujol ait l. c. p. 9. se vidisse mulierem, quae ei affirmabat, durante acerbissimo doloris faciei paroxysmo se in sua penitus potestate semet habere, ut omnes motus musculorum faciei possit impedire, sed eam ob caussam id omittere, quia existimet, *eos levaminis aliquid* sibi adferre (?).

50) P. II. Vol. I. Sect. I. C. II. §. VIII. 3. (91.)

51) Ibid. (3.)

Pr. indoles. 3. Prosopalgiam pro re nata *variae* prorsus *indolis* esse, illius aetiologia et therapia docent. Juvabit hinc eam in varias species dividere.

Pr. traumatica. 4. Quodsi verum sit, prosopalgiam unquam a vulneribus capitis et ab insectis, nervos faciei vellicantibus, excitatam fuisse [52]), posse hunc morbum et indolis esse *traumaticae* patet. Generatim cum facies saepe violentiis externis exponatur, quaestiones circa illas, forte diu ante morbi nostri evolutionem praegressas, nunquam negligendae forent.

Pr. inflammatoria. 5. De indole prosopalgiae quandoque *inflammatoria* vel ex propria experientia certissimi sumus; concludimus ad eam in individuo ceterum florido, laute vivente, suppressione catameniorum vel haemorrhoidum laborante, inprimis si sub doloris insultu vasa sanguinea faciei turgeant.

Pr. rheumatica. 6. Quamvis rheumatismum musculorum faciei plane a prosopalgia distinxerimus [53]); tamen hoc non impedit, quominus et hujusmodi morbi *indolem rheumaticam* admittamus. Aliud enim est, si, uti in primo casu, rheuma *fibras musculares* detinet et dolor inde ortus ope nervorum, quatenus sensationum conductorum, percipitur, aliud, si, uti in secundo casu, dolor *ex ipso nervo*, a caussa rheumatica tacto, emanet. Prosopalgiam *rheumaticam* esse supponimus; si perspiratio suppres-

52) §. XXIX. 2.

53) 4.

pressa illi ansam dederit, si aeger aliunde affectionibus rheumaticis, aut catarrhalibus, inprimis coryzae, subditus vixerit, sique morbus, plus quam reliquae prosopalgiae species ad rheumatismum musculorum faciei accedat [54]).

7. *Prosopalgiam metastaticam* eam esse, quae ex morbis cutis aut aliis incaute fugatis originem ducit, non est cur moneamus. Pr. metastatica.

8. Prosopalgiam quandoque ex *vitiis abdominis* emanare, nemo mirabitur, qui perpenderit nervum intercostalem ad plexum coeliacum constituendum concurrere eumque a secundo ramo paris quinti nervorum cerebri proficisci. Cum prosopalgia plerumque in latere faciei *dextro* obveniat, nonne illa saepius ex *affectione hepatis* repetenda? Quomodocunque res se habeat, originem abdominalem prosopalgiae exspectamus: in hominibus vitam sedentariam ducentibus, alvi obstructioni, haemorrhoidibus, obnoxiis, per animi pathemata vexatis, habitumque plus minus cachecticum exhibentibus. Pr. gastrica.

9. Praesente abdominis vitio, et accedente perspirationis suppressione, ad *indolem arthriticam* prosopalgiae constituendam nil nisi regnantes in familia aegrotantis podagra [55]), herpes [56]), aut calculi urinales [57]) requiruntur. Pr. arthritica.

 10. Vi-

54) Prosopalgia, cujus historiam (l. c.) JONAS tradidit, maxime ab afflatu aquilonis sub itinere evoluta est.

55) *Arthritidem* caussam esse prosopalgiae contenderunt

Pr. carcinomatica.

10. Vitae periodus, in quam prosopalgia incidere, et societas, quam cum scirrho inire solet, dolorum carcinomaticorum qualitas lancinans ac fugitiva, nec non praestantia conii maculati adversus prosopalgiam, haec omnia, inquam, *Fothergillium* ad naturam hujus morbi *carcinomaticam* statuendam induxerunt. Ac re quidem vera, opinio hujusmodi, quam SELLE [58]), et quodammodo S. G. VOGEL [59]) amplexi sunt, eo majoris apparet momenti, si perpendamus: — nervos in affectionibus cancrosis magnam scenam ludere [60]), *plicam*,

LUDOVICUS, FORSTMANNUS, QUENSEL, SPIELMANNUS (*Französ. Annal.* v. HUFELAND. 2. *B.* 179. 3. p. 219.). et ROEBER (Fasc. obs. med. pr. Argent. 1787.); qui ultimus de viro sexaginta sex annorum narrat, dudum podagra laborante, quae, oborto dolore faciei, prorsus disparuit.

56) De indole illius arthritica lege hujus operis Vol. II. Cap. XXXII. §. CXXIV. 6.

57) FR. HOFFMANN l. c.

58) l. c.

59) *Handb. d. prakt. Arzneyw.* 2. *Aufl.* 2. *B.* p. 143.

60) Nemo de hoc argumento pulchrius scripsit SCHAEFERO (*Versuche aus d. theoret. Arzneyk.* 2. *Th. Ueb. Nerven u. e. Theil ihrer Krankh. Nürnb.* 1784. p. 195.). Legatur et BOERHAAVE (De morb. nerv. p. 328.). RUYSCH (apud BOERHAAVE l. c. p. 268.). BRUGMANN (BERNARD diss. Quaest. med. argumenti. Lugd. Bat. 1796. ad finem). SOEMMERRING *über d. Saft* etc. p. 200. et cap. nostrum de morb. carcinom. P. III. Vol. II.

plicam, quam pro morbo leproso [61]), et lepram, quam pro stirpe carcinomatis, cum aliis [62]), declaravimus, pluries, ut dictum est [63]), cum prosopalgia societatem inire, — *Sueciae* morbum endemicum, forte leprosum, atrocissimo dolore illi prosopalgiae simili insignitum esse [64]), — et tumorem scirrhosum in homine prosopalgia laborante, ad originem nervi trifacialis repertum fuisse [65]).

11. Prosopalgiae *indolem syphiliticam* nec admittere nec plane rejicere audemus. Sane morbi, quo magis ad carcinoma accedunt, eo magis complicationis syphiliticae suspicionem movent. Pr. syphilitica.

12. Si pathologi, qui caussam proximam prosopalgiae, — „potius in fluido quodam impondederabili, cujus conductor nervus est, aut in nervo, qua conductore hujus fluidi, quam in chronica atque palpabili mutatione materiei ponderabilis nervi," — quaerunt, a veritate non aberrant, species *prosopalgiae nervea* aut *dynamica*, quam in hystericis et in hypochondriacis, in hominibus venere exhaustis expectaremus, statuenda foret. Pr. nervea.

61) P. I. Vol. II. C. XXXVI. §. CXLVI. 1. Quotidie nova facta, ad hanc opinionem firmandam idonea, colligo.

62) ALARD *hist. de l'éléphantias. des Arab. Paris.* 1810. (Cancer est communis inter plicosos).

63) §. XXIX. 1.

64) SAGAR syst. morb. p. 220. Cfr. VOGEL l. c. p. 141.

65) §. XXVIII. 2.

foret. Interea, saltem id ex praxi compertum tenemus, in prosopalgiis cujuscunque demum indolis variam aegrorum sensibilitatem, variasque virium vitalium conditiones, imperium conspicuum exercere, ac remediis nervinis saepe laudem haud recusandam esse.

Prognosis. 13. Prosopalgia difficilis curationis est morbus, qui, quin longaevitati obstare soleat, miseros interdum, omnibus artis auxiliis irritis, usque ad vitae finem excruciat [66]. Attamen virum prospera omnino valetudine gaudentem coram oculis habemus, qui decem abhinc annis prosopalgia inflammatoria, per mensis unius spatium, laboraverat [67]. Vetulam a dira prosopalgia liberavimus, quae, postquam per biennium sanitate usa fuerat, tandem apoplexia fulminante periit. Tres alios aegros prosopalgia rheumatica et gastrica laborantes, saltem quin jam a longo tempore paroxysmos doloris experirentur, remisimus. Cum enim prosopalgia ad morbos periodicos spectet, probe cavendum, ne intervallum liberum solito diu-

66) Ludovicus (l. c.) de medico narrat, hoc dolore, donec senio confectus vita decederet, vexato. De aegrota fertur (*Abhandl. f. prakt. Aerzte*, 3. *B.* 1. *St.* p. 152.), quae ab undevigesimo anno ad septuagesimum, prosopalgiam patiebatur. Historia morbi quarta, quam Hartmann enarrat (l. c. p. 58.) demonstrat, morbum hunc interdum ad summa aetatis vestigia homines comitari.

67) Exul Gallus, de quo supra.

diutius protractum pro perfecta sanitate jactemus. Nec sanatis ii adscribendi sunt aegroti, qui, prosopalgià liberati, brevi post in alium pejorem etiam morbum e. c. in cancrum [68]), hydropem asciten [69]), melancholiam [70]), incidunt. Contra vero

68) Masius (l. c.) testatur carcinoma prosopalgiae et vitae finem posuisse; enimvero postquam aliquamdiu duraverat morbus, verruca oriebatur scirrhosa, qua abscissa, carcinoma faciei aegrotum internecabat. Commemorat Lentin (Hufeland *Journ.* l. c.) mulierem quandam, quae per plures jam annos dolore faciei laboraverat, ac tandem carcinomate periit, tam fastidiosum spargente odorem, ut aedes, in quibus diem obierat supremum, per longum tempus non possent inhabitari.

69) Koenen (l. c.) teste Archiatro Gommer de aegroto narrat, qui, dum a prosopalgia per quatuor annos durante sponte liberatus fuerat, brevi post hydrope anasarca et ascite periit. Lentin (*N. Beytr.* l. c.) de quadragenario quodam refert, eum sex menses, priusquam extingueretur, cum levamine doloris de abdominis vitiis conquestum esse, pedes intumuisse etc. Sic quoque in Clinico Tübingensi mulier profligato dolore per annum satis bene valebat, quo vero praeterlapso tempore ascite periit. (Hartmann l. c. p. 25.)

70) Boehmer in Blumenbach *med. Bibl.* 3. *B.* 2. *St.* refert, in viro, qui sexagesimum jam excesserat annum, quum diutius jam eum excruciasset morbus, organa digestionis fuisse debilitata, ventrem intumuisse atque tactui se obtulisse crassum et adstrictum in abdomine tumorem, simul aegrotum de asthmatica pectoris oppressione cum angore couquestum fuisse,

vero metamorphosin prosopalgiae in herpetem [71]) aliosque morbos cutaneos, pro critica habemus. Diarrhoea cruenta haemorrhoidalis unum aegrotorum nostrorum valde sublevavit.

§. XXXI.

C u r a.

Generatim.

1. Qui varios prosopalgiae perpendit fontes, hic sane universale adversus eam nequaquam expectabit remedium, intelligetque, cur in therapia morbi hujusmodi, eadem prorsus pharmaca nunc extra modum jactari, nunc pro perniciosis declarari soleant. Inde colligitur, e curiosa solum investigatione rerum positionum, sub quibus remedium aliquod vel juverat vel nocuerat, boni quid expectandum esse.

Evacuationes sanguinis.

2. *Evacuationes sanguinis* aliquando profuisse ex observationibus THILENII [72]), DEGNERI [73]) et POSE-

priusquam ipsum invadebat paroxysmus; quae tandem symptomata sequebatur melancholia.

71) RADEMACHER l. c.

72) *Med. chir. Bemerk.* 1. *Th.* Vir quidam ex gingivis sanguinem sugere poterat, quo facto dolor per dies, quin immo hebdomades disparebat, apud eundem aegrotum hirudines, sed unâ cum aliis remediis, profuerunt.

73) l. c. Deletis per liquorem quendam septicum duabus tertiis carnis partibus in loco affecto, post parvam simul *ortam haemorrhagiam* aegrotus consolidato vulnere convaluit.

Posewitzii [74]) elucet. Effectu caruerunt *venaesectio* ipsaque *arteriotomia* apud Ludovicum [75]) et *scarificationes* nec non *hirudines* apud Selle [76]). Istis tum vasis haemorrhoidalibus, tum ad tempora applicitis, non neglecto reliquo regimine antiphlogistico, *prosopalgiam inflammatoriam* profligavimus.

Emetica, purgantia, resolventia.

3. Nisi aut nimius affluxus sanguinis ad caput, aut obstructiones viscerum abdominalium, aut magna aegri sensibilitas, aut alia quaedam ex consuetis emeticorum contraindicationibus obstent, nil impedit, quo minus prosopalgiae cura *vomitorio* inchoetur [77]). Praeterea prosopalgiae originis abdominalis lenia *purgantia* [78]) et maxime *resolventia* accommodata sunt. Inter haec *aquae soteriae salinae* et *saponaceae* excellunt.

Diapnoica, diuretica.

4. Prosopalgia rheumatica et arthritica, ut illa, cui impetigines retropulsae ansam dederint, a *diapnoicis* et *sudoriferis* leniri saltem solet. Loquimur de *pulvere Doveri*, de *opio* addita *terra ponderosa salita* [79]), de *guajaco* [80]), de *antimo-*

74) l. c. p. 74.

75) l. c.

76) l. c. Cfr. Hartenkeil in *Salzb. med. chir. Zeit.* 1790. 3. *B.*

77) Lentin l. c. p. 140.

78) Volger, Thilenius ll. cc.

79) Autenrieth in Hochstetter diss. de veritate method. revuls. Tub. 1802. p. 14. et Hartmanni cit. dis. p. 57. 52. „Propinari potest in forma sicca vel

timonio[81]) et de *sulphure*. Quorum pharmacorum virtus *indumentis calidis* et *balneis*[82]) sustentari debet. Simul *diuretica* praetermittenda non sunt[83]), quippe quae periculum transitus morbi in hydropem[84]) avertunt, et ad caussam arthriticam eliminandam idonea sunt. Inter diuretica hic eminent *decoctum stipitum solani dulcamarae* et *tinctura colchici autumnalis*.

Narcotica. 5. Quamvis narcotica, *opio*[85]) et *aqua laurocerasi*[86]) exceptis, nostris in aegrotis ad prosopalgiam profligandam effectu prorsus caruerint; attamen contrariis aliorum observationibus, quae de virtute *conii maculati*[87]), *daturae stramonii*

fluida; prior si adhibetur, quavis hora dimidium circiter grani terrae, vel tertia ipsius pars cum sexta, vel quarta parte grani opii justaque sacchari albi quantitate mixta danda est aegro: miscela haec soluta aqua spirituosa commodius etiam porrigitur."

80) RADEMACHER l. c.

81) LENTIN *Beyträge*. l. c. p. 341.

82) Nenndorfensia, uti videre est apud LENTIN (*Neue Beytr*. 2. *B*. p. 123.) et SCHRÖTER. HUFELAND *Journ*, 9. *B*. 3. *St*. p. 30.

83) HARTMANN l. c. p. 53.

84) §. XXX, 15.

85) LEIDENFROST in Diss. FORSTMANNI (contendit se puellae cuidam scrupulum opii (!!) prospero cum eventu dedisse). Ex minori dosi profectum obtinui.

86) In aegro Rossiae albae guttae viginti quinque aquae laurocerasi constanter incipientem fugabant paroxysmum.

87) FOTHERGILL, LENTIN l. c.

nii [88]), *hyoscyami nigri* [89]), *aconiti napelli* [90]) et *atropae belladonnae* [91]) testantur, fidem non abrogabimus.

6. *Hydrargyri* virtus adversus prosopalgiam, nisi mere syphiliticam, saltem cum complicatione venerea [92]), item adversus prosopalgiam rheumaticam, nemini mira videbitur. Laudem quidem summam *unguentum Neapolitanum* [93]) obtinuit; ad nos vero quod spectat, *calomelli* cum aliis [94]) primum locum addicimus; potissimum si virtus illis per *sulphur auratum antimonii* et *moschum* [95]) aut per *opium* [96]), *assam foetidam* ac *valerianam* [97]), maxime in hominibus nervosis, sustineatur. Hydrargyrum.

88) Lentin l. c. (Tinctura.)

89) Breiting l. c. Meglin l. c.

90) Oberteuffer in Hufeland 11. *B.* 3. *St.* p. 94. (Tinctura ex herba recenti parata.)

91) Schlegel, Herber ll. cc.

92) Waton l. c.

93) Rahn, Sauter ll. cc. Weisse diss. de praecl. virt. ungu. Neapol. in prosopalgia. Jen. 1796.

94) Thilenius l. c. p. 286. Schreger in Horn's *Archiv.* 1810. *Jul.* p. 207.

95) Pater meus, tum Petropoli tum Vindobonae, sequenti formula nonnullas prosopalgias aliis auxiliis rebelles sanavit; profuit ea et mihi in binis aegrotis: R. Moschi optimi granum unum. Calomel, sulphuris aurati antimonii ââ granum semis. Sacchari grana sex. M. S. Cap. talem pulverem mane et vesperi.

96) Cockindale in *Med. and surg. Journ. Vol.* 4.

97) Meglin l. c.

tur. Quocunque autem modo hydrargyrum usurpaveris, cave a *salivatione*; quae si semel juverit [98]), quinquies [99]) et ultra [100]) detrimento fuit.

Murias potassae oxygenatum. Arsenicum. Oxydum Zinci etc.

7. Grato hinc animo pharmacum, quod virtutem hydrargyri aemulare asserunt, quin ptyalismum moveat, *muriatem* scilicet *potassae oxygenatum* [1]) accepimus, simulque cum evidente successu, ibi ubi sectio nervi nos dereliquerat, adhibuimus [2]). *Solutionem arsenici* [3]) neque in prosopalgia carcinomatica exhibere audemus. *Oxydum zinci* [4]), *sulphatem zinci* [5]) necdum hoc in morbo usurpavimus. *Tincturam coccionellae septempunctatae* [6]) saltem in odontalgia neuralgica cum successu propinavimus.

8. *Ele-*

98) Rahn l. c. Pearson *in Edinb. med. and surg. Journ. Vol. III.*

99) Selle, Reil, Sauter, Hartenkeil loc. cit.

100) In Judaea valde penituit ptyalismum mercurialem excitasse.

1) Thilenius, Herber ll. cc. Schaefer in Hufeland *Journ.* 1816. *Oct.* p. 20. R. Kali muriatici oxygenati, sacchari albi ââ sesquidrachmam. M. divide in X. partes aequales. S. ter quaterve de die dosin cap. (Tria tantum kali muriatici istius grana pro dosi praescribere ausus sum.)

2) In Judaea Vilnensi.

3) M'Rechnie in *Med. and surg. Journ. of Edinb.* 1811. Bedingfield *a compend. of med. pract. Lond.* 1816.

4) Meglin l. c. (cum extracto hyoscyami).

5) Meglin l. c.

6) Hufeland *Journ.* (a guttis decem pro dosi).

8. *Electricitatis* administratio topica a nobis nunquam adversus prosopalgiam in usum deducta, aliis utilissima [7]), aliis indifferens [8]), aliis demum nocua [9]) visa est. *Galvanismum* ut prosopalgiae remedium laudant RITTER [10]), QUEN [11]) et CHISCHOLM [12]); vituperant LEYDIG [13]) et GRAPENGIESSER [14]), quin nos opinionum istiusmodi diversitatem conciliare audeamus, quod et de *magnete* atque *magnetismo animali* fatemur, quorum ille suffragia HEURTELOUPII [15]), THOURETI et

Electricitas, galvanismus, magnes, magnetismus.

7) R. BLUNT *Abh. f. prakt. Aerzte.* 12. *B.* 1. *St.* p. 8. KUNDER l. c. et REIL l. c. Fasc. II. p. 10. (saltem momentaneum levamen inde vidit.)

8) CHISCHOLM *J. d. auserl. med. Liter. von* HUFELAND, SCHLEGEL *u.* HARLESS. 2. *B.* p. 162. THOURET l. c.

9) *Salzb. med. chir. Zeit.* 1806. 4. *B.* (Exemplum viri memoratur, in quo, ubi medius electricitatis gradus dolorem sedabat, major vero *atrociores provocabat impetus*) RAHN l. c. N. 40.

10) HUFELAND *Journ.* 13. *B.* 4. *St.* p. 134.

11) Ibidem 17. *B.* 3. *St.* p. 37. 40.

12) l. c. p. 197.

13) Doloris faciei infraorbitali nervo dissecto profligati historia. Heidelb. 1807.

14) *Versuche.* p. 97.

15) HUFELAND *Neueste Annal. d. franz. Arzney- und Wundarzneyk.* 3. *B.* p. 400. (Vir septem jam annos prosopalgia vexatus suadente protomedico nosocomiorum militarium in Corsica, laminam applicavit in locum dolentem magneticam, qua a facie remota, ferrugo apparuit ac aeger spatio quinque mensium, ista sub cura sanatus est; verisimiliter potissimum ob id,

et ANDRYI [16]), contradicente PUJOL [17]), obtinuit, hic vero a JOERDENS [18]) commendatur.

Auxilia topica.

9. Paroxysmus prosopalgiae inflammatoriae, de qua supra mentionem fecimus [19]), applicatione *glaciei* ad partem affectam valde leniebatur. *Aquam frigidam* loco dolenti admotam levamen afferre perhibent FOUCQUET et PUJOL [20]); *epithemata frigida et stillicidia* utilia fuisse memorant DEGNERUS [21]), SCHLEGEL [22]), THOURET [23]) et *anonymus* [24]); et *stillicidia frigida* una cum *vesicatoriis* in cervice positis et diu suppurantibus juvasse narrant THOURET et BIEUDE [25]). *Aether sulphuricus*, quem loco dolenti, consilio JONAE [26]) non sine levamine admovebamus, forte quâ refrigerans egit. Idem de *aethere acetico* [27]) suspicamur.

quod lamina ferrea partem affectam a vicissitudinibus atmosphaerae tuebatur.)

16) RICHTER *chir. Bibl. II. B. 1. St.* p. 133. (Dolor quidem mitigatus est, sed non penitus fugatus.)

17) l. c. p. 150.

18) HUFELAND *Journal.* 15. *B.* 2. *St.* p. 95.

19) 2.

20) l. c. p. 129.

21) l. c.

22) l. c.

23) RICHTER l. c.

24) *Salzb. med. chirurg. Zeitung.* 4. *B.* p. 163.

25) WATON l. c. p. 248.

26) l. c.

27) MEYNIER in *Gazette de santé.* 1817.

camur. *Calor*, una excepta observatione [28]), semper ut topicum nocuit [29]). Profuit frictio genae et temporum ope *picis* [30]) aut usus externus *mercurii sublimati corrosivi* [31]). Praedicatur ad nervum affectum in paralysin conjiciendum illinitio *unguenti cerussae* [32]). Applicatio *spirituosorum*, *alcalinorum* [33]) *aromaticorum*, *narcoticorum* in locum dolentem semper [34]) expectationem saltem nostram frustravit. Quod et de *vesicatoriis* valet [35]), in prosopalgia tamen rheumatica, [illegible] vel

28) Succow in Hufeland *Journ.* 31. *B.* 3. *St.* (Asserit, se prosopalgiam cum oris distorsione et paralysi complicatam lenivisse et profligasse.)

29) Hartenkeil l. c. p. 263. (Cfr. et 10. B. 1806. Diarii Salzb.) Thilenius l. c. p. 271.

30) *Bibliothèque méd. Brit. N.* 1. *Paris* 1814.

31) Wedekind in Hufeland *Journ.* 10. *B.* 3. *St.* p. 200.

32) Bedingfield l. c.

33) Thilenius liquorem ammonii causticum linteorum complicatorum ope ad locum dolentem applicuit, donec eschara excitata fuerat.

34) Degnerus tincturam quandam *alcalinam* cum camphora et croco et *emplastrum* quoddam mercuriale, itemque saponatum per vices imposita, in mali initio utilia invenit, serius ea seponere cogebatur (l. c.). Thilenius ait: se unguentum Neapolitanum cum oleo terebinthinae una cum vesicatorio pone aures cum bono successu ordinasse. (l. c.)

35) Laudem vesicatoriis in prosopalgia a Thoureto et Bieude l. c. impertitam destruunt testimonia Hartenkeilii, Chischolmii, Reilii, Lentini, Sellei, aliorumque.

vel super ipsam partem affectam, non plane negligendis [36]). Fertur *cauterium* tum *potentiale*, tum *actuale* loco dolenti appositum juvasse [37]). Alias ipsa destituebatur effectu *moxa* [38]).

Revellentia.

10. Cum auxilia topica parum vel nil praestiterint, confugiebatur ad *methodum revulsoriam*, quae eo magis successum promittebat, cum prosopalgia quaedam, vulnerato fortuito capite, disparuerit, simulac vero vulnus sanatum fuit, recruduerit [39]). At vero et ista spes fefellit; paucis enim exceptis casibus [40]), *fonticuli et setacea* bra-

36) Virgo formosa, quae, non dicam, genuina prosopalgiâ, sed saltem gravi affectione rheumatica musculorum faciei unius lateris laboravit, apposito sibi vesicatorio ad partem adfectam, illico nulla relicta vel cicatrice, convaluit.

37) Degnerus refert, cauterium actuale in iis, qui tangebantur, locis dolorem abegisse, sed nimiam partis dolentis extensionem totius regionis illius deletionem prohibuisse (l. c.). André (Waton l. c.) asserit, ex cauterio potentiali, quod nequaquam nervum ipsum, qua centrum doloris, tangebat, ne dicam destruebat, aegrotum quendam magnum levamen percepisse; idem auctor duos vidit casus, in quibus cauterium actuale in foramine mentali dolorem extinguebat, pariter quoque Guincourt prosopalgiam per cauterium actuale sanavit. (*Obs. sur une neuralgie maxillo-dentaire guérie au moyen de cautère actuel. Journ. de méd. T.* 15. p. 348.)

38) Heurteloup l. c. p. 458.

39) Günther in diss. Forstmanni.

40) Fonticulos inter scapulas positos prosopalgiam miti-

brachiis aliisque locis admota nil boni effecerunt [41]). Nihilominus in prosopalgia rheumatica, arthritica et metastatica auxilia hujus generis tentari possent. Sic prosopalgia, ex blennorrhoea urethrali suppressa orta, hac restituta, evanuit [42]).

11. Nullum vero ad prosopalgiam sanandam propositum auxilium medicorum chirurgorumque attentionem magis ad se traxit, quam *resectio nervi affecti*, scopo communicationem illum inter et cerebrum auferendi. Quamvis enim MARECHAL [43]), qui hanc operationem primum instituit, eam bis frustra tentaverit, alii tamen non defuerunt, qui testabantur, discisso nervo adflicto morbum penitus fuisse sanatum, e. c. RITCH [44]), HAIGHTON [45]), ANDRE [46]), LEYDIG [47]), STIMSON [48]) alii- Nervorum resectio.

gasse, et post diuturnam suppurationem sanasse, perhibet POULLETIER DE LA SALLE. (WATON l. c.)

41) Sic SELLE, CHISHOLM, MASIUS, aliique, me ipso non excepto, testantur.

42) THILENIUS l. c.

43) HUFELAND *neueste Annalen der franz. Arzneyk. u. Wundarzneyk.* 3. *B.* 1800. p. 453.

44) SABATIER *traité complet d'anatomie. T. III. Paris* 1777. p. 375.

45) ARNEMANN *Mag.* 2. *B.* 1. *St. Gött.* 1792.

46) PUJOL l. c. p. 16.

47) l. c.

48) *The new Engl. Journ. of med. and surg. and the coll. branches of scienc. conducted by a number of physicians. Vol.* 6. *Boston* 1817.

aliique [49]). Contra vero plura exstant experimenta de nervorum sectione incassum instituta, uti videre est apud VIEILLARD [50]), THOURET [51]), KAPP [52]), MASIUS [53]) et SABATIER [54]). Objiciunt inprimis huic operationi, quod periculum surditatis minetur, quodque feliciori in casu pro tempore solum dolorem profliget. Quibus objectionibus fautores operationis obviam veniunt asserendo, caussam frustraneae operationis in eo positam esse, quod exploratio fibrae nerveae affectae non semper, ut decet, institueretur, quod vulnus inflictum nimis cito sanaretur [55]), quod sectio nervi non in omni prosopalgia indicata sit. Ibi non indicatam esse, certe non sine jure, asserunt, ubi morbus ex vitio totius systematis, necdum plane pharmacis eradicato, pullulat, ubi dolor inter fibras diversas ejusdem nervi fluctuat, et ubi nervus affectus, ob sedem suam reconditam, cultro vix

49) *The medical Repertory by* MITCHILL. *Vol. II. N. I. New-York* 1813. *Elgenstirna Swenska läkare.* 2. *B. Stockh.* 1815.

50) Ergo in pertinacibus faciei capitisque doloribus nihil prodest, sed contra plurimum nocere potest nervorum quinti paris sectio. Paris 1788. (Tribus in casibus dolor sublatus cito rediit.)

51) l. c. (Marasmo denique aegrota obiit.)

52) HUFELAND *Journal.* 20. *B.* 4. *St.* p. 65.

53) Ibidem. 25. *B.* 1. *St.*

54) l. c.

55) STIMSON l. c. (Per quinque hebdomades vulnus apertum tenuit.)

vix attingi potest, e. c. nervus infraorbitalis in foramine suo. Quarum difficultatum partem, saltem quoad prosopalgiam ex vitio ramorum septimi paris nervorum, egregius KLEIN [56]) solvere satagit, *sectionem trunci nervi duri eo in loco, ubi ex foramine stylomastoideo exit*, proponendo. Propositum hoc innititur observationi aegri cujusdam, qui dolorem presso fortiter loco foraminis stylomastoidei constanter sedare poterat. Operatio ista hucusque solum in cadaveribus suscepta, in homine vivente timorem paralyseos musculorum digastrici, stylohyoidei, stylopharyngei, styloglossi et geniohyoidei, movet. Qui ceterum timor, a factis circa extirpationem parotidis collectis [57]), sub qua operatione plures etiam faciei nervi rescindi solent, quodammodo imminuitur.

56) FRICKER Diss. de secando trunco nervi duri in prosopalg. Praes. AUTENRIETH. Tubing. 1813

57) I. P. SIEBOLD Historia systematis salivalis. Jen. 1797. p. 158.

Caput VII.

De Neuralgiis extremitatum.

§. XXXII.

Definitio. Morbi limites et literatura.

Definitio. 1. Dolor decursum nervi ulnaris, radialis, ischiadici, cruralis sequens, aut potius, ex iisdem nervis emanans, modo per insultus rediens, modo continuus, cum motu brachii vel cruris imminuto, *neuralgiam* constituit *cubitalem*, *radialem*, *ischiadicam*, *cruralem*.

Morbi limites, et literatura. 2. Malum, cujus definitionem exposuimus, relate ad *extremitates superiores* vix medicorum attentionem in se traxit, at relate ad *extremitates inferiores* hucusque pro *specie* morbi, sub nominibus *coxagrae*, *doloris coxendicis*, *ischiadis*, *mali ischiadici* noti, habebatur. Neuralgiam ischiadicam et cruralem potius pro morbo sui generis declaramus. In ea enim versamur opinione, quod sicuti *neuralgia facialis*, a morbis antri Hygmori, articulationis maxillae inferioris, musculorum faciei, parotidis, etc. distinguitur; ita *neuralgia* et *neuritis ischiadica* et *cruralis* a morbis acetabuli ossis femoris, fasciae latae, musculorum

lorum cruris etc. distinguenda sit. Cum vero auctores, qui hucusque de *malo ischiadico* scripserunt, omnium istiusmodi partium morbos amplexi sint, sequitur generalem istam literaturam ad nostrum non spectare forum. Revocamus enim ad illud solum scriptores de ischiade sic dicta nervosa, id est COTUNNI [58]), KOELPIN [59]), LENTIN [60]), BARTHEZ [61]), S. G. VOGEL [62]), FALCONER *) et MARCET [63]).

§. XXXIII.

Symptomata. Autopsia cadaverum.

1. In *neuralgia cubitali*, cujus tria stupenda observavimus exempla [64]), dolor sub axilla orditur, ac sese plerumque ad plicam tantum cubiti extendit. Attamen quandoque usque ad manum, torpidam redditam, propagatur. Torpor praesertim digitos auricularem et annularem nec non polli- **N. cubitalis.**

58) De ischiade nerv. Commentar. Neap. 1780.

59) *Med. prakt. Bemerk.* 1. *Heft.*

60) *Beobachtung einiger Krankh.* p. 134.

61) *Abhandlung über die Gichtkrankheiten. A. d. Fr. Berl.* 1803. 2. *Th.* p. 79.

62) *Handbuch der prakt. Arzneywissenschaft.* 2. *Th.* 2. *Aufl.* p. 154.

*) l. infra citando.

63) *Medical - chirurgical transactions by the medical and chirurgical society of London. Vol.* 3. 1812.

64) Unum in viro Vindobonensi a. 1797. secundum in comite Ch.... a. 1807. et tertium in puella. P.. a. 1818.

pollicem, difficulter adducendum, detinet. Quin immo dolor in pollice ortus per brachium ascendere observatus est [65]. Generatim summus cruciatus loco inter axillam et cubitum medio, attactum respuente, persentitur. Est ille utplurimum periodicus et quocunque in casu noctu maxime urgens, somnumque plane fugans. Aeger sub doloris paroxysmo brachium attollit, manumque torpidam altera sana comprimit, ac sensum anxietatis, vix verbis designandum, accusat. Animi pathemata accidentalia mox paroxysmos doloris excitant, vel solitos saeviores reddunt. Ita et repentinae atmosphaerae mutationes. Temperatura brachii affecti in recenti morbo evidenter aucta [66], senescente malo brachium tabescit ac cutis palmae manus corrugatur [67].

N. radialis. 2. *Neuralgiae radialis* nobis nunquam observatae casum DENMARK describit [68]. Dolor ad externam brachii superficiem decurrit, et ad manum

65) MONSEY apud GOOCH l. c. (dolor leniebatur, frictione aut leni percussione eo in loco, ubi ultima vertebra colli cum prima vertebra dorsi jungitur.)

66) EARLE *med. transact.* 1816. *Vol.* 6. (Secto nervo dolor et aucta temperatura evanuerunt, sed digitus auricularis paralyticus factus est.)

67) Sic in viro Vindobonensi.

68) *Med. and chir. trans. publ. by the med. and chir. Soc. of Lond.* 1813. *Vol.* 4. (Facta brachii amputatione, nervus radialis erat crassus, continebatque globum sclopetarium.)

num propagatus, torporem digiti indicis et annularis nec non pollicis gignit, qui pollex difficulter abducitur.

3. *In neuralgia ischiadica* (*ischias nervosa postica Cotunnii*) dolor oritur inter trochanterem majorem et os ischii, extenditur ad os sacrum et lumbos, maxime vero ad superficiem posticam femoris et ad poplitem. Neque vero hic cruciatus limites semper agnoscit. Propagatur enim semper a capitulo tibiae per superficiem externam spinae tibialis et malleolum externum, terminaturque in planta pedis. Musculi gastrocnemii flaccidi evadunt, et totum crus marcescit. Dolorem ad *nervum tibialem ortum* prosopalgiae instar decurrentem aegramque valde excruciantem observavimus [69]. N. ischiadiaca.

4. *Neuralgia cruralis* (ischias *nervosa antica Cotunnii*) dolore insignitur, incipiente ab inguine, descendente secundum superficiem internam cruris, et surae, terminaturo in dorso pedis. Interdum in digitis pedum dolor oritur, extenditurque sursum [70]. Quocunque in casu in morbis, de quibus agitur, dolor ad vesperas exasperatur, ac in neuralgia ischiadica, praesertim si malum adhuc recens sit, periodice recurrit. Vis cru- N. cruralis.

69) In uxore ducis militum Rossici comite B....s. n. (Bis terve de anno paroxysmum et pluribus insultibus compositum experiebatur.)

70) Vering in *Salzb. med. chir. Zeit.* 1819. *N.* 66. p. 239.

cruciatuum tanta est, ut aeger neque in lecto, cujus calor intolerabilis est, decumbere, neque parti affectae, quam sat libere movet, insistere possit. Haec vero crampis tremoribusque tentatur ac, sub nisu illi insistendi, saepe livet, venis cunctis quandoque chordarum metallicarum instar tensis. Raro febris initium morbi comitatur. Temporis tractu dolor minus urget, magisque obtusus evadit, sed tunc crus affectum emaciari incipit, suris jam pridem flaccidissimis factis. Universum corpus in neuralgia ischiadica et crurali vix patitur, observavimus tamen sub violentia dolorum aegros ciborum desiderium amisisse et de dolore epigastrii ac nausea conquestos fuisse. Nisi occurratur, morbus in partis affectae paralysin et atrophiam transit.

Autopsia cadaverum.

5. Cotunni ipse anxie fatetur, se tot hominum ischiade nervosa detentorum cadavera secare haud potuisse, quot optasset. Attamen in plurimis *serum* et *pseudomembranulas* in cellulosa inter vaginam et pulpam nervi ischiadici invenit [71]). Hydropem nervi ischiadici observatio Tissoti [72]) demonstrat, quippe qui illum ambitus trium pollicum et ultra invenit. Aeger a lapsu in paralysin cruris dextri inciderat, ac hydrope periit. Boerhaave [73]) jam depositionem mate-

71) l. c.

72) *Nervenkrankh.* Versio Weberi. 1. *B.* p. 79.

73) De morbis nervosis. p. 67.

materiae arthriticae inter vaginam et nervum ischiadicum suspicatus est. Neque hîc verba Coiteri [74]) silentio praeteribimus, qui scripserat: „se spatium inter infimam spinae medullam et crassam hujus meningem, per quod nervi illi (intestino recto proximi) traducuntur, in arthriticis *ischiadicis* et podagricis, multoties *tenui sero*,“ interdum *pituita viscosa refertum* deprehendisse, — quamvis observatio ista a Morgagnio [75]) infringatur, dicente: „quod ejusmodi humor et in iis reperitur, qui ex eo morbi genere non laborarunt.“

§. XXXIV.

C a u s s a e.

1. Nervi ulnaris et ischiadicus neuralgiae ob id praesertim obnoxii esse videntur, quod, si cum aliis extremitatum nervis conferantur, per tractum sat longum paucioribus musculis cooperiuntur; indeque injuriis externis maxime exponuntur; nervus ischiadicus praeterea vagina admodum laxa est instructus, quo fit, ut spatium quoddam inter eam et pulpam nerveam relinquatur, ad depositiones morbosas recipiendas valde idoneum. Insuper arterias conspicuas processui inflammatorio opitulantes habet. *Neuralgia ischiadica* maribus communior est quam feminis. Nulli C. praedisponentes.

74) Obs. anatom.

75) De sed. et causs. morb. Epist. LVII. N. 5.

Nulli vero lateri prae alio magis addicta videtur, nec unquam ambas extremitates inferiores simul detinuisse visa est.

C. excitantes.

2. Excitantur neuralgiae extremitatum a vulneribus [76]), contusione [77]), a refrigeratione brachiorum et crurum, praecipue corpore excalefacto super solum humidum decumbente, a metastasi morbillosa [78]), ab haemorrhoidibus ani, a lochiorum secessu lactisque secretione suppressis, inprimis vero ab arthritide. *Neuralgiae crurali* speciatim vulneratio nervi sapheni in saucianda incaute vena ejusdem nominis ansam praebet [79]). Oritur quandoque a vitiis uteri [80]).

C. proxima.

3. Docente Cotunni [81]) *caussa proxima* ischiadis nervosae, in *hydrope tunicae vaginalis* nervi locata est: Interea cum ipse Vir Clarissimus fateatur,

76) Sic e. c. nervus ischiadicus vulnerari solet insidentibus fortuito super acus, forfices, cultros, praesertim portatiles, sacculo vestis inclusos, quorumque lamina, e vagina, quâ custodiebatur, forte exiit, et nervus ulnaris per venaesectionem brachii.

77) Famulos, qui longa itinera visco partis currus posterioris insidendo, uti nostratum mos adhuc fert, absolvunt, in ischiadem hanc traumaticam incidisse vidi.

78) Apud puellam neuralgia ulnari affectam morbus post morbillos abnormiter decurrentes oriebatur.

79) Merentur de hoc argumento legi observationes a Sabattier enarratae. v. *Traité complet d'anatomie. Paris* 1781. 3. *Tom.* p. 315—318.

80) Hartmann l. c. in capite nostro praecedente.

81) l. c.

teatur, se propriam opinionem *non ex multis* cadaverum autopsiis desumsisse, dubitare adhuc licebit, rem necessario jure sic semper se habere. Existimamus hinc ischiadem nervosam in prima origine esse *neuritidem*, hanc vero, nisi resolvatur, *neuralgiam* relinquere ex consuetis neuritidis exitibus [82]) originem trahentem, inter quos hydrops quidem acutus unum sibi vindicat locum, sed reliquos exitus neutiquam excludit; quod vel ipsi *nervorum tumores* [83]) demonstrant.

§. XXXV.

Diagnosis. Prognosis.

1. Quum neuralgiam ischiadicam et cruralem plane a morbis nomine *ischiadis* quondam designatis distinxerimus [84]); sequitur, omnes a nobis animi vires impendendas esse, ne neuralgias illas, cum reliquis istis morbis confundamus. Confundi autem possunt: *A.* cum *neuralgia ischiadica*: — 1° *rhachialgia lumbaris et sacralis*, 2° *abscessus musculi psoae* et 3° *coxarthrocace*; *B.* cum *neuralgia crurali:* 1° *abscessus sub fascia lata* et 2° *aneurysma arteriae cruralis*; *C.* cum *neuralgia ulnari* et *radiali: rheumatismus musculorum brachii*, *dolores symptomatici extre-* Diagnosis.

mita-

82) Cap. V. §. XXV. 3.

83) Ibidem. 5.

84) §. XXXII. 2.

mitatum superiorum, *in morbis hepatis*, *lienis*, *pulmonum* et *cordis* familiares.

Neuralgiae ischiadicae a rhachialgia distinctio.

2. Cum nervus ischiadicus e plexu ejusdem nominis oriatur, nervi vero plexum ischiadicum componentes ex pari quarto et quinto nervorum lumbalium et ex pari primo, secundo et tertio nervorum sacralium proveniant; error, *rhachialgiam lumbarem et sacralem*, cum *neuralgia ischiadica* confundendi, condonandus foret. Distinguuntur nihilominus invicem, nisi complicati, uti ex sequenti tabula elucet.

Rhachialgia lumbalis etc.	*Neuralgia ischiadica.*
1. Dolor ad lumbos vel ad os sacrum *oritur* ac crurum mala eum tantum *sequuntur*.	1. Dolor oritur prope trochanterem, *ascendit* quidem hinc inde ad lumbos et ad os sacrum, sed maxime deorsum *extenditur*.
2. *Ambo* plerumque femora, magis *imbecillitate*, quam cruciatibus tentantur.	2. *Unum* afficitur femur, magis *dolore* excruciatum, quam imbecillitate.
3. Imperium saepe super vesicam urinariam, intestinum rectum et partes genitales exercet.	3. Vesica urinaria, intestinum rectum, et partes genitales vix laborant.

3. *Ab-*

3. *Abscessus musculi psoae* [85]) *a neuralgia ischiadica* distinguitur: Neuralgiae ischiadicae ab absc. musc. psoae distinctio.

Abscessus psoae.	*Neuralgia ischiadica.*
1. Dolor lumborum praecipuum morbi symptoma.	1. Dolor solum ad lumbos extenditur, neque semper.
2. Crus, saltem sine summo cruciatu, extendi nequit.	2. Motus cruris decumbenti aegro plus minus concessus.
3. Febris suppuratoria vehemens.	3. Febris, praesertim in diuturno morbo, plane nulla.
4. Omnes corporis functiones perturbantur.	4. Functionibus viscerum abdominalium quandoque exceptis, aeger ceterum sanus.
5. Tumor fluctuans ocyus serius vel ad nates, vel ad inguina, praesertim si aeger profunde inspiret, vel ejulet, vel pedibus insistat, percipitur.	5. Quo diuturnior morbus, eo magis partis affectae macies.

4. Nisi *neuralgia ischiadica*, ut quandoque accidit [86]), cum *coxarthrocace* complicatur, morbi istiusmodi sequentibus signis inter se discrepant. Neur. ischiadica a coxarthrocace.

Neu-

85) P. I. Vol. II. C. XLIV. §. CLXXXIV. 8. 9. p. 629.

86) *Arthrokakologie oder üb. d. Verrenk. durch innere*

Neuralgia ischiadica.	*Coxarthrocace.*
1. Dolor inter trochanterem majorem et os ischii oritur, sequiturque decursum nervi ischiatici usque ad plantam pedis.	1. Dolor partem anteriorem femoris occupat, ac praecipue genua detinet.
2. Aeger paresi fere laborat, ac gressus instituere nequit.	2. Aeger quidem claudicat, sed, saltem in primis morbi periodis, sat expedite gressus instituere potest.
3. Regio trochanteris autopsiae nil morbosi exhibet.	3. Trochanter pro varia morbi periodo, extrorsum, deorsum, sursum vergit.
4. Articulus femoris non riget.	4. Articulus femoris, saltem in morbo provecto, rigidus.
5. Crus vix unquam brevius, nunquam longius.	5. Crus affectum ab initio morbi longius, dein brevius.

Neur. cruralis ab abscessu sub fascia lata et aneurysmate arteriae cruralis distinguitur.

5. Ut *neuralgiam cruralem* ab *abscessu sub fascia lata*, et ab *aneurysmate arteriae cruralis* distinguamus, nil nisi autopsia et assiduum partis affectae examen requiritur. Praeterea scien-

dum

Bedingung u. über d. Heilart, Wirkungs- u. Anwendungsart des Glüheisens bey dieser Krankheitsform, v. I. N. Rust. *Wien* 1817. p. 53. not. (b).

dum, neuralgiam cruralem morbum esse admodum rarum.

6. Eadem ratione, quâ neuralgiam facialem à rheumatismo musculorum faciei distinximus [87]), neuralgiam etiam *ulnarem* et *radialem* a *rheumatismo musculorum brachii* discernimus. De *doloribus symptomaticis extremitatum superiorum*, in doctrina morborum pulmonum, cordis, hepatis et lienis quaestio erit. Hîc meminisse sufficiat, indicata viscera, *compressionem plexus brachialis* mediate aut immediate inducentia, saepe doloribus validis brachiorum occasionem praebere. **Neur. extr. super. ab indic. morbis distinguitur.**

7. Quoad *indolem* neuralgiae extremitatum et praecipue neuralgiae ischiadicae, eam cum Barthez [88]), praesertim in *diathesi rheumatica et arthritica*, non exclusa complicatione *syphilitica*, quaerimus. Ceterum doctrina prosopalgiae [89]) vel hisce neuralgiis quadrare videtur. **Indoles neuralgiae.**

8. Duas neuralgias ulnares, omnibus fere remediis rebelles, post sex hebdomadum curriculum sponte evanuisse vidimus. Tertiam jam tabe brachii stipatam sanavimus. Neuralgiae ischiadicae prognosis ex ipsa innotescit morbi descriptione. Nisi in primo morbi limine succurratur, malum admodum taediosum fieri solet et quandoque insanabile [90]). **Prognosis.**

§. XXXVI.

87) Cap. VI. §. XXX.
88) l. c.
89) Cap. VI. §. XXX.
90) Sic in viro nobili ingenio excellente Carpani.

§. XXXVI.

C u r a.

Generatim.

1. Curae neuralgiarum hucusque expositarum, in matura et virili administratione *methodi antiphlogisticae* consistit. Quousque nempe illae simplices adhuc neuritides sistunt, in hominibus caeterum sanis, aliarum inflammationum instar, paucorum dierum spatio resolvi possunt. Secus autem si jam inflammationis exitus, potissimum in aegris arthriticis, syphiliticis aut admodum sensibilibus, debellari debeant.

C. morbi recentis.

2. Quo recentior hinc morbus, quo evidentiores turbae febriles, quoque vegetior aeger, eo audactior esto *venaesectionis* usus. Sectionem venae *post aurem* prope eminentiam ossium, HIPPOCRATES, in coxarum et crurum morbis extirpandis, commendavit [91]), monens tamen sterilitatem inde oriri. Itaque RIVERII consilium [92]) sequimur, quo vena directe in parte affecta sauciatur. In ischiade ipsa *arteriotomia* proposita est [93]). Peracta *phlebotomia*, ad *hirudinum multarum* applicationem prope decursum nervi affecti deveniendum. In neuralgia ischiadica cum successu

91) De locis in homine. Legatur de hoc argumento VALLESIUS (Lib. VI. Epid. V.) et ZACUTUS LUSITANUS (Prax. admiranda obs. 160. Lib. II.)

92) Obs. cent. II. No. 25.

93) GALENUS de cur. rat. per sangu. miss. c. 23. (Arteria in malleolo.)

cessu vasa haemorrhoidalia sauciamus, e quibus antea cruor stillare erat solitus. Securius etiam *cucurbitulae scarificantes* 94) ad partem affectam agunt, dummodo aeger non fuerit nimis sensilis. Porro *debita* membro dolenti concilianda est *positio*, ne scilicet cruor nimis in partem dolentem irruat. Neuralgiae ulnari et radiali, num *compressio arteriae brachialis? Fomenta frigida* hucusque incassum in neuralgiis, de quibus loquimur, adhibuimus; alias frigus in ischiade conduxit 95). Quacunque porro in neuralgia, maxime vero in ea extremitatum inferiorum, alvus aperta teneatur oportet. *Electuarium lenitivum* optime hic inservit. Maxima vis *clysteribus* et quidem *acrioribus* in morbis ad ischiadem revocatis tribuebatur ab AURANTIO 96), MONTAGNANA 97), RIVERIO 98); quod, si de morbo tantum provecto quaestio esset, in dubium haud vocaremus 99).

Gene-

94) RIVERIUS, TISSOT ll. cc.

95) THILENIUS *med. und chir. Bemerk.* p. 282. QUARIN animadv. in morb. chron. VOGEL l. c. p. 212.

96) Lib. de tumore p. n. Cap. 63. „tanta est, inquit, in ischiadico dolore, praesertim incipiente, enematum facultas, ut ipse, nullo praeter clysteres adhibito medicamento, plures graviter affectos, in pristinam sanitatem produxerim."

97) Consil. 257. „Dolores ischiadici, ait, sapientium omnium concordia clysteribus acutis sanatur."

98) Prax. med. L. 16. c. 2.

99) „Quis ausit credere, tot expertissimis professoribus

Generatim vero *enemata emollientia* adhibemus, additis sub summis doloribus, sedatoque impetu inflammatorio morbi, guttis viginti et ultra *laudani liquidi* SYDENHAMI.

C. morbi provecti.

2. Quamvis et in *neuralgiis provectis*, quid sanguinis evacuationes, saltem locales valeant, aliquando experiamur; attamen in iis curandis methodum ab antiphlogistica toto coelo diversam usurpare solemus. Plurimum hic *auxiliis externis* tribuimus. Spectant huc 1° *indumenta* e. c. *tela cerata subtilis*, qua partis affectae transpiratio, sine nimio calore, aegris saepe molesto, sustinetur: *vestes laneae* corpori arcte adhaerentes, aliaeque super impositae, ut sub motu sudor eliciatur [100]. 2° *Thermae* [1] inprimis *sulphureae* [2], vel et aliae [3] quae ad complementum curae to-
[illegible] num-

id non respondisse quod adeo commendant?" (MORGAGNI l. c.)

100) Legi meretur MARCET in *Med. chir. transact. by the med. and chir. Soc. of Lond. Vol. III.* 1812.

1) FALCONER in *mem. of the med. Soc. of Lond. Vol. VI.* p. 174. et *Abh. f. pr. Aerzte.* 23. *B.* 3. *St.* p. 337. (*Bath.*) RITTER in HUFELAND *Journ.* 7. *B.* 3. *St.* p. 88. (*Wisbaden*).

2) ALBERS in HUFELAND *Journ.* 25. *B.* 4. *St.* p. 146. (*Rehburg*). Miracula a balneis Badensibus prope Viennam in neuralgia ischiadica vidi. Cfr. SCHENKII opusculum *Die Schwefelquell. v. Baden in Nieder-Oester. Baden.* 1817.

3) Neuralgiam antibrachii socia contractione digitorum Cl. RUGGIERI ope balneorum localium e sedecim li-

numque membro labefactato restituendum fere semper requiruntur, ac in malo insanabili, levaminis plus minus nunquam recusant. Si aeger id ferre posset, ex ipsis istis aquis *embrocatio* super partem affectam adhibetur. *Balnea vaporis* [4]) multum hic promittunt; ita et *vapor sulphuris* [5]). 3° *Frictiones* cum panno laneo ad plantas pedum vel lenes ope manus secundum [6]) nervi curriculum cum *oleo olivarum*, *hyperici*, *terebinthinae* cum *axungia* variorum animalium [7]), cum *linimento volatili* aut simili [8]), cum *unguento hydrargyri* [9]) et *camphorae*, aut cum *saliva*, *opio et camphora* [10]), cum *tinctura cantharidum* [11]). 4° *Urticatio* [12]). 5° *Emplastra*

N 2 e. c.

bris aquae et octo unciis acidi muriatici oxygenati sanavit (*Nuovi comment. di med. e chir. Padova* 1818.).

4) Caelius Aurelianus p. 550. Pelargus *Med. Jahrg.* 1. *B.* p. 140. 3. *B.* p. 437.

5) De Carro *observations pratiques sur les fumigations sulfureuses. Vienne* 1819.

6) Cotunni l. c.

7) Ipsam axungiam humanam Cotunni (*pour la rarité du fait*) commendat.

8) Linimentum ex oleo amygdalarum, ammonia caustica, aethere vitriolico et tinctura cantharidum, quondam cum successu adhibui.

9) Baldinger *Journ.* 20. *B.* p. 32. Baylies in *Abh. f. pr. Aerzte.* 1. *B.* 2. *St.* p. 92.

10) Brera Comment. med. Dec. I. T. II. No. 10.

11) Morelli *Lettera*, v. *Nuovo Giorn. di Milano.* 1792. Kühn *Ital. Bibl.* 2. *B.* 1. *St.* p. 23. Tode in

e. c. illud *diaphoreticum* Mynsichtii [13]) *emplastrum hyoscyami*, *saponaceum* Barbetti, *Ischiaticum* Ph. Daniace [14]). 6° *Vesicatoria* consilio Cotunni secundum tractum nervorum et quidem bis terve repetita [15]). 7° *Fonticuli* et *setacea*, atque illi inprimis per lapidem causticum chirurgorum excitati [16]). Et 8° si haec omnia non juvarent, *ustio* prope trochanterem et sub genu aut super malleolum [17]). Neuralgia digitorum pedis *sectio-*

N. act. R. Soc. med. Havn. Vol. IV. p. 189. v. *Abh. f. pr. Aerzte* 21. *B.* 2. *St.* p. 34.

12) Eph. nat. cur. Dec. III. ann. I. obs. 34.

13) Utiliter adhibui praestantissimum istiusmodi emplastrum.

14) Diss. inaug. praestantiss. rat. ill. mat. med. praes. Tode. resp. Nielsen. Hafn. 1782. p. 55.

15) Haec methodus in neuralgia ischiadica maxime mihi satisfecit. Vesicatorium dimidii pedis longitudinis et quatuor pollicum latitudinis capiti fibulae transversim extrorsum sub genu imponitur. Quo tenacior inde humor extrahitur, eo major sanationis spes. Si dolor deorsum extenderetur; aliud vesicatorium ad tibiam super malleolum externum applicatur.

16) Sic neuralgiam ulnarem feliciter debellavi.

17) Laus a remotissimis temporibus ustioni in morbo ischiadico impertita nostroque aevo confirmata maxime quidem *coxarthrocacen* respicere videtur; interea et in *neuralgia ischiadica*, aliis remediis rebelli, eam, ope *moxae* cum successu adhibui. Qua de caussa plus etiam ab applicatione ferri candentis expectarem. Lege de hoc argumento Petrini *n. Heilmeth. d. nerv. Hüftwehes. Detmold.* 1787. Richter *med. chir. Bemerk.*

sectione transversali nervorum super dorsum phalangis secundae sanata est [18]). Ab *electricitate* adeo jactata [19]), non nisi in neuralgiis extremitatum originis traumaticae, fructum, alias enim potius detrimentum accepimus. Idem verisimiliter a *galvanismo* [20]) expectandum. Quoad auxilia ex fonte pharmaceutico, ea minime negligenda sunt, quae liquorem extravasatum absorbere et per viam urinariam vel sudores eliminare valent: hinc *calomel* [21]), *aethiops antimonialis, pulveres* Plumeri, *stipites solani dulcamarae, guajacum, vinum antimoniatum* Huxhami, *sulphur, oleum terebinthinae* [22]) cum *melle* ac similia. Ab *aconito* aliisque hujus generis narcoticis excepta

p. 162. Flajani *collez. d'osserv. T.* 3. obs. 51. Loder *chir. med. Beob. I. B.* p. 242. de Matheis Ratio Instituti Clin. Romani. 1816. Tab. hist. XIV. aliosque alibi citatos (P. I. Vol. II. p. 200. (94.)).

18) Vering l. c.

19) Sigaud la Fond *de l'élèctr. méd.* p. 25. 451. Mauduyt in *mém. de la Soc. R. de méd.* ad 1782. et 83. p. 168. Du Boneix in *Journ. de méd. T.* 58. p. 136.

20) Humbold's *Vers. üb. d. Gesetze d. Muskel- u. Nervenfas.* 2. *B.* p. 23. Grapengiesser *Versuche* etc. p. 142. Marcus, *Magaz. f. Therapie u. Klin.* 1. *B.* p. 341.

21) Morelli l. c. Parvas inprimis doses e. g. granum dimidium bis de die, exhibere soleo.

22) Home *klinische Versuche und Krankengeschichten.* Cheyne *on the Gout.* §. 71. Stedman *medical essays and observations, Vol. II.* p. 48.

cepta *digitali purpurea* parum in *neuralgiis* lucri obtinuimus. *Opium* ad sedandos dolores, noctu porrectum, conducit quidem, sed ob alvi inde excitatam obstructionem, praeprimis in neuralgia ischiadica, nocet. Praesente complicatione venerea et *mercurio sublimato corrosivo* aliisque antisyphiliticis locum esse, sponte patet. Viribus provectiori in morbo eo securius *cinchonâ* aliisque *tonicis*, nec non victu selecto nutriente prospici potest; quo minus aeger haemorrhoïdarius est, vel praeter modum sensilis. Tandem non reticendum *musicam* in ischiade sibi omni aevo laudem promeruisse [23].

DE

23) Cael. Aurelianus p. 555. Zacutus Lusitanus l. c. Eph. Nat. curios. dec. I. ann. I. Redi obs. de vipera. p. 24.

DE MORBIS EX VARIIS
SYSTEMATIS NERVOSI
PARTIBUS INDISCRIMINATIM
ORTUM DUCENTIBUS.

Caput VIII.

De Morbo Cereali.

§. XXXVII.

Definitio. Historia.

1. Affectionem systematis nervosi, formicationis sensu, temulentiâ, neuralgiis, nunc motibus convulsivis, nunc gangraenâ extremitatum insignitam, ex esu farinae secale cornutum continentis ortam, plerumque epidemicam, *morbi cerealis* nomine compellamus [24]. Definitio.

2. Utrum

24) *Synonyma. Morbus convulsivus malignus et epidemicus auctorum.* (Denominatio antiquissima, sed re ipsa nullum peculiarem morbum exacte designans) — *Raphania* Linnaei, Cullenii. (Appellatio Linnaeo usitata, qui immerito raphano raphanistro frumentis admixto, morbum tribuit, cum haec quidem herba, hordei potius et avenae segetibus infesta, secale non inficiat, cujus tamen depravatio vel maxime accusanda est). — *Necrosis ustilaginea* Sauvagesii (Nomen unam modo morbi nostri varietatem designans.). — *Convulsio Soloniensis.* (Salerne) (Morbus non solum ditioni Galliae Soloniensi proprius, sed ubique locorum obvenire solitus). — *Convulsio cerealis* Baldingeri, *convulsio dolorifica* Darwini. (Convulsiones non sunt necessarium morbi symptoma). — *Myrmekiasis* Swe-

Historia. 2. Utrum *sacrae paginae* jam morbum cerealem designaverint [25]? — utrum *Gentiles* Deum *Robigum* adversus eum imploraverint [26]? utrum huc spectet morbus inter Massilienses ex inopia et depravatione rei frumentariae regnans, de quo Julius Caesar loquitur [27]?, aut febris epidemica ex frumento corrupto, tempore famis orta, de qua Galenus scribit [28]? — doctioribus dirimendum derelinquimus. Dubia quoque morbi cerealis vestigia apud Dodonaeum [29], certiora apud Schenkium [30] et certissima apud Schwenckfeldium [31], utpote jam veram mali caussam indican-

diaueri (a Gr. Μυρμηκίασις, formicatio, quae primarium hujus morbi, at non perpetuum symptoma constituit). Germ. *Kriebelkrankheit*, *Krampfsucht*. Gall. *Ergotisme*. Pol. *Choroba zbożowa*, *Rafania*, Ross. Злая судорга, Перемежающїеся корчи.

25) Mois. Lib. V. 28. v. 22.

26) Varro L. de re rustica. Columell. de cultura hortor. Ovid. Fastor. Lib. IV.

27) De bello civili. L. II. c. 22. Cfr. Gruner morb. antiquit. p. 103. et Sprengel *Vers. e. pr. Gesch. d. Arzneyk.* 5. *B.* p. 114.

28) De differ. febr. L. I. p. 322. L. I. de med. facult. c. 37.

29) Observ. medic. exempl. rara Colon. 1581. p. 82. (De epidemia scorbuti an. 1556. Brabantiae ex frumento corrupto loquitur).

30) Lib. VI. p. 830. (an. 1581. Lüneburgi malum atrox grassabatur notis morbi cerealis insignitum. v. Sprengel l. c. p. 115.)

31) Theriotroph. Silesiae p. 334. Lignic. 1605. (an. 1588

cantem, obveniunt. Sequebantur scriptores de epidemiis morbi cerealis, inter quas infamatae sunt illae annorum 1596, in *Hassia* 32), — 1648 in *Voigtlandia* 33), — 1650, 1674 et 1675 in *Galliae* ditione *Soloniensi* 34), nec non in *Anglia* 35), — 1710 in *Insubria* 36), — 1716 — 1717 in *Saxonia* 37), *Holsatia* 38), *Helvetia* 39), 1722 [illegible] *Steti-*

et 1593. inter incolas Silesiae, sub nomine *das Kromme*).

32) Horst obs. med. L. III, part. II. append. p. 299. De convulsione cereali epidem. novo morbi genere, facultat. med. Marburgens. responsum; libell. prim. rarum et argumento gravem recudi curav. notulisque aux. D. Chr. Gottfr. Gruner. Jen. 1793. Joh. Fr. Nieman *Symbiot. Leipz.* 1819.

33) Gott. Buddaeus consilia medica *von der Krampfsucht. Budissin* 1717.

34) *Journ. des Savans. an.* 1676. *T.* 4. p. 79. *Mém. de l'ac. des scienc. à Paris* 1710. p. 80. *Encycl. méth. agricult. art. Ergot.*

35) Thom. Willis de morbo convulsivo. C. 8. p. 45. Brunner Eph. nat. cur. dec. III. an. 2. p. 348.

36) Ginanni *delle malattie del grano in erba. Pesaro* 1755.

37) Wedel Diss. de morbo spasmod. epidem. maligno. Jen. 1717. v. Haller diss. pr. Vol. VII. p. 557. Wilisch *Bericht d. Krampfsucht od. spasmod. Krankheit, so in unterschied. Orten uns. Vaterlandes im vergang. Jahr sich ereign. Pirna* 1717. Longolius Judic. med. de corrupt. lymphae per frumentum corrupt., *oder von Kornstaupe, Reissen, Ziehkrankheit, Krampfsucht u. Kriebelkrankh.* 1717. Habberkorn *Gedan-*

Stetinii [40]), 1736 iterum in *Silesia* [41]) et in *Holsatia* [42]), 1746 et 1747 in *Gothia Occidentali* [43]), 1755 in *Borussia* [44]), 1764 *Atrebati* [45]), 1770 — 1771 in *Saxonia* inferiori et regionibus vicinis [46]), parteque *Sueciae* et *Daniae* [47]) et 1781 *Cel-*

ken v. d. Ziehe- od. Nerven-Krankh. Budissin 1717. Bruno *Gottgewidmete Gedank. v. d. Krampf- oder Kriebelsucht. Budissin* 1717.

38) Waldschmidt de morbo epidem. convuls. per Holsatiam grassante. Kiliae 1717. v. Haller diss. pract. Vol. I. p. 75. *Breslauer Samml.* 1718. *Sept.* p. 76.

39) K. N. Lang *Beschreibung des schädlichen Genusses der Kornzapfen im Brodte. Lucern.* 1717.

40) Müller act. med. Berolin. Dec. III. Vol. VI. p. 50. Cfr. Fr. Hoffmann opp. Vol. III. p. 34.

41) Scrinci et Burghart in Satir. med. Siles. Spec. III. p. 35. 57. Vater Diss. obs. select. de morbo spasmod. populari Silesiaco. Wittemb. 1723.

42) Brückmann in Commerc. lit. Norimb. an. 1743. p. 50.

43) Linnaeus amoenit. acad. Vol. VI. p. 430. Rosensteinii Diss. de morbo spasmod. convuls. epidem. Londin. Goth. 1742. A. Berger Diss. de morbo epidem. spasmod. convuls. contagii experte. Frankf. 1742. Haller Coll. Diss. pr. Vol. I. N. 6. Rothmann Diss. de Raphania. Upsal. 1763.

44) Cothenius *v. d. Kriebelkrankheit. Potsdam.* v. Schreber *Samml. v. Kameralschrift. I. Th. Halle* 1755.

45) Read *traité du seigle ergoté. Strasb.* 1771.

46) Hermann *Abh. v. d. Kriebelkrankheit, so in Niedersachsen v.* 1771 — 1772 *grassirt. Cassel* 1775. Baldinger *verschied. Nachrichten üb. d.* 1770. *herrschen-*

Cellae[48]). Nec *Rossiae* morbus cerealis pepercit. Notiones de eo continent *acta Caesareae Societatis Oeconomicae Petropolitanae*[49]) et *Systema universae agriculturae*[50]). Praesertim observatus est in provinciis meridionalibus hujus Imperii, maxime in Guberniis *Kiow* a. 1785, 86, 87[51]), *Minsk*, *Podolia*, *Ucrania*, *Volhynia*, *Ecaterinoslaw* a. 1804[52]) et *Wiatka* a. 1819[53]). Praeter

de Epidemie im Fuldaischen. Nachricht v. d. Kriebelkrankh., welche im Herzogth. Lüneburg 1770 *u.* 1771 *grassirt u. wie selb. geheilt word. Zelle* 1771. Roeddeer *Abh. v. d. in Teutschland hin u. wieder grassirend. Seuche, d. Kriebelkrankh. genannt.* 1772. Schleger. pr. obs. circa huj. temp. et loci epidemias. Cassel. 1772. *Ejusdem* De epid. antea acuta, nunc chronica. Cassel. 1773.

47) *Vetensk. Acad. Handl. för* 1771. Rothe *Berichte u. Bedenk. d. Kriebelkrankh. betreff. Kopenh.* 1772. (Collectio Rothe continet observationes, Hensleri, Segebergi, Conradi, Hermanni etc.) Cfr. Tode *med. chir. Bibl.* 1. *B.* 1. *St.* p. 32. et p. 150.

48) Joh. Taube *d. Gesch. d. Kriebelkrankh. Götting.* 1782.

49) Труды еженедѣльные Императорскаго вольнаго Экономическаго Общества No. 3, 5, 17, 62.

50) Полная система сельскаго хозяйства.

51) Описанїе о черныхъ рожкахъ причиняющихъ корчи и помертвѣнїе членовъ. Сочиненїе Надворнаго Сов. и Шт. Лѣкаря Стефановича-Донцова (*(Stefanowicz-Doncow*) Перепечатано 1811. Года въ С. Петербургѣ.

52) Excerptio ex actis Consilii medici Petropolitani, pe-

ter auctores, qui memoratas epidemias descripserunt, de doctrina morbi cerealis bene meruerunt non solum inter medicos sed et inter physicos agricultoresque CAMERARIUS [54]), DUHAMEL [55]), SALERNE [56]), MOELLER [57]), TILLET [58]), BLOM [59]), LUDOLF [60]), BAKER [61]), FONTANA [62]), FRENZ [63]), VETILLARD [64]), VOGEL [65]), FOKENS [66]), BEGUI-

LET

nes Ministerium Instructionis publicae constituti, Jussu Administri Serenissimi Principis GOLICYN mecum humillime id expetente communicata. Et alterius Consilii med. Petropol. penes Ministerium politiae locati, hac in re excerptiones possideo.

53) Ibidem.

54) De ustilagine frumenti. Tub. 1709.

55) *Mém. de l'acad. R. des sciences an.* 1748.

56) *Mém. de l'acad. R. des sc. à Paris* 1748. p. 528.

57) Conjectura de causs. secal. cornuti v. *Oecon. phys. Abh. v. Jacobi. Leipz.* 1751.

58) *Diss. sur la cause, qui corrompt et noircit les grains du bled dans les épis et les moy. de prevenir les accidens.* 1755.

59) Diss. de affectu spasmod. vago maligno. Erf. 1756.

60) Diss. sistens casum novi mali spasmod. convuls. Erf. 1727. *Ejusd.* de adfectu spasmod. vago, maligno, epidem., vernac. *Grübelkrankh. Erf.* 1786.

61) *Phil. Transact.* 1764.

62) *Osserv. sopra la rugg. del grano. Lucca* 1767. *Journ. de phys. T.* 7. p. 42. Et: *Saggio sopra il falso ergot e tremella. Fiorenze* 1755.

63) *Nachricht vom brandigen Weizen. Bamb.* 1768.

64) *Mém. sur une espèce de poison connu sous le nom d'Ergot. Journ.* 1770.

LET [67]), BOUEIX [68]), MODES [69]), SCHLEGER [70]), NEBEL [71]), ESCHENBACH [72]), LEIDENFROST [73]), WICHMANN [74]), BRAWE [75]), SANGIORGIO [76]), MARCARD [77]), LENTIN [78]), TISSOT [79]), SAILLANT [80]), ROFF-

65) *Schutzschr. f. d. Mutterkorn als e. angebl. Ursache der Kriebelkrankh. Gött.* 1771.

66) *Versuche und Beobachtungen in der so genannten Krübelsucht. Zelle* 1771.

67) *Diss. sur l'ergot ou blé cornu. Dijon* 1771.

68) *Mém. s. la nature et les effets du seigle ergoté p. serv. de refutat. au mém. de* SCHLEGER. *Paris* 1771.

69) *Phys. chem. Untersuch. d. Mutterkorns.* 1771. *Fortsetz. sein. chem. Nebenstund. Petersb.* 1768.

70) Progr. sistens clavos secalinos perperam venenum nominari. Cassel. 1771.

71) Diss. de secale corn. ejusq. nox. Giess. 1771. Progr. quo diss. temerar. SCHLEGERI vind. Giess. 1772.

72) *Bedenk. v. d. Schädlichk. d. Mutterkorns. Rostock* 1771.

73) Diss. de morbo convulsivo epidemico Germanorum, caritatis annonae comite. Duisb. 1771.

74) *Beytr. z. Gesch. d. Kriebelkrankh. Leipz.* 1771.

75) *Beyträge zur Geschichte und Kur der Kriebelkrankheit im Jahr* 1771. *Brem.* 1772.

76) *Dissertazione sopra la gramigna che nella Lombardia infesta le segale. Milano* 1772.

77) *Von einer der Kriebelkrankheit ähnlichen Krampfsucht, die in Stade beobachtet ist. Hamb.* 1773.

78) *Beob. ein. Krankh. Gött.* 1774. p. 1—80.

79) *Oeuvres. Edit. Lausanne T.* 13. *Art.* 13. *Des maladies produites par le seigle ergoté.*

80) Edinb. Comment. Vol. IX. p. 161.

ROFFREDI [81]), TESSIER [82]), RYAN [83]), ROUGIER DE LA BERGERIE [84]), ROESSIG [85]), SCHROETER [86]), MOSCATI [87]), KIRCHEISEN [88]), RENAULDIN [89]), KJELLMANN [90]), LECOMTE [91]), WILDENOW [92]), OLLENROTH [93]) et WESENER [94]).

§. XXXVIII.

81) *Suite d'observations sur le rachitisme du blé, sur les anguilles de la colle de farine, et sur le grain charbonné.* v. *Journ. de phys. p.* ROSIER. *Paris* 1775. *T.* 5. p. 197. et *T.* 7. p. 369.

82) *Traité des mal. des grains. Paris* 1783.

83) De Raphania. Edinb. 1784.

84) *D'une maladie du seigle* v. *la decade philosophique, septième année deuxième trimestre.* p. 261.

85) *Abhandlung über das Mutterkorn, dessen Entstehung* etc. *Leipz.* 1786.

86) *Bemerk. üb. d. Mutterkorn, u. was dabey in Absicht d. Gesundh. zu beobacht. ist. Rinteln* 1792.

87) *Nuovo giorn. di Milano. T.* 9. WEIGEL *Ital. Bibl.* 3. *B.* 2. *St.* p. 28. *Ueb. e. convulsiv. Krankh. im Waisenh. zu Mailand. Wien* 1796.

88) *Beob. üb. d. Mutterkorn u. dess. Entsteh. Altenburg* 1800.

89) *Dict. d. scienc. médicales. T.* 13. *Art. Ergot* p. 162. *Ergotisme.* p. 166.

90) *Svenska Läkare - Sellskapets Handlingar.* 2. *Vol.* 1815. *Stockholm.*

91) *Gazette de santé p.* MR. MONTÈGRE. *Paris* 4817. *Avril.*

92) *Grundriss zur Kräuterkunde. N.* 474.

93) HUFELAND *Journ.* 1817. *Novemb.* p. 96.

94) Ibidem p. 68.

§. XXXVIII.

Symptomata. Autopsia cadaverum.

1. Morbus cerealis *duabus sub formis* obvenire solet, quarum altera chronica, *convulsiones*, altera acuta, *gangraenam* exhibet. Generatim.

2. *Morbus cerealis convulsivus* ingruere solet dolore spinae dorsi [95]), lassitudine et *sensu reptatus formicarum* super cutim atque alio ac si membra a se invicem distraherentur, quin immo ac si lacerarentur. Urgent praeterea *dolores atroces* diros exprimentes ejulatus. Aeger pavoribus e somno excitatur. Accedunt subsultus tendinum ipsaeque *convulsiones*, quibus membra aut veluti in chorea Sti Viti miro modo agitantur, aut veluti in opisthotono rigent [96]). Pulsus interea naturalis et febris nulla, nisi aestus intestinus, algor dorsi, temulentia capitis, cum siti extingui nescia, et sudores pro febris indiciis habeantur. Dum aeger laborat, maxime dum prandit, repente angores, pectoris oppressionem, animi deliquia, persentit, et quandoque apoplecticorum more humi procumbit. Expergefactus capitis dolorem queritur immanem et cardialgiam. Cum paullo magis ad se redit, *fame insatiabili* adfici, omniaque sine discrimine vorare solet et nisi cibum manibus ori adferre potest, illum animalium instar Forma prima.

95) Stefanowicz-Doncow l. c.

96) Srine l. c.

instar ore arripere tentat. Subsequitur in multis vomitus, quo pituitae tenacis copia, et aliquando vermes (trichocephali) [97]), rejiciuntur, parum plerumque levaminis afferens. Accessus per circuitus tertianarios, vel sine ordine recurrunt. Dum remittunt, superest in membris languor summus, stupor, resolutio, vel contractio ea, ut solis digitis pedum incedere cogantur. Musculi pollicis tabescunt [98]). Animi desponsio, fatuitas, loquela balbutiens, spuma cruenta coram ore, maxillae inferioris motus et deglutitio impedita [99]), vox debilis, facies livida collapsa, quasi arida, pupilla dilatata. Accessus dein crebriores post aliquot hebdomadas [100]) diarrhoeas, nervorum resolutiones [1]), anthraces, bullas [2]), bubones et ecchymomata [3]) inducunt, quibus mors accelеratur. Super haec in longum protrahitur morbus, dum in epilepsiam abit pertinacissimam aut fatuitatem, in suffusionem etiam lentis, diplopiam [4]) et membrorum singulorum resolutionem.

3. *Mor-*

97) Sprengel Inst. med. Amstel. 1814. Vol. 4. §. 538. 539.

98) Lentin l. c.

99) Stefanowicz-Doncow l. c.

100) A hebdomadibus 4. 8 ad 12. Srinc, Burghard l. c.

1) Paralysis extremitatum erat frequens in epidemia Kiowiensi a. 1785 et 86. Stefanowicz-Doncow l. c.

2) Horst l. c. p. 32.

3) Srine l. c.

4) Ibidem.

3. *Morbus cerealis gangraenosus* capitis et ventriculi doloribus atque temulentia orditur; post aliquot dies utplurimum [5]) febris accenditur, cum aestu intestino validissimo, *formicarum reptantium*, languorisque in membris sensu et sudore. Extremitates pallidae, lividae, cutique veluti macerata [6]) instructae, frigore marmoreo tentantur, ad motum impares evadunt, ac summopere, inprimis accedente lecti calore, dolent. Sequitur anaesthesia membrorum et tandem *gangraena*, quandoque ichorem foedum fundens, longe saepius sicca. Hoc ultimo in casu sphacelus circumscriptus est, ac membrorum partem sejungit: primum enim caro ab ossibus [7]), dein digiti, tandem majores articuli; postremo membra a trunco [8]), sine ulla sanguinis profusione secedunt. Curriculum morbi plerumque est trium hebdomadum. Forma secunda.

4. Cadavera ex morbo cereali demortuorum citissime putrefiunt [9]), exhibentque serum circa occiput et medullam spinalem [10]), sanguinem in cavitate pectoris extravasatum, cor flaccidum cum ventriculis suis cruore vacuis, arterias et venas, Autopsia cadaverum.

O 2 fluido

5) Desiderabatur febris in epidemia a Langio descripta. l. c.

6) Lang l. c.

7) *Hist. de l'acad. des sciences.* 1709.

8) Duhamel, Salerne l. c.

9) Gruner l. c.

10) Lentin l. c. p. 49.

fluido bili simili repletas, hepar et lienem maculis gangraenosis notatum [11]), et generatim viscera, apice cordis non excepto, inflammatione erysipelacea correpta [12]).

§. XXXIX.

Caussae.

C. praedisponentes.

1. Morbus cerealis inter rusticos egenos obvenit. Regiones paludosae [13]) illi inprimis favent. Mares plus quam feminae patiuntur [14]), maxime infantes tempore plenilunii [15]).

C. excitantes.

2. Priusquam vera, et in definitione [16]) jam indicata, morbi cerealis caussa innotuerat; quaerebatur ea in tempestate nebulosa [17]), in depravatione aeris [18]), in contagio [19]), in rei frumentariae inopia [20]), in pane male cocto et impuro [21]), in melligine [22]), in ustilagine [23]), in raphano raphani-

11) Renauldin l. c. p. 168.

12) A Bergen l. c.

13) Ramazini Constitut. ann. 1692. Cap. 6.

14) Salerne l. c.

15) A Berger l. c. Cfr. Haller's *Samml. acad. Streitschr. d. Geschicht. u. Heilung d. Krankh. betreff.* Ed. Crell. *Helmst.* 1799. 1. *B.* p. 89.

16) §. XXXVII. 1.

17) Waldschmid l. c.

18) Kannengiesser l. c.

19) Gruner l. c.

20) Eschenbach, Leidenfrost, Moscati.

21) Horst l. c. p. 21. 22.

22) Longolius, Bergen, Lentin (et iste saltem utpote

phanistro [24]) et in lolio temulento [25]). Contenderant quidem nonnulli [26]), *secale cornutum* [27]) nisi plane innocuum, saltem ad tantum malum producendum impar esse; at vero experimenta in animalibus capta [28]) et sedula inquisitio rerum positionum, sub quibus morbus cerealis evolvitur, contrarium prorsus demonstrarunt. Caeterum fateri oportet, tempestatem nebulosam frigidam [29]), et rorem mellitum, (quatenus scilicet ad gignendum

a melligine secale cornutum a scarabeo solstitiali laesum, irrorante).

23) Camerarius, Tillet ll. cc.

24) Linnaeus l. c.

25) Kircheisen l. c. Mojon et Silvano in *memoria della soc. di med. emulazione di Genova. T. I.* 1801. (non invenitur lolium temulentum in secali sed in hordeo).

26) Schleger, R. A. Vogel, Linnaeus, Leidenfrost, Eschenbach, Moscati, Model et Parmentier (*addit. aux récreat. chim. de* Model).

27) *Syn.* Calcar, clavus secalinus, secalis mater, secale luxurians. Germ. *das Mutterkorn* (num ex actione illius specifica in uterum, vulgo *die Mutter*, forte jam antiquitati nota?) *Kornzapfen*, *Wolfszähne*. Gall. *Ergot*, *seigle ergoté*. Pol. *Spory'z*, *snieć*, *mącznica*. Ross. черные рожки.

28) Thuillier *Journ. des savans p. l'année* 1676. Salerne. Read. Fessier l. c. Cfr. Renauldin l. c. p. 175.

29) An. 1785. in *Rossia* quam *rubram* vocant, aestas admodum humida nebulosa et frigida fuit, unde messis non prius quam mense Septembri colligi potuerat, secale cornuto abundans. (Stefanowicz-Doncow l. c.)

dum secale cornutum contribuunt) ac inopiam rei frumentariae (ut omnium aegritudinum popularium fomitem) ad producendum morbum cerealem, indirecte concurrere. Praeterea vis secalis cornuti tanta non est, ut pauca illius dosis semel bisve exhibita, illico effectus veneficos exserere possit. Postremo creditur secale cornutum qualitatem veneficam temporis tractu amittere, unde explicatur, cur epidemia morbi cerealis brevi post messem furens, sub usu ejusdem panis contaminati remittat dein et evanescat. Huic caeterum opinioni facta nonnulla contradicunt [30]).

C. proxima.

3. Quo pacto secale cornutum morbum cerealem producat, determinare non audemus. Interim si cardialgiam, temulentiam, formicationem, neuralgias, convulsiones, paralysin et gangraenam, quibus stipatur, perpendamus, apparet, venenum, de quo agitur, primum plexus nervorum abdominalium, dein cerebrum, tandem medullam spinalem, et postremo nervos singulos extremitatum aggredi fontemque principii vitalis, praesertim in locis a corde dissitis, destruere.

§. XL.

30) Stefanowicz-Doncow (l. c.) refert, rusticos Gubernii *Kiow*, cum etiam putaverint, frumentum secale cornuto inquinatum, tractu temporis innocuum reddi, fame pressi, illud comederunt, quo facto omnes morbo cereali eoque vehementissimo correpti sunt.

§. XL.

Diagnosis. Prognosis.

1. Cum nemo *diagnosin morbi cerealis* sine penitiore notione secalis cornuti et farinae illud continentis instituere possit, primum doctrinam tales notiones suppeditantem exponemus. Rationes dein, cur duas aegritudinum sat diversas formas nihilominus ad unum eundemque morbum revocamus, examini subjicientur. Quo facto, aegritudines, quae cum morbo cereali confundi possunt, ad trutinam vocabuntur. Animadversiones circa similitudinem morbi cerealis cum affectionibus leprosis paragrapho finem imponent. Generatim.

2. Est *secale cornutum* productio vegetabilis morbosa super spicas, praeprimis secalis, sub forma calcaris vel cornu obveniens. Optima illius descriptio Tessierio [31]) debetur. En epitomen: secale cornutum longitudinem decem vel duodecim linearum adaequat. Extremitates corpore tenuiores, nunc obtusae, nunc acuminatae, cernuntur. Lineae longitudinales, ab una ad alteram extremitatem decurrentes, illi plerumque formam angularem impertiunt. Color, neutiquam, ut vulgo dicitur, niger, sed violaceus, cum punctis nonnullis albis. Cortex violaceus, substantiam candidam, cui tenaciter adhaeret, cooperit. Grana secalis cornuti facile et cum frago- Secalis cornuti notio.

31) l. c.

fragore, veluti amygdalae siccae, rumpuntur. Recentia odorem spirant ingratum, atque linguae saporem acrem imprimunt. Non ita exsiccata. Exsiccantur vero facile a contactu aeris, et levissima tunc fiunt. Secale cornutum, si voluminosum, secalis spicam, cujus grana bonae indolis manent, solitarium occupat. Contra vero spicae, quae secalia cornuta minus voluminosa exhibent, eorum plurima e. c. quatuor, decem, duodecim, quin immo viginti portant, granis secalinis plus minus corruptis. Nunquam tota spica, e secale cornuto conflata, visa est. Genesis secalis cornuti a Schmiedero neutiquam constitutioni atmosphaerae humidae, sed potius substantiae melleae viscosae, quae cum rore in grana secalina penetrat ibique fermentationis genus excitat, adscribitur. Tessier et Wildenow solum macrum humidumque, inprimis accidentibus pluviis, et Tillet, vermes accusant, cui opinioni et Roffredi, Fontana, atque Abilgaard favent [32]. Quomodocunque res se habeat, *secale cornutum* probe a *carbone* (charbon) et a *carie* (carie), utpote a morbis granorum ab illo plane diversis distin-

32) Asserunt secale cornutum vibriones (animalcula infusoria) continere, quales in aceto et glutine occurrunt. Reviviscere ea animalcula semel emortua, Itali statuerunt, unde in panificiis quoque, licet fornacis aestu necata, vitam recuperare posse, existimant (!). Hanc opinionem et Crome rejicit (*Handb. d. Naturgesch. f. Landwirthe. Hannov.* 1810. 1. *B. N.* 538.).

distingui debet. Est enim *carbo*, ulcus malignum, a quo grana spicae quotquot sunt, eroduntur et destruuntur, atque una cum involucro in pollinem nigrum reducuntur. In *carie* grana pelle alba obducta sunt, quae pellis pulpam, serius in pulverem nigrum desinentem, includit. Carbo et caries in frumento hordeo et avenae, nunquam autem in secale, evolvuntur. Farina conspicuam copiam secalis cornuti continens, colorem flavescentem, odorem ingratum saporemque acrem empyreumaticum habet et ab animalibus domesticis aversatur, muscas necat [33]) et aqua remixta in glutinem tenacem abit, cuticulaque subtili, colores varios exhibente, cooperitur. Pasta ex farina secale cornutum continente parata, vix caloris ope elevatur. Panis calide comestus maxime nocet [34]). Utrum teste Wildenow duae species secalis cornuti admittendae sint, quarum una *benigna* (pallida, intus albida, farinacea, absque odore et sapore), altera *maligna* (obscura, foetida et acris) expertissimis determinandum derelinquimus.

3. Sauvagesius non solum morbum cerealem *convulsivum* (praecipue in Germania observatum) a *gangraenoso* [35]) (potissimum in Gallia et in Hel- De formis morbi cerealis.

33) Tode l. c. p. 156.

34) Collegium medicum Petropolitanum penes Ministerium Politiae.

35) Necrosis ustilaginea. Nosol. method. Vol. V. Class. X. Gen. XXXIX. Sp. I. Amstel. 1765. p. 547.

Helvetia obveniente) distinxit, sed convulsivum in *duas* iterum *species* 36) divisit. Secuti sunt SAILLANT 37) et MARCARD 38). Contra vero ZIMMERMANN 39), TISSOT 40), et RENAULDIN 41) cunctas illas formas ad unum eundemque morbum revocarunt. Et omni sane jure; constat enim, e secalis cornuti parva dosi, morbum cerealem *convulsivum*, — ex magna *gangraenosum* oriri. Symptomata *utrique formae* communia, ac morbi cerealis fere gentilitia sunt, *formicatio*, *neuralgiae* et *anaesthesia*; accidentalia magis, *fames morbosa* et *vermium proventus*.

Facilis confusio. 4. Prout morbus cerealis vel *convulsionibus* vel *gangraenâ* stipatur, variis cum morbis confundi posset, primo scilicet in casu cum *chorea Sti Viti*, cum qua similitudinem alit 42), altero, cum *gangraena sicca senili extremitatum inferiorum*, quam POTTI vocant 43), ne dicamus de illa a gelu,

36) Convulsio Suecana, et convulsio a rubigine (l. c. T. II. P. II. Cl. IV. Gen. XII. sp. 7. 8. p. 48. 49.).

37) l. c.

38) l. c.

39) *Von der Erfahrung*. 4. *B*. p. 413.

40) l. c.

41) l. c. p. 167.

42) WICHMANN l. c.

43) *Chirurg. Werke*. 2. *B*. p. 538. Cfr. MICHAELIS in RICHTER'S *chir. Bibl.* 5. *B*. p. 116. KIRKLAND *Thoughts on amputat. Lond.* 1780. p. 112. JEANROI *Recueil de la Soc. R. de méd. de Paris* 1782. (Existimarem tamen gangraenam a JEANROI descriptam non

gelu, utpote nota caussâ, per se obvia, et de *igne Sti Antonii*, specie erysipelatis maligni 44). Vix morbum cerealem inter et *colicam saturninam* ab aliis animadversam 45) similitudinem invenimus, Forte BERIBERI huc 46) spectat.

M. c. a gangraena senili.

5. *Gangraena senilis.*	*M. cerealis gangraenosus.*
1. Morbus laute viventium.	1. Morbus vitam egenam ducentium.
2. Senes maxime aggreditur.	2. Omni aetati communis.
3. Maribus praecipue infensa.	3. Utrumque sexum invadit.
4. Excepto cruris stupore, sine prodromis, hominem caeterum valentem, afficit.	4. Ultimum morbi terribilis sistit stadium.
5. Proserpit malum, epidermide in loco affecto secedente, at sine lapsu articulorum.	5. Secedunt digiti etc.

M. cerealis similitudo cum lepra.

6. Si *formicatio*, *neuralgiae* et *anaesthesia*, pro symptomatibus gentilitiis morbi cerealis habean-

plane cum illa POTTI convenire ac magis ad SAUVAGESII *necrosin a viru* (scorbutico scilicet) accedere).

44) *Feu de St. Antoine*, *mal des Ardennes*. Cfr. P. I. Vol. II. Cap. VI. §. XXVIII. N. 9.

45) TODE, WICHMANN l. c.

46) Cap. XII. §. LX. 12.

beantur; quisne *similitudinem* illius cum *morbis leprosis* iisdem fere symptomatibus insignitis [47]) non animadvertat? Similitudo ista maxime morbum cerealem *gangraenosum*, utpote *lapsu membrorum* [48]), noto leprae symptomate, stipatum, respicit. Fames morbosa [49]) et tabes musculorum pollicis [50]) in utroque morbo obveniunt.

Prognosis. 7. Quam periculosus sit morbus cerealis, ipsa illius descriptio docet. Maximus morbi gradus, qualis in *Sologne* observatur, ex centum viginti aegrotantibus vix quinque sanari concedit. Inter quingentos aegros tercenti infantes periere [51]).

47) P. I. Vol. II. Cap. XXXIV. §. CXXXV. 1. — Cap. XXXVI. 1. §. CXLVI. Hensler op. c. p. 403. ait: „*Dieser Zufall* (formicatio), *der so sehr eine merkliche Behaftung der Hautnerven anzeigt, und der in der berufnen traurigen Kriebelkrankheit eben so eine arge Behaftung des ganzen Nervensystems nach sich zieht, verdient es, dass die folgenden Wahrnehmer der Spur der Abendländer nachgehen. Selbst beim Examen der Aussätzigen kömmt es in Frage.*"

48) „Et cadunt juncturae membrorum (Janus Damascenus in therapeut. meth. L. II. Basil. 1545. De lepra. c. 15.).

49) „In (lepra) leonina tantus est appetitus, voracitas et sitis, quod vix aptissima reperitur medecina, ut nec potu *nec cibo saturari possint* et non raro apparet, *eorum appetitum superexcedere caninum*" (Montagnana in Consiliis. Lugd. 1525. Cons. 299.).

50) Carnositas, quae est inter pollicem et indicem, consumitur (Lanfrancus in arte compl. chir. p. 207.).

re [51]). Verum et qui effugiunt, per totum vitae curriculum, praesertim mensibus Januarii et Februarii, plus minus pati solent [52]). Contra spontaneus membrorum secessus longaevitati, relicto quandoque solo trunco, non semper obstat [53]). Epilepsia et fatuitas ex morbo cereali evolutae, omnibus artis conaminibus resistunt [54]). Saluti fuerunt vomitus, quo vermes ejicerentur, exanthemata scabiem referentia, abscessus, ptyalismus [55]), torpor digitorum [56]). Morbus diuturnior in feminis est, atque cum peculiari ferocia ante menstruorum periodum saevit [57]).

§. XLI.

C u r a.

1. Agri secalis cultura dicati potissimum in regionibus aliunde evolutioni secalis cornuti faven- Prophylaxis.

51) Srine. „In pago *Euminka* et *Odincy* (Gubernii *Kiow*) numerus civium morbo cereali laborantium meaeque curae commissorum ad 143 ascendebat. Ex his a die decima Martii ad diem primam Jun. 1787., 5 spasmis interemti, 123 sanati et 15 ob gangraenam mutilati sunt." (Stefanowicz-Doncow l. c.)

52) *Medic. Marburgenses.*

53) Salerne l. c.

54) Horst l. c.

55) Taube l. c.

56) Lentin l. c. p. 76.

57) Quod vim specificam, quam secale cornutum super uterum (forte indirecte per actionem in medullam spinalem) exserit, comprobare videtur. V. Prescot in

ventibus, et pluviis multis messi praeeuntibus, peculiarem Regiminis attentionem, praecipue ne messis frumenti immaturi locum obtineat [58]), exposcunt; quae attentio si collibus veneariis et vindemiae consecrari potest, cur non agris et messi frugum? [59]). Populus ad leges congruas accipiendas parandus est, illum de vi venefica secalis cornuti, et de modo hoc venenum cognoscendi instruendo, quod efficitur per Parochos, Praefectos, medicos, non neglectis instructionibus calendariis inserendis [60]). Sciant rustici, fruges a secale cornuto selectione, cribellando, lavando, maxime autem ventilando et torrefaciendo purificari. Prohibeatur molitoribus, ne fruges secale cornuto contaminatas commolant, ac refractarii poena pecuniaria mulctentur [61]). Periti hinc molendinas et mercatus frumenti visitent [62]). Caeterum

Phys. and med. Journ. publ. by Fothergill *and* Want. *Lond.* 1814. *April.*

58) Borysthenidae frumentum cum secale cornuto viride adhuc mens. Jul. et Aug. 1785. in usum ducentes, in terribile malum inciderunt (Stefanowicz-Doncow l. c.).

59) I. P. Frank *Syst. e. vollst. med. Polizey.* 3. *B.* 1. *Abth.* 3. *Abschn.* Krünitz *Encycl.* 3. *B.* p. 356.

60) Exemplo esto: *Donaueschinger Kalender f. d. Jahr* 1813. egregium prophylaxeos morbi cerealis tractatum continens.

61) Lex Badensis an. 1812. v. Kopp. *Jahrbuch der Staatsarzneykunde.* 7. *B.* p. 274.

62) Lex Erfurtensis an. 1808. v. Kopp. l. c. 2. *B.* p. 351.

terum frumentum secale cornuto contaminatum tuto ad crematum destillandum adhiberi potest, cujus tamen (verisimiliter ob principii saccharini defectum) haud conspicuam copiam largiri solet [63].

2. Cum morbum cerealem neque observandi neque curandi nobis unquam sese obtulerit opportunitas; aliorum tantum experientiam in medium afferre possumus. Confirmat ea in primo morbi limine usum *emeticorum*, praecipue radicis *cephaelidis ipecacuanhae* [64] cum *tartrate stibii et potassae* [65] quorum major solita requiritur dosis [66], quibusque superbibitur oleum aut butyrum cum potu calido [67]. Sub ipso spasmorum insultu tutius ab emeticis abstinetur [68]. *Purgantia* laudantur quidem [69], at maxime, praesentibus vermibus, *anthelminthicis* juncta [70]. Si faeces acidum spirent et viridescant, *sapo* [71] commendatur. Alvus *clysteribus* aperta tenetur [72]. Therapia.

Potui

63) Consilium medicum Petropolitanum penes Ministerium Politiae.

64) Lang, Buddaeus, Bergen, Herrmann.

65) Read l. c.

66) Ad quadraginta grana requirebatur (consilium medicum Petropolitanum penes Minist. Pol.).

67) Hensler *Anzeige der hauptsächlichsten Rettungsmittel. Alton.* 1770. p. 117.

68) Stefanowicz-Dongow l. c.

69) A *medicis Marburgensibus* l. c.

70) Taube l. c. *Calomel* a Hermanno adhibebatur l. c.

71) Lentin l. c.

72) Read l. c.

Potui oxymel cum aqua, addita parva *tartari emetici* dosi [73]), inservit. *Cibi* sunto facilis digestionis et nutrientes. *Venaesectio* generatim morbo non quadrat [74]). Interea si aeger fuerit floridus, pulsus plenus et durus, sensorium commune vehementer affectum, et dolores stabiles; sanguis e vena eo securius, quo recentior morbus, educitur [75]). Indicatione dubia saltem ad *cucurbitulas scarificantes* confugiendum [76]). Refert porro *transpirationi* [77]) studere; *acetum camphoratum* hoc sub respectu maxime se commendavit [78]). Virium lapsui radices *aristolochiae serpentariae* [79]), *inulae helenii* [80]), *acori calami* [81]), *valerianae officinalis* [82]), *castoreum* [83]), *oleum cajeput* [84]), *liquor anodynus mineralis* Hoffmani [85]) et similia [86]) opponi solent. *Opium* a paucis ad sum-

73) *Idem* ibidem.

74) Hensler l. c.

75) Read l. c.

76) Herrmann l. c. (illico levamen attulerunt).

77) *Medici Marburgenses.* Lang l. c.

78) Taube l. c. Aliud diaphoreticum apud Rothe (l. c.) commendatur ex roob sambuci, camphorae granis quatuor, cerevisia calida et butyro.

79) Taube l. c.

80) Consil. med. Petropolitanum penes minist. Politiae.

81) Idem consilium.

82) Hensler l. c. (etiam qua anthelminthicum).

83) Bergen, Taube l. c.

84) Lentin l. c.

85) A Berger l. c.

86) Celebrabantur quondam, ut specifica, *electuarium*

summos dolores sedandos laudatur [87]. Si ex analogia cum gangraena sicca *senili Pottii* concludere liceret; multum a laudano, inprimis *moscho* aut *alcali volatili* nupto, adversus gangraenam extremitatum expectandum foret. Nec defuerunt, qui purum *moschum* laudarent [88]), cujus caeterum administratio in pauperibus rusticis vix locum invenire potuerat. Idem de *cinchona* valet, encomiis non destituta [89]). Opponuntur praeterea membrorum torpori, — *vesicatorium* [90]), *frictiones cum alcohol camphorato* [91]); spasmis, con-
[illegible] vulsi-

quoddam (*Kriebel-Latwerg*) ex castoreo, croco, zyngibere, cumino, caryophyllis et drasticis; — item *theriacae* species (*Kriebel-Theriac*), ex paeonia, castoreo, cranio humano usto, theriaca et mithridate, — itemque *pulvis* quidam (*Kriebel-Pulver*) ex foliis lauri, carduo benedicto, radice inulae Helenii, v. Horst l. c. p. 34. 38. 43. 66. 67.

87) Praemissis emeticis laudat Lecointe l. c.

88) Lang, Taube ll. cc.

89) Read l. c. En ejus formulam: R. Pulv. cort. peruv. ruditer contusi, salis ammoniaci ââ unciam semis. Coque c. s. q. aquae et infunde flor. chamomillae drachmas duas. Stent in digestione et colentur. D. S. Omnia quarta hora uncias quatuor capiat. (Consil. med. Petrop. penes Ministerium Politiae et Stefanowicz-Doncow l. c.) Tempore a spasmis libero cortex exhibetur, libentius sub forma pulv.).

90) Read l. c. (prope partem torpentem).

91) Consil. med. Petrop. penes Minist. Politiae.

vulsionibus et paralysi, — *electricitas* [92]) atque *balnea calida* [93]), inprimis *vapores* [94]); frigori, — *frictio cum panno laneo, oleo cajeput* [95]) et *fomentationes aromaticae calidae* [96]); gangraenae incipienti, — *solutio aluminis et salis culinaris* [97]), decoctum *corticis* sive *quercus roboris*, sive *tiliae europaeae* aut *infusum florum matricariae chamomillae* [98]); sphacelo, — *fotus spirituosus, pulveres aromatici, sulphas ferri* [99]). Omnes quibus membra gangraenosa resecta fuere, obierunt [100]). Alii tamen amputationem eo in casu, ubi ipsa natura partem gangraenosam a sana per line-

92) Sigaud la Fond. *De l'électricité médicale.* p. 472. Rothe l. c.

93) Rothe l. c.

94) Sub spasmorum accessu, ait Stefanowicz-Doncow, non parum levaminis affert balneum vaporis, later candens in vas ponitur, et acetum affunditur; vapori inde emergenti membra spasmis detenta exponuntur (l. c.).

95) Lentin l. c.

96) Read l. c.

97) Auxilium usitatissimum in provincia Sologne.

98) Consil. med. Petropol. penes Minist. Polit.

99) Read l. c. En formulam (!!!) R. Vitrioli martis drachmas tres. Salis culinaris unciam unam. Aluminis usti uncias quatuor. Ebul. c. aquae libris duabus ad remanentiam librae unius. D. S. pro usu externo.

100) Noël *mém. de l'académie royale de méd. à Paris. an.* 1710. Salerne l. c.

lineam separat, admittunt [1]). HENSLER [2]) suadet, ut ulcera diu aperta teneantur.

CAPUT IX.

De Tremore.

---

§. XLII.

Definitio. Literatura.

1. *Tremor* [3]) est oscillatio rapida, quâ membra continuâ vicissitudine per itus et reditus aequabili ratione in contrarium agitantur. Definitio.

2. De tremore scripserunt HARSCHER [4]), DIEMERBROECK [5]), RUROCK [6]), SCHELHAMMER [7]), NELTHARD [8]), VESTI [9]), HAMBERGER [10]), VAN DER BELEN Literatura.

P 2

1) READ. STEFANOWICZ-DONCOW ll. cc.
2) Apud ROTHE l. c.
3) A GR. Τρόμος, tremor, tromos SWEDIAUERI. GERM. *Zittern.* GALL. *tremblement.* ANGL. *Trembling.* POL. *Drzenie, Trzęsienie.* ROSS. Дрожанїе; трясенїе, трепетанїе.
4) Diss. de tremore. Helmst. 1619.
5) Diss. de trem. et paral. Traj. ad Rhen. 1652.
6) Diss. de tremore. Regiom. 1656.
7) Diss. de tremore. Jen. 1692.
8) Diss. de artuum tremore. Erf. 1703.
9) Diss. de tremore. Erf. 1714. Diss. aeger artuum tremore correptus. Erf. 1694.
10) Diss. de tremore. Jen. 1754.

BELEN [11]), EHMICKE [12]), FISCHER [13]) et BONTE [14]).

§. XLIII.

Symptomata. Caussae.

Symptomata.

1. *Tremor* nunc universum corpus [15]), nunc partem illius occupat, scilicet caput [16]), palpebras et labia [17]), brachia [18]), manus [19]), crura et pedes [20]), ne dicamus de partibus internis utpote lingua [21]) et corde [22]). Observatur nunc *continuus*

11) Diss. de tremore. v. Collect. Diss. Lovan.

12) Diss. de tremore symptomatico. Hal. 1776.

13) Diss. de tremore. Budae 1782.

14) Diss. de tremore. 1783.

15) PECHLIN L. II. obs. 32. Act. nat. Cur. Vol. IX. obs. 28. MATH. MORTON in Direct. med. pract. in massa p. 2. ep. 18. Plurima vidi exempla.

16) MARTIN in *mém. de l'ac. des sc. à Paris* 1741. QUELMALZ Pr. de musculorum capitis extensorum paralysi. Lips. 1754. BARTHOLINUS Hist. anat. cent. V. hist. 58.

17) HIPPOCRATES Progn. II. N. 24. AVICENNA Canon L. III. fen. 8. tract. I. C. 16. SCHENK obs. L. I. obs. 439. SWIETEN Commentar. T. III. p. 439.

18) RIEGLER Const. epid. Opp. N. 6. BANG in Act. S. R. Hafn. Vol. II. p. 153.

19) FORESTUS lib. X. obs. 99. MONTAGNANA Consil. N. 252. seq.

20) HOCHSTETTER Dec. IV. obs. 10.

21) Eph. nat. cur. Dec. I. ann. 6. 7. obs. 15.

22) P. II. Vol. II. Sect. 2.

nuus (saltem in vigilantibus), nunc *periodicus* [23]. Tremor maxime sub exercitio partis, caeterum voluntario motu non destitutae, observatur. Urget quoque sub conspectu hominum extraneorum. Cessat haud raro, si pars tremens sustentatur, alias contraea tunc invalescit. Tremore accuratius considerato, apparet, eum ex duplici motu componi, uno, quo attollitur vel attrahitur membrum, altero, quo deprimitur, iterumque retrahitur. Capitis quidem tremor, cum pars non sursum et deorsum, sed super axin in circulum moveatur, exceptionem constituere videtur, sed re ipsa non constituit, propterea quod ille tremor a musculorum rotantium alterutrius lateris imbecillitate, quâ antagonistae vim aequare nesciunt, pendet. Summus tremoris gradus concutiens est, ita ut potius *conquassationis* [24]) speciem referat.

2. *Caus-*

23) Salmuth cent. II. obs. 13. Tulpius L. I. c. 12. act. nat. c. Vol. II. obs. 143. *Journ. de méd.* T. I. p. 323. Ledelius (misc. nat. cur. Dec. II. an. 6. obs. 27. p. 81.) *tremorem artuum quotidianum* in ancilla 17. annorum plethorica observavit. Haec singulis diebus aliquoties sine discrimine artubus tremebat absque ullo succedente symptomate; tremor autem post tres, sex vel septem horas revertebatur, eodemque modo intermittebat, quo quidem tempore domesticos labores perficere potuit.

24) Vidua 40. annorum, a dimidio inde et quod excedit anno menstruo fluxu defecta, multis declaratae phthiseos pulmonalis symptomatibus oppressa, jam diu saevum spinae dolorem saepiusque intestini recti pruri-

Caussae. 2. *Caussis* tremoris adnumerantur: vitium congenitum [25]), violentiae externae [26]), defatigatio [27]), plethora [28]), suppressio menstruorum [29]), abusus liquorum fermentatorum [30]) et coffeae [31]), inedia,

tum et ardorem querebatur. Die 17. martii 1815. cum ex balneo vaporoso egressa frigus aestuante corpore contraxisset, cubitumque se contulisset, tam vehementer omnibus artubus contremuit, ut, ni adfines succurrissent, grabato excussa fuisset. Altera die tremor aliquantum se fregit, ut ipsa sine casus metu cubaret. In clinicum die 2. maii receptae lectoque commendatae capitis in utrumque latus conversio assidua, ut facies modo dextrorsum, modo sinistrosum, mento semicirculum describente, moveretur, artuumque modicus tremor fuit. Si vero de lecto surgeret et citatiore gradu incederet, confestim brachia per frequentissimos itus reditusque jam subsultare, jam concidere videres, ut fere volucrum alae, priusquam in altum subvolarint, trepidare solent. Interea manus contremiscere, pedes in utramque partem vacillare, capitis autem micatus mirabili visu, omnino se remittere. Sanguine cucurbitulis cruentis spinae admotis extracto, mox omnes turbae, expectatione citius, compositae fuere.

25) Fel. Plater obs. Lib. I.

26) Bouchier in *Journ. de méd. T. XII.* p. 20.

27) e. c. labores inconsuetos ac diuturnos manibus perficiendo, praesertim pugillatus.

28) Pelargus *med. Jahrgänge.* 5. *B.* p. 93.

29) Mercurialis. Consil. 80.

30) Schenk obs. med. rer. L. I. Gilibert adversar. pract. p. 265. et quotidiana experientia. unde Forestus dixerat (L. X. obs. 99.): hâc nullam causam tremoris

inedia, frigus 32), transpiratio suppressa, ira 33), terror 34), seminis retentio, libido 35), onania, morbi praegressi 36), scabies suppressa 37), venaesectio 38), senium 39), vermes 40), opium 41), nicotia-

crebriorem existere. Maxime vero vinum jeiuno stomacho epotatum tremorem inducit.

31) Baglivi. Cfr. Sauvages Nosol. meth. T. II. P. II. morb. class. IV. gen. XIV. spec. 4. Tremor ex coffea.

32) Primum frigus hyemale etiam optime valentes facit contremiscere; perpetuique ex eo tremoris exemplum legitur apud Hochstetter. Obs. Cent. IV. Cas. 16.

33) Pelargus op. c. 4. B. p. 207. Cfr. Vol. II. P. I. Sect. I. Cap. XX. §. LXXXVI. 1. (13.).

34) Eph. nat. cur. Dec. II. ann. 5. obs. 27. Bang l. c.

35) Abrahamson in Meckel's *N. Archiv.* 1. *B.* 3. *St. N.* 388.

36) e. c. febres suppressae (Commerc. lit. Norimb. 1732. p. 365. et *Edinburg. Versuche.* 2. *B. N.* 25.) convalescentia.

37) Lentin *Beyträge.* p. 104.

38) Tulpius Obs. L. I. C. 23. (Ex venaesectione tremorem pollicis et brachii in fabro ferrario se observasse testatur; — verisimiliter ex laesione nervorum). Bonnet Cent. II. obs. 45. (Similis observatio).

39) Lentinius miscell. Vol. II. p. 516.

40) Act. nat. cur. Vol. II. p. 143. IX. obs. 28. Bonet Sepul. T. I. p. 6. obs. 116. „In Marca Anconitana an. 1571. epidemia grassabatur, (*tremor vertiginosus*), cum cephalalgia quasi perterebrante, tremore convulsivo, vertigine per paroxysmos redeuntibus et intra paucos dies occidentibus. Nulla profuere remedia, inventum est in cerebro animal, vermiforme, ru-

cotiana [42]), et maxime vapores plumbi et mercurii [43]).

§. XLIV.

Diagnosis.

Distinctio. 1. Tremoris doctrinam solum tremorem quatenus morbum per se, et nequaquam ut aliorum morborum symptoma, respicere, non est cur moneamus. De *tremore* enim *symptomatico* jam abunde in tractatibus de febre intermittente [44]), typho-

brum, digito longius, ore acuto, collo piloso, vivum, latens in cerebri sinubus."

41) Grant in *the London medical Journal Vol. VI.* p. 1. v. *Abh. f. pr. Aerzte. II. B.* p. 73.

42) Qui in officinis, tabaco parando, operam navant, tremori subjici, aliquis me certiorem reddidit.

43) Salmuth. cent. III. obs. 39. Riedlin — Lin. med. 1695. p. 19. Welsch Dec. III. curat. I. Bonet in sepulchreto L. I. Sect. 14. obs. 17. et in eam annotationes, quae ut legantur sunt dignae. Act. nat. cur. Vol. V. obs. 446. Haen rat. med. P. III. p. 202. IV. p. 231. Mauduyt v. Fourcroy *méd. éclairée. T.* 3. Mérat in *Journ. de méd. continué.* 8. *Vol.* p. 391. *Beob. üb. d. schädl. Wirk. d. Quecksilberdünste und bes. das Zittern der Gliedmassen, welche mit jen. Metalle umgehende Arbeiter unterworf. sind. Vom Prof.* Prochaska *aus d. schriftl. Nachlass d. Dr.* Werboeck du Chateau, *ehemals Arzt in Prag.* v. *Med. Jahrbücher des K. K. Oester. Staates. Wien* 2. *B.* 1814.

44) P. I. Vol. I. §. XII. 2. Rigorem febrilem a tremore

typhode [45]) et gastrica [46]), nec non in illis de exanthematibus malignis [47]) ac praecipue de encephalitide tremefaciente [48]) quaestio fuit. Solum addemus, istis in morbis tremorem habitualem, e. c. potatorum, et senum, utpote *accidentalem*, probe ab illo, qui ex morbo ipso pullulat, distinguendum esse. Diagnosis *tremoris primarii* autopsia instituitur. Interea tremorem cum *chorea Sti Viti*, cum *paralysi imperfecta*, confusum fuisse, compertum habemus. A *palpitatione* pathologi tremorem distinguunt, quod in illa non totum membrum, sed unus aut alter musculus movetur [49]). *Subsultus tendinum* [50]) e contrario pro specie tremoris agnoscunt.

2. Ad *indolem* tremoris quod spectat, praeter caussas traumaticas, diathesis inflammatoria, rheumatica, arthritica, gastrica, atonica et nervea maxime in genesin illius influere solent; et quidem **Indoles.**

probe distinguit Sauvages l. c. quin ideo neget, eos societatem inire posse.

45) Ibidem §. XLIX. 1.

46) Ib. §. LX. 3. (quoad tremorem labii inferioris).

47) P. I. Vol. II. §. LXV. 4.

48) P. II. Vol. I. Sect. I. §. XIV. 6.

49) Krauss l. c. Thes. XXIV. Palpitatio singulorum musculorum, quandoque ex defatigatione in musculis inter articulos extremitatum tum superiorum tum inferiorum sitis obvenit. Obvenit hinc inde in hystericis etiam ad musculos abdominales, motum foetus simulans.

50) Sauvages l. c.

dem nunc cerebrum, nunc medullam spinalem, nunc singulos nervos, nunc universum systema nervosum, aggrediendo.

Tremor inflammatorius. 3. *Tremor ex diathesi inflammatoria* in primo morbi limine originis encephalicae esse solet; tardius enim et specus vertebralis in consensum trahitur [51]). Praeprimis is manus afficit, cum temulentia societatem init, ac ex immodico liquorum fermentatorum usu sobolescit. Alias suppressio menstruorum vel haemorrhoidum accusanda. Cognoscitur par faciem rubram et arteriarum plenitudinem. Ex tremore inflammatorio seu a plethora [52]), *tremor ab hydrocephalo* [53]) et *tremor paralyticus* [54]) auctorum proficisci videntur.

Tr. rheumaticus et arthriticus. 4. Tremor ex *diathesi rheumatica* et *arthritica* utplurimum originis spinalis (*rhachialgitis tremefaciens*) in extremitatibus inferioribus et trunco

51) „Guido Patinus in cadavere cujusdam Campani, qui insolito tremore fuerat correptus, cum febre, hoc extincto invenit in cerebro serum multum subviridescens, cujus pars in *medullam spinalem* dilapsa erat. Idem testatur Ignat. Thyermair; verum in vini potatoribus hoc fere tantum observatum est.“ Sauvages. Caeterum casus istiusmodi potius ad encephalitidem nostram tremefacientem spectant.

52) Hippocrates Lib. II. Epid. 214. de Stymargi ancilla.

53) Bonet l. c. obs. 7. 9.

54) Juncker Conspect. De tremore ab infarctu cerebri et medullae spinalis.

trunco non sine rhachialgiae notis et subsultibus tendinum sese manifestat.

Tremor gastricus.

5. Tremor ex *diathesi gastrica*, per Sauvagesii observationem constat [55]).

Tr. ex atonia.

6. Tremor ex inedia, onania, morbis praegressis et senio, plerumque ab *atonia* repetitur. Interea tremor iste saepe praeter atoniam alias etiam caussas socias agnoscit, vitia scilicet medullae spinalis, metastases ad varias systematis nervosi partes, et quoad senium forte tendinum musculorumque rigiditatem [56]). Nec silentio speciem tremoris ex *debilitate*, ut aiunt, *indirecta* praeteribimus, potatorum scilicet ad extremum perductorum, quique maxime jejuno ventriculo urget, ac sumto lauto pastu, cum liquoribus fermentatis, evanescit aut saltem imminuitur.

Tr. nerveus.

7. Tremores transitorii a terrore, ira, hysteria, et libidine, nec non a narcoticis excitati, utpote evidenter ex affectione primaria systematis nervosi orti, certe *nervei* dici queunt. Minori cum certi-

55) „Quadragenarius aestate praeteritâ, tremore universali correptus subito, sine febre cum linguae sorditie adivit me; praescripta phlebotomia, melius se habuit, sequenti die assumptis ipecacuanhae granis quindecim et mannae unciis tribus, ano et cato purgatus est, tertia die iterum phlebotomia, quartâ iterata catharsi, et sanatus est.“ l. c.

56) Sauvages l. c.

certitudine, at coacti, tremores metallurgorum huc revocamus, de quibus speciatim.

Tr. metallurgorum.

8. *Tremori metallurgorum* obnoxii sunt, vulgo qui in plumbi, hydrargyri, aliorumque metallorum fodinis habitant, nudo corpore laborant, vel etiam incaute se exponunt aëri frigido; post litus mercuriales aut diu tractato hydrargyro, ut chemici, speculorum et barometrorum confectores, et maxime aurifabri. Aegri hujusmodi adspectum exhibent luridum, colorem faciei subflavescentem, et albugineam lividam. Conqueruntur primum de capitis gravedine et obnubilatione, de aurium susurru, anorexia, debilitate, doloribus artuum obtusis, et gingivarum pruritu. Progrediente morbo oculi profunde in orbita jacent, virium jactura augetur, membra cruciatibus, praesertim nocturnis, et sensu gravitatis tentantur. Jam gingivae a dentibus flavis et vacillantibus secedunt et corrumpuntur, ac foedus ichor ex ore depluit. Motus, praesertim ascensus scalarum, ob crurum imbecillitatem, difficilis. Nonnulli in diarrhoeam colliquativam incidunt, vocem naturalem amittunt; balbutiunt, difficulter respirant, febricitant, et ungues lividos exhibent. Quibus symptomatibus vix non semper, *tremor extremitatum*, praecipue *manuum* adsociatur, quo aeger continuo ita concutitur, ut nil ori admoveri possit. Nisi occurratur, et capitis, et dorsi musculi, tremore corripiuntur, quo facto aeger neque pe-

dibus

dibus instare, neque sedere valet, ac nonnisi tempore somni, brevi fruitur quiete [57]. Qui ex plumbo tremorem contraxere, praeterea alvi constipationem, colicam, retractionem umbilici, pulsum lentum et durum, aliaque colicae saturninae symptomata exhibent.

§. XLV.

Prognosis. Cura.

1. Tremor in sanis haud raro notat instantem paralysin, in iis vero, quos paralysis tenet, redeuntem valetudinem [58]. In febribus acutis, tempore incrementi, tremor, capitis affectionem praesagit. Mortiferus habetur, ubi in febribus ardentibus post delirium incidit [59], quod saltem in encephalitide tremefaciente non semper confirmatur. Minus terrere debet tremor, qui parvus, recens, congenitus, senilis est. Semiotica.

2. Tremor inflammatorius recens, ut plurimum recta adhibita medela compescitur. Ita tremor rheumaticus et arthriticus. Secus autem si malum jam diu duraverit. Interea et hic quandoque vim illius saltem frangere potuimus. Tremor ex inedia si praeter debilitatem, *nulla alia adsit labes*, in junioribus facile abigitur. Tremor senilis et potatorum exhaustorum insanabilis. Quandoque tremorem rebellem et habitualem (eo ex Pr. tr. primarii.

57) Werboeck l. c.
58) Wedel in Theor. P. II. Sect. 4. §. 37.
59) Swieten. Comm. Aph. 741. Vol. II.

ex vaporibus mercurialibus non excepto) a morbo acuto e. c. febre typhode, superveniente fugatum vidimus [60]. Tremoris metallurgorum prognosis, a copia metalli corporis inhaerentis, ab aegri constitutione et aetate, maxime a facultate aut impotentia effectus nocivos metallorum fugiendi, pendet; generatim paralysis et atrophia timenda.

Prophylaxis tr. metallurgorum.

3. Facultas illa cum paucis opificibus concessa sit; quaeritur, quo pacto ipsi contra vim nocivam metallorum sese munire possint? Suadetur [61]), ut spongiâ figurae conicae aqua imbutâ, orificia narium et oris obturent, — ut balneis tepidis corporis superficiem bis terve mensis curriculo abluent, — ut labores non jejuno ventriculo, sed ingesto prius jentaculo pinguedinoso, oleoso aggrediantur, — utque officinae, quousque licet, ita construantur, ut afflatus aëris vapores nocivos a corpore removeat. Forte vapores sulphurici scopo prophylactico ab indicatis opificibus adhiberi deberent.

Cura tr. metallurgorum.

4. *Sulphur* saltem in curando tremore metallurgorum ad praecipua pharmaca spectat. Remoto enim aegro a laboribus infensis conciliatisque alimentis facilis digestionis, praemissoque pro re nata vel emetico vel purgante, ante cubitum scrupulus *pulveris sulphuris purissimi*, si lubet cum

60) Cfr. Tilleau in *Journ. de méd. T.* 49. p. 241.

61) Gosse *sur l'hygiène des professions insalubres.* v. *Biblioth. universelle.* 1817. *Janvier.*

cum aequali *nitratis potassae* [62]) dosi porrigitur, cui vasculum infusi *florum tiliae* aut alterius decocti diapnoici superbibitur. Suadentur porro decocta *radicis smilacis chinae*, *arctii lappae* et *acori calami*, non neglectis *thermis sulphureis*. Praeter ista maxime nobis profuit infusum *radicis inulae Helenii* optimum inter vegetabilia mercurii antidotum. Laudatur et *electricitas* [63]).

5. Quae quidem *electricitas* nobis solum in *tremoribus ex caussis traumaticis* profuit. In *inflammatorio tremore* primum auxilium *venae sectio* [64]) e pede, si firmari possit. Accedunt *hirudines* vel ad caput, vel ad vasa haemorrhoidalia. Quantum *cucurbitulae scarificantes* lateribus columnae vertebralis admotae nobis in *tremore rheumatico* profuerint, dictum est [65]). Jam dudum *cucurbitulae siccae* iisdem in locis celebrabantur [66]). *Tremorem arthriticum* inveteratum, praemissa eadem locali sanguinis evacuatione ope *extracti guajaci officinalis* temperavimus. In sene quodam

C. aliarum specierum tremoris.

62) Werboeck l. c. Fatetur, quod si aeger tela cerata involvatur, haec pulvere nigro cooperiatur.

63) Sigaud la Fond op. c. p. 216. Mauduyt l. c. Haen Rat. med. P. I. p. 188. II. C. 13. p. 202.

64) Hippocrates II. epid. Sect. 4. (salutarem venaesectionis effectum in Stymargi ancilla ex mensium suppressione tremore totius corporis laborante, expertus est).

65) §. XLIII. 2. in nota (24.).

66) Heurn. de capit. morb. C. 27. Forestus l. c.

quodam tremori ex ignota caussa orto infuso *herbae chenopodii ambrosioides* frenum injecimus. Morbo ex *inanitione et peculiari nervorum affectione* pullulante *salviae* [67], *cinchonae* [68], *moscho* [69], *opio* [70] aliisque hujus generis auxiliis [71] locus est. Nec *vesicatorium* prope partem affectam [72] negligendum. Suadentur praeterea *frictiones* cum pannis calentibus circa medullam spinalem et partes laborantes [73], item cum *spiritu formicarum*, *ammonia*, etc. [74]. Bibones, ut sensim sensimque a potu liquorum fermentatorum abstineant, oportet.

CAPUT

67) Ab omnibus auctoribus tanquam praecipuum auxilium commendatur.

68) TILLEAU l. c. BOUCHER *Journ. de méd. T.* 12. p. 23.

69) BANG in act. R. S. Hafn. Vol. II. p. 253.

70) THOMANN Annal. Wurceb. Vol. I. p. 46.

71) MARTINI *Ein Dutzend Beobachtungen. N.* 2.

72) MUYS *Praxis der Wundarzneykunst.* Dec. VII. obs. 3. (Digito trementi).

73) HEURN. l. c.

74) KRAUSS l. c. Thes. 37.

Caput X.
De chorea Sti Viti.

§. XLVI.
Definitio. Literatura.

1. Inobedientia musculorum, jam voluntatis imperio plus minus subtractorum, corporis vel partis ejusdem motu abnormi, potissimum contorsionibus, et jactationibus, gesticulationibus inanibus, ansam praebens, *chorea Sti Viti* 75) nuncupatur. Definitio.

2. Hippocrates 76) perspicuas jam choreae, Literatura.

a Ga-

75) *Chorea* a Gr. Χορεία, saltatio, *Sti Viti* ex eo, quod plebs a sacello Sti Viti, monasterii Corveyensis patroni, auxilium adversus morbum, de quo agitur, impetrare solebat. *Synonyma:* Scelotyrbe (a Gr. Σκέλος, crus, Τύρβη, tumultus seu cruris perturbatio), Ballismus (a Gr. Βαλλισμὸς, Saltatio), Choreomania, Orchestromania, Hieranosis, Viti saltus, saltatio Sti Viti et *Tarantismus*, quoniam a morsu tarantulae derivabatur. Germ. *Veitstanz.* Gall. *Chorée. Danse de Saint-Guy*, *ou de St. Vit.* Pol. *Taniec S. Wita.* Ross. Пляска Св. Вита.

76) Lib. Praenot. II. „medulla, inquit, *spinae affecta*, homo nec *crurum*, nec vesicae aut ventris officii po-

a GALENO [77]) clare descriptae, notiones habuerat. Perfecerunt porro hujus morbi doctrinam: SYDENHAM [78]), FELIX PLATER [79]), GREGOR. HORST [80]), WEDEL [81]), MARTINUS [82]), FÜRSTENAU [83]), DETHARDING [84]), SPANGENBERG [85]), SCHWARZ [86]), BEER [87]), BELEN [88]), EWART [89]), STRACK [90]), BRÜCK-

tens est, nisi urgente necessitate. Si vero morbus invaluerit, tum aliquando praeter voluntatem meiit et egerit."

77) Lib. Definit. Cfr. J. LANGII, Lembergii, Ep. med. Hannov. 1605. L. II. Ep. XIV. p. 558. „Scelotyrbe, ait GALENUS, est species paralysis, qua correpti recto calle progredi non possunt, sed modo a dextris in sinistrum vacillant, ac sinistrum pedem in dextrum circumferunt, ac coguntur dextrum in sinistrum et in progressu attollere crus, tanquam hi, qui magna et ardua conscendere volunt."

78) Schedula monitoria de novae febris ingressu.

79) Obs. Lib. I. p. m. 130.

80) Epist. med. Sect. VII. p. 119.

81) Diss. de chorea Sti Viti. Jen. 1682.

82) Diss. cas. de chorea Sti Viti. Argent. 1730.

83) Diss. de St. Viti saltu sive chorea, vulgo Vitstanz. Rintel. 1750.

84) Diss. de chorea St. Viti. Rostoch. 1760.

85) Diss. de chorea St. Viti. Goett. 1764.

86) Diss. de tarantanismo et chorea Viti quaten. scil. hi morbi aut conven. aut differunt. Vien. 1766.

87) Diss. de chorea St. Viti. 1769.

88) Diss. de chorea St. Viti. Lovan. 1782.

89) Diss. de chorea. Edinb. 1786.

90) Acta Soc. Elect. Mogunt. T. I.

BRÜCKMANN [91]), MARC [92]), SALT [93]), SALMON [94]), ENGELHART [95]), BERENDS [96]), KETTERLING [97]), BOUTEILLE [98]), REEVE [99]), FORGUES [100]), WINIKER [1]), ALBERS [2]), WATT [3]), KINDER-WOOD [4]), KACZKOWSKI [5]), DORFMÜLLER [6]), inter quos auctores

Q 2

91) Enarratio choreae St. Viti. Francf. 1786.

92) Diss. sistens hist. morbi rarior. spasmod. Erlang. 1792.

93) Diss. de chorea. Edinb. 1793.

94) Diss. de chorea. Edinb. 1796.

95) Diss. de chorea St. Viti. Lund. 1798. v. RUDOLPHI *Schwed. Annal.* 1. *B.* 2. *Heft.* p. 168.

96) Diss. de morbi genere, quem Viti choream dicunt. Tr. ad Viadr. 1799.

97) Diss. de chorea St. Viti. Erf. 1803.

98) *Traité de la chorée ou danse de Saint-Guy. Paris* 1810.

99) *Obs. on treatm. of chorea St. Viti.* v. *Edinb. med. and surg. Journ. Vol.* 8.

100) Diss. medica de chorea. Edinb. 1811.

1) v. HORN's *Archiv.* 1812. *Jenner.*

2) *Darstell. e. unter d. Schulkindern in der Voigtey Bohnhorst ausgebroch. konvulsiv. Krankh.* v. HUFELAND's *Journ.* 1813. *April.*

3) *Cases of periodical jactation or chorea in Med. chir. transact. publ. by the med. and chir. Soc. of Lond.* 1814. *Vol.* 5.

4) *Med. chir. transact. by the med. and chir. Soc. of Lond.* 1816. *Vol.* 7.

5) Diss. de chorea St. Viti medullae spinal. vitio saepe assignanda. Vilnae 1816.

6) v. HUFELAND's *Journ.* 1817. *Nov.* p. 101.

ctores BERNT [7]), praesertim respectu descriptionis morbi, omnibus palmam eripit.

§. XLVII.

Symptomata. Autopsia cadaverum.

Generatim. 1. Nullius morbi symptomata tam multifaria sunt, quam illa choreae. Variant enim pro diversitate musculorum affectorum, hanc illamve partem moventium, variant, prout totum corpus vel una tantum pars tentatur; variant ratione situs corporis, in quo malum apparet, variant ratione temporis, in quo illud recurrit et decurrit, variant porro ratione status animi et mentis, variantque postremo ob faciles complicationes cum aliis morbis.

Prodroma. 2. Nisi chorea extemplo ingruat, *prodroma* illius sunt: morositas, timiditas, solitudinis amor; tristitia, anxietas, suspiria, palpitatio cordis, ventris inflatio [8]), manuum tremor, dolores extremitatum praecipue inferiorum [9]) et rigor musculorum colli [10]), oris involuntaria diductio, raucedo [11]), frontis rugatio, frequens et inconsueta nicti-

7) Monographia choreae St. Viti. Pragae 1810. (adeo graphice choreae symptomata delineavit, ut verbulum descriptionis suae vel omittere vel mutare pro piaculo habuissem).

8) ALBERS l. c.

9) In puella Vilnensi tredecim annorum (1815.).

10) In puella Vilnensi.

11) MAX. JAC. DU MAN in *Abh. f. pr. Aerzte.* 1. B. 3. *St.* p. 23.

nictitatio, risus et fletus involuntarius, claudigo, frequens in terram lapsus, sine mentis tamen obfuscatione. Quaedam ex his, si accidunt in pueris, eousque malae consuetudini, imitationi pravae, aut ineptiae juvenili a parentibus et institutoribus adscribi solent, quousque morbosa inconsueti sese gerendi modi origo non palam fiat, ac objurgationum et maxime punitionum immerito inflictarum tarde nimis poeniteat [12]). De symptomatibus constitutivis speciatim.

3. Quibus *caput* acrius affectum est, agitatur convulsione tegumentum capillatum cranii, attolluntur supercilia, rugatur frons et explicatur vicissim, moventur nonnunquam et aures; supercilia saepe, sicut indignantium est, contrahuntur et deprimuntur, palpebrae plerumque nictitantes [13]) mire quoque agitantur; ipsi afficiuntur oculi, subinde in orbem rotantur vel oscillant [14]). Os nonnunquam ringit, nunc ad aures fere diduci- Relate ad caput.

12) *Abh. f. pr. Aerzte.* 16. *B.* 1. *St.* p. 129. Acta mea inst. clin. Viln. T. III. p. 52.

13) Observatur *nictitatio* tam in pueris quam in adultis, praecipue tunc, quando hominem intueri coguntur, cujus adspectum prae nimia reverentia reformidant (Bernt l. c. p. 30.). Interea nictitationem per se pro specie choreae declarare vix liceret.

14) Die 21. Februarii 1815. puerum septennem vidi, qui accedente choreae paroxysmo praeterquam quod capite nictitabat, et digitis quid coacervare videbatur, *oculorum oscillationem* exhibebat.

ducitur; nunc quasi ad gustandum osculandumve componitur [15]); facies mox risum, mox fletum exhibet [16]). Labia nonnunquam saliunt, buccaque universa tremit; sursum deorsumque convulsa, infinitas in facie et innumerabiles distorsiones excitant [17]). Caput miris modis movetur, rotatur [18]), jactatur in omnem partem, aliquando retrahitur versus scapulas, aut celerrime atque vehementissime concutitur instar mallei, machinae hydraulicae vi rotati [19]), aut totum adeo retorquetur, ut occipite tergo quasi adpresso, vultu horribilem praebeat adspectum.

Relate ad cervicem.

4. *Cervix* etiam varie movetur, modo enim columnae instar riget, modo adversus pectus curvatur, uti anserum et cygnorum colla flecti solent,

15) Sic in puella undecim annorum in Clinico Vilnensi Ann. 1815.

16) Casum talem Felix Plater annotavit l. c.

17) F. Plater l. c.

18) *Chorea circumrotatoria* Berntii. Misc. n. cur. in Dec. III. obs. 8. p. 131. exemplum monachae 30 annorum continent, quae sub choreae insultu talem totius capitis retractionem circumrotatoriam experiebatur, ut retracto ad tergum vultu adspicientibus horrori esset. Pater meus choreae exemplum vidit, ubi rotatio capitis tanta cum celeritate contingebat, ut illud totum circulum revera absolvere videretur.

19) Quem capitis involuntarium motum auctores vocant *malleationem*. Cfr. Tulpius obs. med. C. XVI. p. 37. Misc. cur. natur. Dec. III. An. 3. obs. 87. et Wichmann *Ideen z. Diagnostik*. 1. *B*. p. 233.

lent, nunc retro jactatur [20]), nunc ad latus utrumque.

5. In

20) Miles equestris Polonus, exercitus Napoleontis, unum et triginta annos natus, cum vere anni 1815. sub urbe Chateau-Thierry, in acie contra Borussos dimicans, globo tormenti ad summas dorsi vertebras percussus et ex equo dejectus esset, in morbum, quo die 2. Aprilis 1814. in Clinicum Vilnense susceptus est, incidit. *Convulsiva cervicis motitatio* primum oculis hic objicitur. Nempe nuchae musculi occiput per frequentissima intervalla summo impetu in tergum trahunt, et quasi dorso adfigunt, totum vero caput paullo ad dextram torquent, unde collum anterius in arcum porrigitur, prominet assurgitque larynx, cutis submentalis tenditur, os quandoque reseratum hiat, ac spatium cartilagini thyreoideae et cricoideae interjectum mirum in modum explicatur. Eodem illo, quo cervix conquassatur tempore, brachium dextrum, penitus extensum et supinum, tanta vi a trunco repellitur, ut hominem saepius fulcrum lecti aut mensae corripere cogat, mox vero iterum arcte thoraci adprimitur. Sinistra interim extremitas, pariter extensa, sed prona, ita ad dextram projicitur, ut illam per medium jactet, ipsumque cubiti articulum comprehendat. Praeter has apertissimas, totaque membra commoventes jactationes, singulae etiam utriusque brachii carnes leviter micant et succutiuntur. Invalescit convulsionum vis inter deambulandum, ubi aeger manu dextra, quamquam ipsa tremente, occiput sustentare cogitur; quod ni faceret, caput tanto impetu post tergum premeretur, ut centro gravitatis ultra spatium pedibus interceptum cadente, supinus corrueret. Potus aut nutrimentum oblatum non sine magno labore ori ingerere

Relate ad extremitates.

5. In humeris, brachiis, ulnis, digitis et ipsis eorum phalangibus fiunt motus fidem excedentes, ac artem gesticulatoris exercitatissimi eludentes; sunt qui cymbali pulsationem imitentur[21]), aut manu fortiter super objecta vicina, ad sonum eliciendum

potest. Non solum enim cubitorum flexio huic operi necessaria, multiplici extensionum serie implicatur, verum etiam os ipsum, capite erga dorsum propulso, poculum aut cochleare effugere videtur. Spiritus breves et cum insigni difficultate trahit fateturque, se aërem pleno ore ac necessaria copia haurire non posse. Columna vertebralis undique lustrata, superiores dorsi vertebras, paulo introrsum pulsas monstrabat. Arteriarum motus naturales. Agitationes musculorum e spinae ictu male adfectae regione vim accipientium, ad earum, quae in chorea omnes carnes medullae spinali servientes exercent, similitudinem tantopere accedebant, ut illas *choream partialem* haberemus, medendi viam, huic eidem opportunam cognitam, persecuturi. Itaque cucurbitulis multis sanguinem ex incisa columnae vertebralis cute sugentibus, cura instituebatur, quo mox spirandi difficultas sese remisit, capitisque multum repressa est agitatio. Tum duo fonticuli juxta summas dorsi vertebras aperti fuere. Dabatur infusum chenopodii ambrosioidis continuo magis saturatum, arnica; digitalis et calomel aliquando interponebantur. Quo post duorum mensium moram factum est, ut et cervicis jactatio consederit et recte, quamvis occipite manu non sustentato, aeger graderetur et libere spirare posset, et cibum potumve multo facilius capesseret.

21) Sic in puella, de qua supra.

endum pulsent [22]. Manus continuo jactantur, vel inanibus ictibus auram verberant, vel moventur, ac si affectus flumen transnataret [23]), aut se ad volandum accingeret [24]). In quibusdam manus, aut sola dextra, vel sinistra [25]), motus exercent tundentis vel ferientis, vel motus diversissimos rotatorios [26]) incertos [27]). Saepe quidem manus

22) Kinder - Wood l. c.

23) *Samml. auserl. Abh.* 7. *B.* 2. *St.* p. 279.

24) Mense Martio 1819. virgo sedecim annorum plethorica, fratris melancholici soror, menstrua semel tantum ante nonnullos menses perpessa, praeviis solitudinis amore, tristitia et occipitis nec non nuchae dolore, in concussiones et motus abnormes scapularum et brachiorum incidit, motibus iis, quos solent anseres, quae sese ad volandum accingunt, similes. Malum per accessus redibat adeo fortiter, ut aegra, animi compos, aequilibrium incedendo amitteret, quamvis reliquae corporis partes imperio voluntatis plane obedirent. Nulla caussa inveniri potuerat, praeter lapsum in terram, sub quo occiput contusionem expertum erat. Susceptae in Clinicum venaesectio e pede morbum valde imminuit et applicitae dein hirudines ad caput eum illico fugarunt.

25) *Latus* corporis *sinistrum* symptomata choreae majori in gradu quam dextrum exhibuisse, in plurimis aegris observavi.

26) Anno 1813. Vilnae puerum judaeum sex annorum vidi, cujus brachium dextrum continuo in gyrum movebatur, ac si aeger sese ad fundam projiciendam praepararet. Simile exemplum et pater meus observavit.

27) *Samml. auserl. Abh.* 7. *B.* 2. *St.* p. 279.

manus voluntati parent, sed inepte, comprehensurae enim aliquid v. g. poculum, hoc aut subvertunt, aut non ori sed aliis faciei partibus admovent [28]), ita ut cibus et potus administrari debeat [29]). Alias manus invitis aegris capillare detrahunt, crines dispergunt, stragula convoluta rejiciunt, corpusque denudant [30]). Manus jussu medici quandoque mira celeritate porrigitur, sed quo primum amplexu ejus liberatur, protinus saltu quodam retrahitur. Alii irritis omnibus conaminibus brachium porrigere nequeunt. Nonnullis pulsus vix explorari potest. Etiam pedes continuo sunt in motu; decumbentibus modo dextrorsum, modo sinistrorsum jactantur, modo quasi calcitrant, aut uterque alternatim ad nates, quin immo ad occiput [31]) usque, invito aegro, flectitur [32]). Progredientes quandoque, aut saltantium more rhythmum servando [33]), incedunt, semper lineam curvam describentes, aut revera saltant ad summam usque corporis defatigationem, vel ad profundissimum somnum [34]). Ejusmodi autem saltationes modo in distantiam fiunt, modo in altum, quin immo super aliorum hominum capita

28) Vidi pluries.
29) Misc. nat. cur. Dec. II. Ann. 9. obs. 142. p. 244.
30) Quod in duobus puellis Vilnensibus observavi.
31) Sic vidi.
32) Misc. cur. nat. Dec. I. an. 6. 7. p. 284.
33) Kinder-Wood l. c.
34) Misc. nat. cur. Dec. III. an. 1. obs. 126. p. 188.

capita [35]. Nonnulli via plana unum alterumve pedem attollunt, ac si scalam ascendere, aut lapidem impedientem transcendere vellent; alii firmo talo insistere haud possunt, sed stantes hinc inde corpus reclinare solent; quidam etiam claudi plerumque pede sinistro incedunt [36]), dantur etiam, quibus usus pedum, propter continuum motum convulsivum, vel propter trepidationem [37]), denegatus est. Alii e contrario stare [38]), currere [39]) coguntur.

6. Di-

35) Dorfmüller l. c. (Aegra puella novem annorum, vigente paroxysmo felis fugati velocitate super patris caput saltabat, sese reclinabat, ac paulo post ante pedes parentis humilis jacebat, propriam sortem deplorans.)

36) Haen rat. med. P. 1. p. 147. Sic puer septennis, quem mense februario in Clinico curavi.

37) Puella anno 1815. in clinico decumbens tanta pedum trepidatione incesserat, ut, quominus prolaberetur, ab adstantibus sustineri deberet.

38) *Chorea stataria* Berntii. Thirmaierus narrat de quodum Religioso, qui durante paroxysmo *pedibus adeo firmiter insisteret*, ut, licet saepius ab adstantibus vel in sellam aliquam vel in lectum truderetur, illico tamen in pedes sese erigeret, stansque convulsionis momenta absolveret. (Consil. L. II. C. 12.)

39) *Chorea procursiva vel festinans* Berntii. Exempla habentur apud Tulpium, in homine, qui dies et noctes cursitabat, (Obs. med. L. I. C. XVI. p. 36.) apud Sagar, in viro, qui invitus currebat, nec capax erat directionem mutandi ad declinanda obstacula (Syst. morb. Ed. alt. Viennae 1783. P. II. Scelotyrbe), apud

Relate ad truncum.

6. Diversissimis etiam motibus *truncus* agitari solet. Prostrati nonnunquam humum, spasmorum et convulsionum vi, instar serpentis incurvantur, identidem in altum feruntur, post iterum prosternuntur, haud secus ac si carpionem vel lucium in pavimento, ut solet, subsultantem conspiceres [40]), nunc opisthotonon nunc emprosthotonon, nunc alias figuras referunt, nunc corpus super propriam axin circumgyratur [41]), trunco ad pedes defluente, vel capiti insistente [42]). Sunt qui speciem saltus sic dicti mortalis [43]) perficiant. Quandoque chorea unum tantum corporis latus detinet [44]), aut saltem magis opposito affligit [45]).

7. *Lin-*

Bernt. in famulo, qui cum prandentibus operam daret, per aliquot horae momenta invitus circa triclinium oberraverat (l. c. p. 25.). Viennae 1798. puellam undecim annorum vidi, jam a quatuor annis chorea laborantem, quae fatua et ridendo, cubiculum per gyros tanta celeritate percurrebat, ut adstantes vertiginosi fierent. Aegra haec obstacula evitabat.

40) Misc. nat. cur. Dec. II. an. 2. obs. 149. p. 326.

41) Watt l. c. (Sexagesies in sexagesima horae parte).

42) Watt l. c. (Eadem aegra, de qua supra).

43) Germ. *Purzelbaum*, Gall. *Culbute*. v. Albers l. c.

44) *Chorea semilateralis* Berntii. Exempla describuntur a Wagnero alternatim lateris sinistri et dextri (Misc. N. Cur. Dec. II. an. 9. p. 55.), a Stalperto van der Wiel (obs. cent. prior. Leid. 1724. p. 75.) et a Pelargo *med. Jahrgänge*. 3. *B.*

45) Semel pater meus vidit choream plus in latere sinistro saevientem.

7. *Lingua* nonnunquam afficitur ita, ut tremat, ore exseratur [46]), vacillet, balbutiat, et vix effingere queat vocabula rerum. *Fauces* bibentibus aut cibum deglutientibus quasi laqueo injecto constringuntur, cum imminente suffocationis periculo [47]). Quidam sub choreae furore potum deglutire non valent, sed suborta tussi per os et nares rejiciunt. *Respiratio* saepe difficilis, anhelans. *Lotium* et *faeces* in quibusdam sub choreae impetu emittuntur; accedit immo nonnunquam dysuria, ita quidem, ut nil excernant durante paroxysmo; quo tamen absoluto, urinam emittunt [48]). *Mens* quoque morbo affectorum non uno modo se habet; in plurimis nec sensuum, nec rationis usus deletur; alii imbecilles sunt, fere omnes ad iram proni. Quocunque in casu neque precibus, neque minis, neque increpatione coerceri possunt, saltem sine gravi damno et inquietudine [49]). Affecti, vigente paroxysmo, raro de dolore conqueruntur, nisi forte de anxietate, pressione pectoris, dolore capitis. *Somnus* saepe placidus, quandoque concussionibus, plora- Relate ad partes internas.

tu [50]),

46) Vidi in Clinico Vilnensi.

47) Thonerus Obs. L. II. p. 79. Greg. Horst l. c. sect. 7. p. 119. Aegrotula nostra ann. 1815. porrecti cibi cochleare antequam sumpsisset, quasi dubitare videbatur, num illum deglutire posset.

48) Bernt l. c. p. 12.

49) Eckholdt in Epist. ad Horstium l. c.

tu [50]), somniis terrificis [51]) perturbatus. In multis viget ciborum appetitus [52]); ac nonnulli quaevis obvia, e. c. ligna, pilos, vitrorum fragmenta etc. devorant [53]), dentibus lacerant [54]) mordent. Omnes autem, etiamsi valde esurierint, comestibiliaque ingesserint, male digerunt, sensimque flaccescunt, pallent et emaciantur.

Curriculum morbi.

8. Morbus nunc paroxysmis et liberis intervallis iisque vel aequabili, vel inconstanti ratione obvenientibus [55]). componitur; nunc, excepto somno continuo, speciatim dum aegrotos alloquuntur, viget [56]). Paroxysmus vel singulis diebus semel, bis aut saepius, vel longiori intervallo, e. c. omni mense [57]), recurrit, et nunc intra dimidi-

50) Aegra Clinici an. 1815.

51) Horst l. c. p. 112.

52) *Samml. auserl. Abh.* 1. *B.* 3. *St.* p. 484.

53) Hinc varia ab aegrotis clam ingesta, per alvum postea aut vomitum excreta, diabolo et sagarum artibus adscripta sunt. Bernt l. c. p. 15.

54) Misc. N. cur. Dec. I. an. 9. obs. 64. p. 163.

55) I. Metius refert historiam pueri undecim annorum, cujus paroxysmus ad primum horologii pulsum quater inter diu periodice, noctu erratice aliquoties redibat. (Misc. nat. cur. Dec. III. An. 4. obs. 41. p. 108.) Cfr. Wedel l. c.

56) Plures choreae *continuae* quam periodicae mihi obvenerunt, quare miror egregium Bernt dixisse (l. c. p. 19.), choream continuam stricte non observari. Exemplum illius et Plater narrat.

57) Casimir Medicus *v. d. period. Krankheiten.* p. 35.

midiam horam, nunc longius et brevius finitur. Nonnulli finito paroxysmo, si lassitudinem quandam corporis excipias, bene valent, et obeundis muneribus consuetis apti sunt; alii vero, morbo remittente, de maxima artuum lassitudine conqueri solent et veluti paresi extremitatum inferiorum laborant [58]) et sub minimo motu sudore cooperiuntur.

9. Cadavera ex chorea demortuorum exhibuerunt pseudomembranas circa cerebrum a praevia inflammatione superstites [59]), ossificationes in pia matre [60]) et serum in pericardio [61]). Autopsia cadaverum.

§. XLVIII.

C a u s s a e.

1. *Disponunt ad choream*: vitium haereditarium [62]), sexus femineus [63]), vitae periodus dentitio- C. praedisponentes.

58) Albers l. c.

59) Soemmerring in not. 514. vers. op. Baillie.

60) Fargues l. c.

61) Ibidem.

62) Desperriere in *Samml. auserl. Abh.* 15. *B.* 3. *St.* p. 462. (In duabus sororibus, nam utraque, dum primum instaret menstruus fluxus, sensim corripiebatur chorea, quarum mater, eodem pubertatis tempore ante primam menstruorum eruptionem, vehementibus nervorum affectionibus fuerat obnoxia. Nullum simile exemplum praxis mea suppeditat). Dorfmüller l. c. (Duae sorores, quarum pater simili quodam morbo detentus erat).

63) Reeve l. c. (Inter 84 aegrotos chorea laborantes

titionem secundam inter et pubertatem 64), clima rigidum 65), corpus gracile, studia praematura, educatio effeminata 66), stirps judaica 67), idiosyncra-

57 feminae et 27 mares numerabantur in *Norwich-hospital*). THILENIUS *med. u. chir. Bemerk. Frankf. am M.* 1814. (Inter 21 aegrotos, solum mares 4.) Inter 14 proprios aegrotos, 9. sexus feminei numero.

64) Quamvis exempla choreae non desiderantur ab anno aetatis 4. (I. P. FRANK) usque ad 22. (WINIKER), 45. (I. P. FRANK) 50. (POWEL v. TORGUES l. c.) et 70. (MASON, in *med. transact. publ. by the College of physic. in Lond.* 1815. *Vol.* 5.); attamen consensu communi jure admittitur, hunc morbum maxime ab anno 9. ad 14. obvenire. THILENII (l. c.) puellae inter annum 4. et 16; pueri autem inter annum 10. et 12. versabantur. Inter meos aegrotos, juniores erant pueri, seniores puellae. Cfr. SCHAEFFER in *Samml. auserl. Abh.* 2. *B.* p. 108.

65) Choream longe crebrius in Lithuania observo, quam in Lombardia et in Austria. Spatio 14 annorum in Clinico Vilnensi 9. hujusmodi aegri suscepti sunt; inter quos duo pueri.

66) BERNT l. c. p. 52. Ex propriis tamen observationibus id non confirmatur, nam maxima pars aegrorum meorum ex inferioribus societatis ordinibus proficiscebatur.

67) Inter meos quidem aegros duo solum judaei chorea laborantes obveniunt, at eorum plurimos pater meus curavit. Nec mirum, gentem generatim gesticulationibus adsuetam, praecipue morbo gesticulatorio obnoxiam esse.

syncrasia [68]), diathesis scrophulosa et rhachitica [69]).

2. *Excitatur* chorea a suppressa transpiratione [70]) et sudore pedum [71]), ab animi pathematibus, inprimis terrore [72]), moerore [73]), non excepto quandoque amore infelici [74]), ab imaginatione [75]) et nisu imitandi [76]), ab incaute fugatis psora C. excitantes.

68) Miranda scilicet hominis temperies, qua praeditus a rebus externis, innocentibus, v. g. strepitu volarum (Misc. Nat. Cur. Dec. II. ann. 2. obs. 149.), hominum intuitu (ib. Dec. I.), ingenter afficitur.

69) Maxima aegrorum meorum pars notas harum diathesium exhibebat. Idem pater meus de suis aegrotis affirmat.

70) Ploucquet diss. Triga obs. med. Tüb. 1787. Acta mea clin. l. c. et plurimae serius collect. observationes.

71) Thilenius l. c.

72) Misc. N. Cur. Dec. I. Ann. 8. Dec. II. ann. 6. p. 64. 81. ann. 7. p. 14. Stoll rat. medendi P. III. p. 405. Una ex nostris aegrotis, puella tredecim annorum, fabri lignarii filia, Januario 1815. cum a temerario quodam *larva*, tempore bacchanalium, induta, exterrita fuisset, triduo inde exacto in choream incidit. Altera undecim annos egressa, eodem anno mense Aprili a *gallo gallinaceo* inprovise in caput insiliente, eundem acquisivit morbum. Puer septennis rusticus ann. 1819. in Clinico decumbens, ab *urso* primum viso in choream conjectus est.

73) Misc. N. Cur. Dec. III. an. 3. p. 131. An. 2. p. 241. Paeonis et Pythagorae exercitationes. p. 166.

74) Bernt l. c. p. 55.

75) Albers l. c.

psora [77]), tinea [78]), aliisque impetiginibus [79]), a reliquiis miliarium [80]) et variolarum [81]), ab ulceribus intempestive occlusis [82]), a vermibus intestinalibus [83]), et vitiis gastricis [84]), a datura stramonio [85]), a vaporibus plumbi, mercurii etc. [86]) a morsu et ictu animalium, e. c. muscae majoris [87]), araneae [88]), tarantulae [89]), a laesionibus mecha-

76) Werlhof v. Wichmann l. c. Hopfengärtner üb. menschl. *Entwicklung*. p. 99. Albers l. c. Cfr. P. II. Vol. I. Sect. I. §. II. No. 6.

77) Thilenius l. c.

78) *Samml. auserl. Abhandl.* 7. *B.* 2. *St.* p. 450 et 453. Wendt 5te u. 6te *Nachricht*.

79) Pelargus 3. *Jahrg.* p. 69.

80) Misc. N. Cur. Dec. II. an. 7. obs. 260. Duman l. c.

81) Sallaba de morb. variol. posth. Viennae 1788.

82) Misc. N. Cur. Dec. II. an. 6. obs. 201.

83) Stöll. l. c. Baldinger *neues Magaz.* 9. *B.* p. 185. Thilenius l. c. (Inter 21. choreae casus 15ties veraccusandi erant). Propriis in aegris vermes plerumque simul praesto erant, at in uno solum casu, iis fugatis, chorea siluit. Quid de *scarabaeis* a puero novem annorum chorea laborante cum levamine evacuatis, de quibus Dorfmüller l. c. p. 188. loquitur, cogitandum sit, non audeo determinare.

84) Brückmann l. c. Misc. N. Cur. Dec. II. an. 8. p. 163. Dec. IV. an. 6. 7.. obs. 110. Martinus l. c., Thomasius l. c. (incusat praeprimis oxygalactos usum!). Strack l. c.

85) Commer. Lit. Norimb. an. 1744. p. 14.

86) Bernt l. c. 60. (!)

87) Misc. N. Cur. Dec. I. an. 9. obs. 65.

mechanicis e. c. compressione pedis ex reflexo ungue [90]), vulnere oculi et cerebri [91]), columnae vertebralis [92]) kyphosi cervicis [93]), a mensium

R 2 diffi-

88) COMSTOCK in *med. Repository* 2. Hexade. Vol. I. No. 1. Cfr. P. II. Vol. I. Sect. I. C. XII. §. LII. 1. (53.).

89) NICOLAO PEROTTI in *Cornucopia* sua seculo 15 edita. BAGLIVII diss. de Tarant. LUD. VALETTAE de Tarant. RICH. MEAD de tarant. Opp. T. 2. „Aestivis mensibus, ait, cum maximus est calor, ut in canicularibus diebus, tarantula inter segetem repens, mordet messores et iter facientes. Etsi dolor ex morsu non major primum sit, quam forte est ex ictu apis; mox tamen locus deturbatur, livido nigro aut fusco circulo et cum inflammatione tumet. Inter paucas horas aeger opprimitur etc. . . . . .“ Ex morsu *araneae tarant. L.* revera somnolentiam et constrictionem pectoris oriri et de MATTHEIS prof. Clin. Romae nuperrime confirmavit, at vero ortum choreae ex morsu hujus insecti pro fabula declarat. (*Lettera di Fr. Cancellisi al S. Dr. Koreff, sopra il tarantismo* etc. *Roma* 1817.). Idem jam declararunt, FRANC. SERAO an. 1742. et DOMINICUS CIRILLO 1770. (v. *Transaz. filosofiche di Londra* 1770. p. 233.).

90) Misc. N. Cur. Dec. I. an. 6. 7. obs. 77. choreae exemplum Vilnae vidi, ubi digiti sub ungue vulneratio a festuca, morbum excitasse videbatur.

91) *Samml. auserl. Abh.* 5. *B.* p. 257.

92) Vide supra §. XLVII. 5. (20.).

93) Choreae pueri judaei (de qua supra §. XLVII. 5. (26.)) caussam primum in vermibus quaesivi, at sine successu. Cum paulo post de hoc aegro somniaverim, sub ipso somno me ita allocutus sum: nonne vi-

difficili eruptione [94]), a graviditate [95]) et forte ab onania [96]). Quondam magia [97]) accusabatur.

3. Caus-

des puerum istum rhachiticum esse? hinc nonne probabile, kyphosin nervos brachium adeuntes comprimere et illius motum abnormem excitare? — Aegro postridie probe examinato, rem revera se ita habere detexi. Applicitis fonticulis ad cervicem aeger plane convaluit.

94) *Samml. auserl. Abh.* 15. *B.* 3. *St.* p. 462.

95) Riedlin lin. med. an. 1696. p. 437. Pater meus an. 1800. virginem judaeam a chorea sanavit. Incolumem inde vitam duxit, donec an. 1815. matrimonio inito, gravida evaserit. Tunc vero vix menstrua fluere desierant, cum chorea de novo recrudesceret, at tanta cum vi, ut patri meo in quinquaginta annorum praxi, exemplum tam vehemens neutiquam obvenerit. Convulsiones diu noctuque aegram, mentis quidem compotem, verum furibundam, detinebant, ac cutis universa *furunculis* et hinc inde *escharis gangraenosis* cooperiebatur. Tentatis incassum omnibus artis auxiliis, venaesectione non excepta, salutem nonnisi ab *abortu* expectabat, quo quinto graviditatis mense secuto, pristina valetudo rediit.

96) Unum saltem choreae exemplum mihi obvenit, ubi aegri mores admodum suspecti erant; ac generatim onaniae dediti in contorsiones habituales incidunt, praesertim musculorum faciei, et potissimum masseteris, quo fit, ut vacuo ore quidquam morsicare videautur.

97) Saeculis iis, quae notat historia universalis caligine superstitionis obruta, plerisque medicis et theologis axioma fuit: si patiens membrorum ejusmodi aut totius corporis contorsiones aut gesticulationes perficit, quas nemo sanus, nequidem mimus aut gesticulator

3. *Caussa proxima* choreae, veluti aliarum convulsionum, quaerebatur in repletione et inanitione [98]), in irritatione [99]), in nervorum abnormi vibratione [100]) et obstructione [1]), in vapore e sanguine manante et nervorum poros subintrante [2]), in archaeo [3]), in impetuoso et inordinato liquidi nervei, per nervos musculosque fluxu [4]), in asthenia [5]), in nervorum sensibilitate imminuta et musculorum irritabilitate aucta [6]), in systematis nervosi incitamento nimio, deficiente, vel modo peccante [7]) etc. Nostram et hic fatemur ignorantiam, contenti nos *sedem* caussae choream effici- C. proxima.

quispiam imitari solet; dubium non esse, quin in hac tragoedia *diabolus* partes suas agat. MERCLINUS in sylloge phys. med. cas. incantat. adscripi solit. Norimb. 1698. WILLISIUS in tract. de morb. convuls. C. 7. p. 101.

98) HIPPOCRATES Lib. VI. Aph. 39.

99) SENNERTUS L. I. P. II. S. 28. quaest. I. Prax. 586.

100) ECKHOLDT in Epist. ad GREG. HORST.

1) C. PISO obs. de colluv. et illuv. serosa.

2) De med. hist. mirab. L. VI. MARCI DONATI. Venet. p. 40. GREG. HORSTIUS l. c. TULPIUS obs. C. XIV. p. 33.

3) *Schola* STAHLII, v. JUNCKER Conspect. Pathol.

4) *Schola* BOERHAAVII, v. *Samml. auserl. Abh.* 1. *B.* 3. *St.* p. 184.

5) *Schola* BRUNONIS, v. Elem. med.

6) STARK's *Handb. z. Kenntn. u. Heil. inn. Krankh.* 2. *Th.*

7) BERNT l. c. p. 68.

efficientis jure meritoque quaerere posse nunc in *encephalo* [8]), nunc (et quidem maxime) in *specu vertebrali* [9]), nunc (rarius certe) in *plexibus nervorum abdominalibus* [10]).

§. XLIX.

Diagnosis.

Generatim.

1. Cum chorea confundi possunt: *contorsiones* et *gesticulationes simulatae* aut *aliorum morborum symptomata*, porro *somniatio*, *mania*, *morbus cerealis*, *tremores* et *epilepsia*. Quod confusionis periculum eo majus est, cum chorea haud raro cum istis aegritudinibus *complicari* soleat.

Chor. simulata.

2. Mendicantes aliique sortis vilioris homines, interdum ipsae virgines coelibatus voto adstrictae, *choream* quandoque *simulant*: quod inprimis in Italia, relate ad morsum tarantulae contigisse legimus [11]).

Ch. aliorum morborum symptoma.

3. Contingit haud raro in *encephalitide* [12]), *hydro-*

8) Ex cadaverum autopsia. Cfr. §. XLVIII. 9. Forte et *secunda dentitio* hic scenam ludit (Fargues l. c.).

9) Ex pathologia vulneraria. Cfr. §. cit. 4. (20.). Ex doctrina aliorum morborum columnae vertebralis. Ex auctoritate Hippocratis, Galeni (locis citatis). Legantur et Berndt l. c. p. 17. 69. Max. Jak. du Man l. c. et Raczkowski l. c.

10) Teste *chorea verminosa* et *gastrica*.

11) De Meza Compendium med. p. 55. de tarantismo. Bernt l. c. p. 44.

12) P. II. Vol. I. Sect. I. C. III. §. XIV. 6. p. 220.

hydrocephalo[13]), *apoplexia*[14]), in *hydrophobia*[15]) contorsiones vel gesticulationes oriri; quae cum ex aliis evidentibus aegritudinibus originem trahant, nequaquam ad *choream Sti Viti*, saltem *essentialem*[16]), revocandae sunt. Memoratu etiam dignum est, posse in praedispositis ad choream, morbum acutum, accidentalem choream excitare, ac peculiarem complicationem constituere[17]).

4. Cum aegri *somniatione* affecti, vel ciliis nictitent, vel gestibus scenam ludant[18]), quaedam inde cum *chorea* similitudo apparet. At illo in morbo gestus non sunt, uti in chorea, *inanes*, sed ad factum aliquod repraesentandum instituti[19]). Caeterum non desunt exempla *complicationis* choreae cum somniatione[20]); immo chorea — Dist. a somniatione.

13) Ibidem. Cap. IV. §. XXII. 4. p. 284—290.

14) Cap. V. §. XXV. 1. (88.).

15) *Hannöv. Magazin.* 1. *Jahrgang* 1763.

16) Bouteille (l. c.) choream in *essentialem* et in *secundariam* dividit: illa *morbum per se*, haec aliorum morborum *symptoma* constituit. Nonne hic confusioni inextricabili via sternitur?

17) Virgo 15. annor. quam an. 1815. a chorea ex terrore orta sanaveram, an. 1818. sub curriculo *scarlatinae* recidivam perpessa est.

18) P. II. Vol. I. Sect. I. C. XII. §. LII. 1. p. 448.

19) l. c. (45.).

20) e. c. aegri precantur, psalmos et cantica recitant, audita narrant, secreta propalant, adstantem vel absentem sibi infestum conviciis lacessunt, (Misc. N. Cur. Dec. II. an. 2. obs. 152. p. 24.) vel peregrinas, quas

rea detenti quandoque actiones *somnambulorum* peragunt [21]).

Dist. a mania.

5. Quamvis chorea affecti quandoque imbecilles sint et contraea maniaci haud pauci gesticulatores; attamen *chorea* a *mania* toto coelo differt; cum illo in malo gesticulationes nunquam conditioni mentis adaptentur, sed semper, qualiscunque fuerit mentis conditio, *inanes* exstent. Quod vero non impedit, quominus quandoque *complicatio choreae* cum *mania* aut saltem cum *delirio* admittatur [22]).

6. Qui

nunquam rite didicerint, linguas strepere et instar fatidicorum futura praesagire (Foresti obs. med. L. X. obs. 56. sch. p. 486.). Ipse an. 1818. in Clinico aegram curavi, quae complicationem somniationis et choreae Sti Viti exhibebat. Vigente paroxysmo choreas nationales (*mazur*) secundum proprium cantum absolvebat. Interea cum dubium, quamvis leve, aegram potuisse quid simulare, subsit, historiam, caeterum mirandam, silentio praetereo.

21) e. c. adstantium manus subterfugiunt, parietibus se adaptant, et mira celeritate transcendunt (Tim. a Guldenklee Epist. L. I. E. IX. p. 20.), circa fornacis extremitates decurrunt (Gr. Horstii opp. T. II. obs. 45. p. 112.). *Chorea Somnambul.* Berntii p. 21. Wichmann choream somnambulismo affinem esse asseruerat.

22) *Chorea insaniens* Berntii l. c. p. 21. Jaegerschmid de puella 9. annorum convulsionibus (num chorea?) ex vermibus detenta enarrat, quae quid in hypocausto offenderet, per fenestram ejecit, per eandem fenestram in hypocaustum descendebat, mox duos hircos in sta-

6. Qui contendunt *choream Sti Viti* anno 1374. per totam fere Germaniam *epidemice* grassatam esse, eam evidenter cum *morbo cereali* confundunt [23]). Enim vero chorea nunquam per *provincias* epidemica est, et paucis exceptis casibus [24]) non nisi *sporadice* obvenit. Praeterea chorea hucusque nunquam inter sua symptomata *formicationem* agnovit. Tamen notas *gangraenae* habuisse, exemplum supra allatum docet [25]). Dist. a morbo cereali.

7. *Chorea* a *tremore* in eo differt, quod in tremore partes non multiformi illo gestu et jactationibus, quae choreae genuinae sunt, torquentur; sed fere inter motus voluntarios nutant, et *aequabili quadam ratione*, modo sursum aut deorsum, modo ad latus utrumque fluctuant. Posse vero choream cum tremoribus connubium inire, ipsi observavimus [26]). Dist. a tremore.

8. *Cho-*

bulo alligatos solvebat, illis insidens in hypocaustum equitabat (Misc. N. Cur. Dec. III. an. 3. obs. 99. p. 191.). Strack (l. c.) vesaniam inter choreae symptomata recepit, quin immo, *insaniae speciem* choream vocarunt Felix Plater (Prax. med. C. 3. p. 881.) et Tulpius (Obs. med. L. I. C. XVI. p. 30.).

23) Bernt l. c.

24) e. c. ubi Chorea infantes scholae *Bohnhorstianae* aggressa erat. (Albers l. c.)

25) §. XLVIII. 2. (95.).

26) In femina an. 1817. in Clinico Vilnensi decumbente. *Chorea tremula* Berntii l. c. p. 127. Num vero exemplum, ad quod vir Cl. provocat, ad choream pertinuerit, vehementer dubito.

Choreae indoles. 8. *Choreae Sti Viti* indoles secundum praecepta generalia eruenda, modo *traumatica*, modo *inflammatoria* [27]), *rheumatica*, *metastatica*, *gastrica*, inprimis *verminosa* et *nervea* est.

§. L.

Prognosis.

Periculum. 1. Chorea genuina [28]) morbus quidem diuturnus est [29]), at vix periculo vitae stipatus [30]). Morbus neglectus, in epilepsiam, maniam fatuam, apoplexiam, paralysin et maxime in tabem [31]) transire solet.

Animadversio. 2. Sexus sequior choream quidem majori in gradu pati, sed facilius sustinere [32]) solet. Choream continuam difficilius curam admittere, quam

27) Caveat autem medicus, ne ob faciei ruborem, oculorum prominentiam, ferocitatem animi, pulsum fortem et celerem, sub *paroxysmo* vigentes, jam ad diathesin inflammatoriam concludat. Oriri enim possunt haec omnia in corporibus exhaustis, spasmis internis congestiones humorum caput versus gignentibus.

28) In prognosi enim maxime refert genuinam choream a spuria illa et symptomatica, utpote, quae aliorum morborum pericula agnoscit, distinguere.

29) Choream raro extemplo auferre licet, ac plerumque mensis unus alterve ad illius sanationem requiritur.

30) Inter 84. aegros 2. mortui sunt (Reeve l. c.).

31) Ex tabe aegrum chorea laborantem in nosocomio Viennensi amisi.

32) Duo aegri, qui inter 84. mortui sunt, pueri erant. Sic et aeger meus, tabe peremtus.

quam periodicam credunt[33]), at contrarium potius observavimus. Quae ex caussis mechanicis et ex animi pathematibus oritur chorea, inprimis si vitium haereditarium subsit, difficilius sanationem admittit. Ita chorea cum notis epilepticis et maniacis. Quamvis observatum fuerit[34]), virgines diu antea chorea vexatas, post vero feliciter curatas, non tantum constante gavisas esse valetudine, sed etiam prolium fecunditate excelluisse; verum tamen observationibus hujus generis haud paucas opponere possumus, ubi morbus minima porrecta opportunitate recruduit[35]).

§. LI.

C u r a.

1. Aeger chorea laborans, habeat lectum super solum stratum, duriusculum et pelle alcis vel caprae obtectum (ne spina exaestuatur) atque pulvinaribus undique circumdatum, ut motus libere et sine periculo undique concedatur. Removeantur ligamenta quot quot sunt, praesertim circa collum, ne circuitus cruoris impediatur et aeger stran- Generatim.

33) Bernt l. c. p. 73.

34) Wichmann l. c.

35) Cfr. §. XLVIII. 2. (95.) et §. XLIX. 3. (17.). Puer, qui ab urso terrefactus in choream incidit (§. XLVIII. 2. (72.), jam sanitati restitutus erat, cum ab aspectu patris, qui convalescentem in Clinico domum ducendi gratia advenerat, in pristinum morbum praecipitaretur.

stranguletur. Praescribatur custodibus, ut aegroto, qui ipse cibum capere non potest, alimenta debitis horis sensim sensimque ingerant. Si chorea laborans, in sinu numerosae familiae, aut in domo educationi dicata, aut in nosocomio decumbat, a sociis separandus est, ne et hi morbo attingantur [36].

C. choreae traumaticae.

2. *Chorea traumatica* exposcit, ut caussa mechanica partem systematis nervosi lacessens removeatur, aut si hoc fieri non possit, ut saltem effectus illius temperentur. Cui scopo plerumque *evacuationes sanguinis locales*, circa caput, vel columnam vertebralem, *fonticuli vel setacea* ad eadem loca inserviunt, non neglectis lenibus *alvum evacuantibus*, affluxum humorum ad encephalum vel ad medullam spinalem impedientibus. Regimine diaetetico, pro varia aegri conditione et morbi duratione, vires modo coërcentur, modo excitantur; quae ultima si vigeat indicatio, et pharmacis infra indicandis [37], locus est.

C. choreae inflammatoriae.

3. *Choreae inflammatoriae* medendi rationem pulcherrime SYDENHAM exposuit [38]. *Venaesectioni* ex pede eo securior locus est; quo floridior et robustior aeger, quo proximior periodo pubertatis, quo magis symptomata diatheseos inflammatoriae

36) Epidemia choreae inter infantes *Bohnhorstenses* prius, quam scholae clausae fuerint, non cessavit.

37) No. 6.

38) l. c.

toriae vel extra paroxysmum vigent, quoque recentior morbus [39]. Cujus caussa si in encephalo vigeret, jugularis secari posset [40]. Quocunque in casu moneatur ante operationem chirurgus, quantae eum, ob continuos partis sauciendae motus, expectent difficultates! Peracta venaesectione aut ea, nisi plane indicata, omissâ, *hirudines ad caput*, si chorea originis cephalicae, alioquin *ad columnam vertebralem*, aut ad *regionem epigastricam*, ponendae. A cucurbitulis scarificantibus in tenellis aegrotis abstinendum. Alvus *sero lactis*, si opus sit, *tamarandinati* vel *mannati* ope, aperta tenetur. Diaeta *vegetabilis* et *lactea* esto [41]. Potus *aqua selterana*. Inter pharmaca *nitras potassae* in *emulsione*, ex *seminibus hyoscyami nigri* et *amygdalis dulcibus* parata [42], valde nobis inservierat.

4. *Cho-*

39) Venaesectionis stupendos, indicata sub rerum positione, effectus casus supra allatus (§. XLVII. 5. (24.)) docet.

40) Watt *cases of diabetes, consomption* etc.

41) Lac recens mulsum quammaxime aegrotis hujuscemodi arridet, ac medicamenti vices agit (Lege Swainston, *Thoughts physiol. and pract. with observ. York* 1796. v. *Abh. f. pr. Aerzte.* 17. *B.* p. 548.

42) Pro aegroto 9. annorum. ℞. Seminum hyoscyami nigri grana decem. Amygdalarum dulcium decorticatarum, sacchari albi ââ drachm. duas. Nitri puri drachm. semis. Triturando f. c. s. q. aquae fontis *emulsio* ad colaturam librae unius. Cap. omni secunda hora unciam unam et semis.

C. choreae rheumaticae et metastaticae.

4. *Choream rheumaticam* et *metastaticam* recentem secure methodo antiphlogistica aggredimur [43], qua praemissa ad *regimen diapnoicum* confugiendum. *Antimonialia* aegroti sensiles vix ferre solent; eo magis infusa florum tiliae europaeae, sambuci nigrae additis guttis nonnullis *spiritus cornu cervi succinati* et *syrupo*. A balneis et semicupiis tepidis cum herbis aromaticis [44] aut sapone et lacte [45] potius detrimentum vidimus. Contra vero maxime nobis profuit *vesicatorii* striae duae latitudinis pollicis lateribus columnae vertebralis admotae [46]. Diuturniorem virtutem *fonticuli* praestant, pro re nata ad basin cranii, ad cervicem. Item *unguenta irritantia* ad varia cutis loca, ut fugatorum ibi impetiginum vices agantur.

C. choreae gastricae et verminosae.

5. Choreae gastricae et verminosae methodus a Hamiltono [47], praeeuntibus Sydenhamo [48] et Basseville [49] celebrata, accommodata est, quam vero rudis empiria, rite monente Reeve [50], ultra

43) Sallaba l. c.

44) Thomson's *med. Rathschläge.* v. *Samml. auserl. Abh.* 3. *B.* p. 30.

45) Schaeffer *Bemerk. üb. Kinderkrankh.*

46) Sumeire in *Journ. de méd. T.* 85. *N.* 2. (nuchae) De la Rive in Kühn *phys. med. Journ.* 1800. *Jan.* 60. (ad os sacrum).

47) *Obs. on the utility of purgative med. Chap.* 6.

48) l. c.

49) An choreae Sti Viti evacuantia narcoticis et cardiacis interpolata. Paris 1753.

50) l. c. Cfr. *Götting. Anzeig.* 1813. *Febr.* 30. *St.*

ultra debitos limites extendere conatur. Plerumque *calomel* [51]) aut *oleum ricini* [52]) exhibemus. Drastica potius suadet Strack [53]), at quanto cum periculo adhibeantur, ex aliorum [54]) et propria [55]) experientia nimis edocti sumus. Infantibus tenellis *pulvis conchyliorum limacum exsiccatorum* saepe conducit [56]). Alias pulvis, verisimiliter *ungulam alcis* continens, reliquis pharmacis palmam praeripuit [57]).

6. Quae singula si morbum non debellarent, ad medendi methodum *choreae*, quam *nerveam* [illegible] [illegible] voca- C. ch. nerveae.

51) Pro aegro 9. annorum. R. Pulv. calomel grana quinque. Radicis convolvuli jalappae et seminum artemisiae contra ââ grana decem. M. S. Cap. mane jejuno ventriculo. Trecentas ascarides lumbricoides vivos evacuatos vidit ex uno aegroto Albers l. c.

52) Pro aegro ejusdem aetatis. Ter de die cochleare coffeanum.

53) l. c.

54) Quantum detrimentum afferant drastica, quin immo et diu protracta solventia, elucet ex *Samml. auserl. Abh. f. pr. Aerzte.* 11. *B.* 4. *St.* p. 642.

55) Ann. 1793. in nosocomio Ticinensi puerum octo annorum chorea laborantem curavi. Chirurgo socio formulam dictavi pulveris *radicis* jalappae ad grana quindecim; ille autem *resinam* scripsit, qua porrecta, diarrhoea amplius haud sistenda, in enteritidem chronicam lethalem desinens, orta est.

56) Gölis v. *Salzb. med. chir. Zeitung.* 1812. *N.* 81. p. 47. (Ter de die ad grana X.)

57) Albers l. c. (specificum sub nomine *das Kurkesche Pulver*, notum).

vocamus, deveniendum foret. Consistit ea in usu *radicis valerianae sylvestris* [58]), *corticis cinchonae officinalis* [59]), *foliorum aurantiorum* [60]), *seminum sinapis nigrae* [61]), *tincturae colchici* [62]), *florum cardamines* [63]), *extracti succi radicis atropae belladonnae* [64]), *camphorae* [65]), *asae foetidae* [66]), *succi*

sem-

58) *Samml. auserl. Abh. f. pr. Aerzte.* 4. *B.* 2. *St.* p. 311. Bernt l. c. p. 93. (meis aegris non profuit).

59) Sydenham l. c. Werlhoff de febr. intermitt. Hannov. p. 45. Mahon in *Journ. de méd. T.* 58. p. 553. (Sub ipso morbi curriculo plus detrimenti quam boni inde vidi, conducit convalescentibus, sub forma infusi frigidi).

60) *Samml. auserl. Abhandl.* 17. *B.* 2. *St.*

61) Winiker l. c. (tinctura de alcohol parata).

62) Raven in *The London medical and physical Journal by* Fothergill. *Vol.* 26. 1816. *Sept.*

63) Michaelis in Richter's *chir. Bibliothek.* 5. *B.* p. 120. (ad drachmam unam omni sexta hora).

64) Stoll Rat. med. P. III. p. 120. (a grani sexta, dein quarta parte omni quadrihorio). Ketterling l. c. Kerrison in *the Lond. med. repos. Vol.* 6. *Octob.*

65) Desperrieres in *hist. de la Soc. R. de méd.* ad 1782. *Abh. f. pr. Aerzte.* 15. *B.* p. 462. (adhibuit camphoram vitello ovorum subactam ad drachmas duas in semicupiis tepidis ex decocto florum chamomillae). Wilson in med. comment. v. Edinb. II. Dec. Vol. 2. p. 22.

66) Wartens *Journ. de méd. Vol.* 56. p. 115. Du man l. c. (Clysteres ex asa foetida in plurimis aegrorum meorum profuerunt; ore enim hoc pharmacum difficulter in junioribus, utpote pilulas plerumque respu-

sempervivi tectorum [67]), *oxydi zinci* [68]), *cupri ammoniacalis* [69]), *ferri* [70]), *arsenici* [71]), *nitratis argenti*

entibus, adhibetur. Absente hac difficultate profuit Patri meo sequens formula: R. Extracti gentianae, asae foetidae l. a. subactae et pulveris radicis Valerianae ââ drachmam unam. F. pilulae granorum trium. Consperg. etc. Cap. ter de die No. quinque.

67) PEREBOOMIUS v. *Abh. f. pr. Aerzte.* 1. *B.* 1. *St.* p. 13. (R. Succi sempervivi tectorum, spirit. vini ââ uncias duas. Cap. inter diei spatium).

68) ROBÖL *Samml. auserl. Abh.* 7. *B.* 2. *St.* p. 447. STARCK *Handb.* 2. *Th.* p. 163. ALEXANDER in DUCAN *Annals of med. Lustr. II. Vol. I.* THILENIUS *med. chir. Bemerk.* p. 115. WRIGHT in *mem. of the med. Soc. of Lond. Vol.* 3. *app. No.* 24. *Salzb. med. chir. Zeit.* 1818. *N.* 3. p. 41. Mihi nil praestitit, quod etiam STOLL (l. c. p. 465.) et SCHAEFFER *Samml. auserl. Abh.* 16. *B.* 1. *St.* p. 126.) fatentur.

69) WALKER *in med. Comment. Edinb. X. B.* p. 33. v. *Abh. f. pr. Aerzte. II. B.* 3. *St.* p. 672. (in aegrotis teneris, debilibus). DELARIVE in KÜHN's *phys. med. Journ.* 1800. *Jan.* p. 58. THOM. A THUESSINK *Samml. auserl. Abh.* 17. *B.* 2. *St.* WILLAN in *Lond. med. Journ.* 7. *Vol.* v. *Abh. f. pr. Aerzte.* 12. *B.* p. 62. (Dosis sexta vel quarta pars grani bis terve de die).

70) ECKSTEIN in HORN's *Archiv.* 3. *B.* 2. *Heft.* p. 241. (praesertim balnea martialia). Et externe applicatum, id est forficem, clavem manui aegrorum tradendo, ferrum mirabiles effectus exserere solet, teste WICHMANNO (l. c.) et STARKIO (l. c.). Cfr. BERNT (l. c.) p. 105.

71) MARTIN in *med. and chir. transact. publish. by the*

argenti [72]), *castorei* [73]), *olei animalis Dippelii* [74]), *electricitatis* [75]), *musicae* [76]), quibus singulis remediis minus usi sumus, cum in tribus aliis in *flori-*

med. and chir. Soc. of Lond. Vol. 4. 1813. (Ter de die tinctura ad guttas quinque, in puella 15. annorum. *Spatio sex hebdomadum* (!!) sanata est).

72) Franklyn in *med. and phys. Journ. publish. by* Fothergill 1815. *April.* (ad grana tria de die). Et Bruce in *Medico-chir. transact. publish. by the medico-chir. Soc. of Lond.* 1818. *Vol.* 9. p. 1.

73) Bonifaz *Abh. f. pr. Aerzte.* 1. *B.* 3. *St.* p. 134. 4. *St.* p. 7. Donald Monro ib. 5. *B.* 2. *St.* p. 216. Madier ib. 1. *B.* 4. *St.* p. 7. (in clysmate, et ut corrigens opii).

74) Werlhoff op. c. Sect. II. §. 4. (ad guttas triginta).

75) Haen rat. med. P. I. p. 142. P. II. C. 13. P. III, C. 6. p. 221. Duman l. c. p. 23. (secundum curriculum spinae vertebralis). Cfr. Bernt l. c. p. 103. sq. Fothergill in Philos. transact. ad ann. 1799. p. 1. Sigaud la Fond op. c. p. 241. Du Boueix v. *Journ. de méd. T.* 58. p. 132. Currie in *mem. of the med. Soc. of Lond. Vol.* 3. Mauduyt in Fourcroy *méd. éclairée. T.* 3. v. Hufeland *u.* Göttling *Aufklärungen.* 1. *B.* p. 356.

76) Musices adversus morbos nervosos tam saepe mentionem injeci, ut mirum videri non debeat, si eam etiam adversus choream commendem. Leg. Gr. Horst (l. c.) et Baglivius (l. c.). Cfr. Albrecht tract. phys. de effect. musicae in corp. animale. Lips. 1731. In aegra, de qua Kinder-Wood (l. c.), cum ea, secundum rhythmum saltaverit, et eo rhythmo amisso quiesceret, sub paroxysmo duo tympana inordinate pulsabantur, quo facto duo paroxysmi illico cessabant.

floribus scilicet *arnicae* [77]), in *moscho* [78]), inprimis cum *calomel* [79]) et maxime in *herba chenopodii ambrosioidis* [80]), omne, quod desiderare potuimus, auxilium hucusque invenerimus. Multum quoque lucri ab *emplastro* vel *asae foetidae* vel de *galbano crocato* cum *camphora* et *opio*, super universam spinam posito, obtinuimus, obtinueruntque discipuli nostri.

S 2 CAPUT

77) Infusum forte, inprimis in chorea a violentiis capiti aut spinae illatis, et post inflammationem cerebri ac medullae spinalis.

78) In aegrotis admodum sensibilibus, ac ubi sedes morbi incassum in una systematis nervosi parte quaeritur, *moschus* egregium sistit pharmacum, quod tum ex experientia Patris mei, tum ex propria fateor. Cfr. *Samml. auserl. Abh.* 5. *B.* 2. *St.* p. 216. 10. *B.* 2. *St.* p. 352.

79) Illico chorea fugata est ope horum pharmacorum, moscho scilicet et calomel in filia professoris Vilnensis *W.* (Mense Februario 1819.).

80) Sacra mihi ancora in chorea, praesertim ex vitio spinalis medullae, est; ac PLENKIO toto corde assentior, dicenti " *ex omnibus remediis, contra hunc morbum laudatis, chenopodium efficacissimum esse* (De morb. infant. Viennae 1807. p. 31.). Exhibetur pulvis bis de die ad scrupulum unum; plerumque tamen infuso utor, incipiendo a drachma una herbae et sensim sensimque ascendendo ad unciam semis pro libra colaturae. Sub usu hujus pharmaci saepe febris ephemera, admodum salutaris, accenditur, quae dein simul cum chorea cessat.

CAPUT XI.

De Epilepsia.

§. LII.

Definitio. Literatura.

Definitio. 1. *Epilepsia* [81]) est morbus chronicus, ex paroxysmis et liberis intervallis compositus, quorum

81) A Gr. Ἐπιλαμβάνω, desuper prehendo. *Synonyma* (quorum docta explicatio in HULDERICHI diss. de grav. cerebri affectu, epilepsia. Gies. 1617. §. 1—5. apud SWIETENIUM in Commentar. ad Aph. BOERHAAVII §. 1071. invenitur). Morbus sacer HIPPOCRATIS, m. major CELSI, m. herculeus ARISTOTELIS, m. comitialis PLINII, convivalis, mensalis, insputatus PLAUTI, viridellus, vitriolatus, sonticus, caducus, lunaticus, foedus, sideratus, scelestus, daemoniacus (Cfr. WILLIS path. cerebri c. 2.), deifica lues, m. deificus, astralis, analempsia, analepsia, apoplexia parva, cadiva gutta, caduca passio, catalempsia, cataptosis, eclactisma, epilensia, epilentica passio, epilentiscus morbus, hiera nosos, mater puerorum, peditio, Sti Valentis, Sti Joannis morbus, etc. GERM. *Fallsucht, Fallende Sucht, Jammer, Schwere Noth, Böses Wesen, Böse Staupe.* GALL. *Epilepsie, mal-caduc, haut-mal, mal de terre, mal de St. Jean, mal des enfans.* ANGL. *Epilepsy, the falling Sickness.*

rum illi insigniuntur motibus abnormibus musculorum, feriatione sensuum ac facultatum animi, nulla inde relicta recordatione.

2. *Literaturae* extensio argumenti dignitati respondet. De epilepsia enim scripsere, inter medicorum principes: HIPPOCRATES 82), CAELIUS AURELIANUS 83), CELSUS 84), ARETAEUS 85), GALENUS 86), ORIBASIUS 87), AETIUS 88), ALEXANDER TRALLIANUS 89), PAULUS AEGINETA 90), AVICENNA 91), MERCURIALIS 92), AMATUS LUSITANUS 93), RIVERIUS 94), THOMAS WILLIS 95), PISO 96), BALLONIUS Literatura.

Ross. Падучая болѣзнь. POL. *Choroba wielka, choroba S. Walentego.*

82) De morbo sacro. C. I. CHARTER. T. X. p. 475.
83) Chron. morb. Lib. I. Cap. 4.
84) Lib. 3. C. 23. p. 172.
85) Acut. Lib. I. c. 5. Chronic. L. I. c. 4. (Optimus inter antiquos de epilepsia scriptor).
86) De loc. affect. L. III. C. 7. De puero epileptico.
87) Synopsis. L. VIII. C. 3. 4.
88) Tetrab. II. Serm. 2, c. 13.
89) L. I. c. 21.
90) L. III. c. 13.
91) Canon. Lib. III. Fen I. Tract. 5. Cap. 8. 9.
92) Consil. T. I. N. 26. 54. 77. T. III. N. 85. IV. N. 30. 56.
93) Cent. II. cur. 6.
94) Prax. med. Lib. cap. 7. de epilepsia. Obs. Cent. II. N. 93.
95) Patholog. cerebri. C. 2. 3.
96) De morbis ex serosa colluvie p. 100. 150.

LONIUS [97]), HORSTIUS [98]), MARCELLUS DONATUS [99]), ETTMÜLLERUS [100]), SENNERTUS [1]), PECHLINUS [2]), WEPFER [3]), BOERHAAVIUS [4]), FR. HOFFMANNUS [5]), SWIETENIUS [6]), HAENIUS [7]), LENTINUS [8]), PORTAL [9]). Porro de eodem argumento tractatus speciales extant, auctoribus: GABUCCINI [10]), TAXIL [11]), ALSARIUS A CRUCE [12]), CARTER [13]), DE VEGA [14]),

SANTA-

97) Consil. Vol. I. p. 33. 61. II. p. 4. III. p. 43. 52. 118.

98) Opp. Vol. II. p. 75.

99) Lib. II. c. 4.

100) Opp. T. II. P. II. p. 779. Disp. de epilepsia.

1) Lib. I. med. pract.

2) Lib. II. obs. 29.

3) Obs. p. 581.

4) De morbis nervorum.

5) De vera mali epileptici caussa. Hal. 1732. v. Opp. omn. Genev. 1748. 3. Vol. p. 9.

6) l. c. (egregius tractatus).

7) Rat. med. P. V. c. 4.

8) *Beytr. z. ausüb. Arzneyw.* 2. *B.* p. 227. 3. *B.* p. 144. et in HUFELAND's *Journ.* 14. *B.* 1. *St.* p. 44. 3. *St.* p. 5.

9) *Mém. sur la nature et le traitement de plus. mal. Vol. II.* p. 229. v. *Abh. f. pr. Aerzte.* 19. *B.* p. 617.

10) De morbo comitiali. Venet. 1568. v. HALLER Bibl. med. P. II. p. 87.

11) *Traité de l'épilepsie. Tournon* 1602.

12) De epilepsia seu comitiali morbo lection. Bononiens. Lib. III. Venet. 1603.

13) Exercitationes in epilepsiam. Tolos. 1617.

14) Gemmula de epilepsia. Append. ad pacem methodicorum cum spagyricis. Genev. 1628.

SANTACRUCE [15]), BOUCHE [16]), UNZER [17]), R. A. CASTRO [18]), SCHOENFELDT [19]), DIMERBROECK [20]), A KRONKLAND [21]), MARCI [22]), MOOR [23]), BRESCON [24]), PIETSCH [25]), WESTPHAL [26]), ANDRÉE [27]), MANGOLD [28]), THREFUL [29]), HIRSCHEL [30]), SAIL-

LANT

15) Praelectiones Vallisoletanae in Hippocratem de morbo sacro. Madrit. 1631.

16) De morbo scelesto. Aven. 1634.

17) Tractat. de epilepsia. Hal. 1634.

18) Discept. posth. de epileps. Florent. 1640.

19) *Tractat v. d. Kinderwehe, Frais, Hinfallen. Ingolst.* 1644.

20) Disp. XV. de Epilepsia. Ultraj. 1652.

21) Liturgia montis seu disceptatio med. philos. et opt. de nat. epilepsiae, illiusque ortu et causs. Ratisb. 1678.

22) Opusc. med. de natura, ortu et causs. epileps. Ratisb. 1678.

23) Tract. de epileps. et convuls. Amstel. 1704.

24) *Traité de l'épileps. avec sa description, ses différences, ses caus.* etc. *Bordeaux.* 1742.

25) *Erkl. Ursach. u. Kur v. d. Ohnmacht. u. Convulsionen, vornehml. ab. d. eigentl. fall. Sucht. Hamb. u. Leipz.* 1753.

26) De epilepsia et motuum convulsivorum infantum praecipuis caussis. Gryphiae 1765.

27) *Cases of epilepsy, hysteric fits and St. Vits Dance. Lond.* 1764.

28) Progr. de epilepsiae speciebus nonnullis, in Ejusdem Opusculis medic. phys. Altenb. 1769.

29) *Essay on epilepsy. Lond.* 1772.

30) *Gedanken, die Heilungsart der fallenden Sucht betreffend. Berlin* 1770. *Mietau.* 1774.

LANT [31]), TISSOT [32]), BATT *), HENNING [33]), DOUSSIN DOUBREVILLE [34]), FRAZER [35]), DREYSSIG [36]), ESQUIROL [37]), MAISSONNEUVE [38]), LULLIER [39]), BEYERLE [40]) aliisque [41]), praesertim inter scriptores de morbis infantum [42]). Accedunt non minus quam ducenae et ultra de epilepsia dissertationes inaugurales [43]) et totidem fere memoriae acade-

31) *Mém. de l'acad. r. de méd.* 1779. *N.* 17.

32) *Traité de l'Epilepsie* in *Oeuvres. Edit. Lausan. T. VII.* 1781. (tractatus classicus).

*) *Essai medico-pratique sur l'épilepsie. Gènes.*

33) Analecta lit. epileps. spect. Lips. 1798.

34) *De l'épileps. en général et particulièrement de celle determinée p. des caus. moral. Lips.* 1798.

35) *Treatise on epilepsy. Lond.* 1800.

36) *Handwörterbuch der med. Klinik.* 3. *B.* 2. *Th. Erfurt.* 1817. p. 187—398.

37) *Dict. des Sc. méd. T. XII.* p. 510.

38) *Recherches et observ. sur l'épileps. Paris.* 1800. (Opusculum commendatione dignum).

39) *Propos. méd. sur l'épileps. Paris.* 1803.

40) *Gesch. e. merkw. Epilepsie unter manch. Gestalten u. Verbindungen. Manh.* 1814.

41) *Diaetophilus physische u. physiolog. Gesch. seiner siebenjähr. Epilepsie, v. d. Genesenen selbst, nebst angehängt. Beiträg. z. Körperl.- u. Seelen-Diaetetik f. Nervenschwache. Zürich.* 1798. *Ausführl. Krankengesch. e. Fallsüchtigen mit d. Rathgeb. dreyer verstorb. Aerzte.*

42) P. I. Vol. I. §. IX. 5.

43) PLOUCQUET Literatura med. digesta. T. II. Tubing. 1808. Art. Epilepsia.

academicae [44]), observationesque prorsus sine numero; quarum dissertationum, memoriarum et observationum potissimarum, in praesenti tractatu ratio reddetur.

§. LIII.

Symptomata.

1. Epilepsiae *symptomatologiam* sequenti exponemus ordine [45]), scilicet: 1° de phaenomenis morbi, evolutioni praecedere solitis; 2° de prodromis singulorum paroxysmorum; 3° de paroxysmo et 4° de intervallis liberis. Generatim.

2. Ex tercentis circiter observationibus coram oculis jacentibus, quasque inter octoginta et ultra proprias numeramus, apparet: epilepsiam rarissime homines, qui per totum vitae curriculum omnino sani fuerunt, invadere [46]). Invadit autem morbus praecipue ea individua, quae obnoxia fuere convulsionibus tempore primae dentitionis [47]), achoribus et tineae capitis, cephalalgiis, hemicraniae, vertigini, delirio [48]), animi pathe- De phaenomenis morbum praecedentibus.

44) Reuss repert. commentat. a Societat. literar. editar. T. XIII. Goett. 1818. p. 74—101.

45) „Imminentis epilepsiae signa dupliciter considerari possunt: vel prout primam *morbi invasionem* praesagiunt, vel prout imminentem *paroxysmum* significant.“ Riverius Prax. Med. l. c.

46) Lege Tissotum op. c. art. 13. *Des maladies qui précèdent l'épilepsie.*

47) Hanc observationem pluriès confirmatam habeo.

48) Tissot l. c. p. 175.

pathematibus effrenis, praecipue irae; epistaxi [49]), ophthalmiis, aurium blennorrhoeae et susurrui, balbutiei, glandularum submaxillarium tumori, strumae [50]), anxietati, cordis palpitationi, lipothymiis, cardialgiis, colicae [51]), ictero [52]), physconiae, alvi obstructioni, diarrhoeis, vermibus, febribus intermittentibus, continuis, praesertim typhodibus, exanthematibus, inprimis variolis, morbillis, et scarlatinae, psorae, herpeti, hysteriae [53]), crampis, tremoribus, paralysi [54]), catalepsi [55]), choreae Sti Viti [56]), contusionibus, vulneribus, praesertim encephali et specus vertebralis.

Prodroma singulorum paroxysmorum.

3. Sicuti epilepsia rarissime in hominibus absoluta sanitate gaudentibus evolvitur, ita ejusdem

49) In pueris epilepticis fere omnibus.

50) In puero 12. annorum Ann. 1815. in Clinico Vilnensi. Cfr. Stahl Theoria med. pathol. dec. 2. memb. 4. p. 1017.

51) Eph. nat. cur. Dec. III. An. Obs. 6. Galbelchover Cent. I. p. 189.

52) Horstius Opp. Vol. II.

53) Andrée *on hysteric fits.* p. 27.

54) G. Horst Obs. med. L. IV. libr. prior Ulmae 1628. L. II. Obs. 41. Hotz *Beob. e. Hemiplegie die v. e. Erkält. herkam, u. in e. period. Epilepsie übergieng.* (*Museum d. Heilk.* 4. B. p. 279.)

55) Wepfer de morb. capitis. Obs. 125. 126. p. 573. 578. Cfr. P. II. Vol. I. Sect. I. §. LXII. 1.

56) In virgine 18. annorum, an. 1812. in Clinico Vilnensi decumbente, sex ante epilepsiae evolutionem menses.

dem morbi *singuli paroxysmi* rarissime ingruunt, quin quivis eorum quodam *signo* non annuntietur [57]). Dari tamen epilepsias, quorum paroxysmi, nullo praevio nuncio, extemplo, fulminisque instar invadunt, et aliorum [58]) et nostrae observationes [59]) docent. Generatim *signa* paroxysmi *prodroma* sunt: sensus formicationis nunc in universa corporis superficie, nunc una tantum in parte, e. c. in brachiis, ad dorsum; vitiligines [60]), cram-

57) WEDELIUS (Epist. prax. clin. p. 119.) de viro scribit, qui cum sponsa ludens alea, cum paroxysmum imminere sentiret epilepticum, properavit in conclave suum, et lecto incidens facie prona, cum nemo sciret, quare secessisset, hinc aliquo tempore post, mortuus fuit repertus.

58) HENKE *Handb. d. speciell. Pathol.* 2. *B.* p. 358. §. 1175. (Errat vero, dum contendit, *saepius* prodroma deesse.)

59) Ne de pueris epilepticis loquar, utpote qui de propriis sensationibus difficulter debitam rationem reddant, ad adultos provoco, quorum quinque ex meis aegrotis paroxysmi adventum neutiquam praevidebant, ita ut nullo securitatis momento vel domi vel foras fruerentur. Terribilis conditio!

60) An. 1816. mense januario judaeus plicosus 25. annorum consilium meum pro epilepsia exposcebat, qua ab octo jam annis sine nota caussa laborabat, cujusque paroxysmi omni mense, praevia *vitiligine alba*, excepta facie, universum corpus obtegente, annuntiabantur. Finito paroxysmo impetigo evanescebat per tres septimanas.

crampus [61]), rubor faciei, vasa capitis turgida [62]), illius gravitas, obnubilatio, dolor obtusus, vertigo, somnus profundior solito, insomniis, concussionibus gestibusque peculiaribus [63]) perturbatus; vigiliae, visiones [64]), halucinationes variae [65]), tristities cum proclivitate ad iram, timor [66]), serenitas mentis inconsueta [67]), amnesia, temulentia, scintillae, iridis colores [68]) ante oculos, a caligine obfuscatos, corruscantes; caecitas [69]), lacrymatio, strabismus, susurrus aurium [70]), perceptio morbosa odorum [70]), saporis dulcis [71]); ster-

61) Locher obs. pract. p. 41.

62) Portal *cours d'anat. méd.*

63) e. c. frictione labiorum (Dreyssig l. c. p. 192.).

64) Godart in *Journ. de méd. T.* 13. p. 393. (objecta justo majora apparentia) Portius med. consider. rar. (femina visa sibi quasi in speculo suam imaginem videre).

65) Peiroux obs. med. p. 90.

66) In puella 13. annorum, ann. 1816. in Clinico Vilnensi degente, appropinquans paroxysmus peculiari *timiditate* annuntiabatur.

67) Paullini Obs. phys. med. Cent. III. obs. 13.

68) Aretaeus de causs. et sign. morb. acut. L. I. c. 5.

69) Eph. nat. cur. Dec. II. An. 7. obs. 161. Dec. III. An. 5. 6. obs. 28.

70) Dreyssig l. c. p. 197.

71) An. 1815. puer duodecim annorum quondam tinea capitis et epistaxi obnoxius in clinico Vilnensi degebat, qui sine evidente caussa in epilepsiam incidit, quorum paroxysmi a vertigine et anxietate nec non a *saporis dulcis perceptione* annuntiabantur.

sternutatio, salivae profluvium [72]), lingua debita volubilitate destituta, gravis, oscitatio [73]), pandiculationes, singultus [74]), anxietas, incubus [75]), cordis palpitatio, constrictio faucium pectoris abdominis, nausea, vomitus [76]), borborygmi, faeces peculiari foetore insignitae, urina copiosa aquea, cruenta; et maxime *aura* sic dicta *epileptica*, sensus scilicet afflatus frigidi vel calidi, a quodam corporis loco ad caput ascendentis, interdum inde descendentis [77]), vel in epigastrio desinentis. Loca, ex quibus aura originem ducere solet, testantibus propriis et aliorum observationibus, sunt: extremitates superiores [78]), inferiores [79]), digiti manuum [80]), pedum [81]), inguina [82]), hypo-

72) Idem puer.

73) In multis.

74) In ancilla an. 1798. in nosocomio Vindobonensi degente.

75) Forestus L. X. Obs. 53. — Cfr. P. II. Vol. I. Sect. I. C. X. §. XLVI. 1.

76) Inter 21. epilepticos, in Clinico Vilnensi pertractatos, vomitus apud septem appropinquantem annuntiabat paroxysmum.

77) Aura epileptica a partibus superioribus *descendens* fuerat observata a Schelhammer in M. N. C. Dec. II. An. 7. p. 374.

78) Eph. nat. Cur. Cent. I. obs. 88.

79) Rademacher in Loder's *Journ. f. d. Chirurg.* 4. B. 1. *St.* p. 53.

80) Lamotte Chirurgic. Obs. 177.

81) Eph. Nat. Cur. Dec. II. An. 1. obs. 161.

hypochondria [83]), abdomen [84]), lumbi [85]), columna vertebralis [86]), et vertex capitis [87]). Quacunque vero ex parte aura epileptica veniat, dum extinguitur, paroxysmus ingruit.

Paroxysmus.

4. Ingruit, inquam, et utplurimum cum ejulatu, quandoque cum exclamatione [88]), quorum tamen miser jam conscius non est. Maxima aegrorum pars illico retrorsum humum prosternitur. Sunt tamen, qui prius gressus adhuc instituunt [89]), in gyrum trahuntur [90]), in circulo decur-

82) Bonetus sepulchr. anat. L. I. Sect. 12. Obs. 44.

83) Eph. nat. cur. Dec. I. An. 1. obs. 81.

84) Godart *Journ. de méd. T.* 18. p. 40.

85) Hellwig obs. phys. med. Aug. Vind. 1680. N. 56.

86) In ancilla 17. annorum, an. 1816. in clinico Vilnensi decumbente, aura frigida *per spinam vertebralem* ascendebat.

87) Fernelius Patholog. Lib. V. C. 3.

88) Puella 15. annorum, an. 1816. in Clinico Instituto Vilnensi observata, (de qua supra) ingruente paroxysmo *Jesus* exclamabat.

89) Boot de affect. omiss. c. 6. Schenk obs. med. L. I. N. 202. (Pluries vidi).

90) Kriegel Diss. de epilepsia rotatoria. L. Bat. 1722. Puer 11. annos natus, an. 1808. in Clinicum Vilnense susceptus, (de quo in actis meis Clinicis fortuito quaestio instituta non est) ingruente paroxysmo gressus adhuc faciens, in *gyrum rotabatur*, ita ut a custodibus, antequam humum caderet, lecto fere semper committi potuerit. Cfr. Valentin in prax. med. infall. p. 436. Wedel in Welschii diss. de epilepsia. Jenae 1719. p. 26.

currunt [91]), saltant [92]), aut totum stante corpore absolvunt paroxysmum [93]). Quocunque in casu evoluto paroxysmo pungi et uri possunt, quin vel minimum doloris indicium manifestent.. Paucis epilepsiae exemplis cum motibus abnormibus *partialibus* [94]) aut *unius lateris* [95]), exceptis, *universum corpus* modo adeo horrendo concutitur convelliturque, „ut, si se mutuo in accessionibus spectantes aegroti, quaecunque patiuntur, cernerent, non ultra vitam ducere tolerarent" [96]). Caput [illegible] mira

91) Bang prax. med. Hafn. 1789. p. 357.

92) Fabricius diss. de epilepsia saltator. Giess. 1738. Eph. ac. nat. cur. Dec. III. An. 4. obs. 68. An. 9. 10. App. 175.

93) Puer 14. annorum in Clinico Vilnensi anno 1816. degens, praeter magnos epilepsiae paroxysmos, sub quibus humum prosternebatur, minores quoque patiebatur, sub quibus quasi meditabundus capite retracto, oculis sursum conversis, sensibus internis et externis feriantibus, *situm erectum sustinebat.* Duratio paroxysmi ad pauca horae momenta protrahebatur.

94) Ballonius Paradigmata. N. 184. Marcellus Donatus de hist. med. mirabili. Frcf. 1613. L. II. C. 4. p. 156.

95) Amelunken de epilepsia e sinistro latere. Misc. Acad. Nat. Cur. Dec. II. An. 4. p. 194.) Merclin, de epilepsia solius sinistri lateris eaque period. feliciter curata. (Ibid. Dec. III. An. 5. et 6. p. 580.).

96) Sunt verba Aretaei l. c. c. IV. de curatione morbi comitialis. Sequuntur illa Swietenii l. c. §. 1073. paucis additis animadversionibus. Cum Tissoto enim fateor (l. c. p. 3. Art. 1.), summum Boerhaavii interpretem curriculum morbi tam graphice conscripsis-

mira velocitate et vi undique tractum rotatur, flectitur, et, nisi praesentes succurrant, occipite humum, temporibusque parietes, vicissim allidit. Quandoque collum riget inflexile, aliquando pronum incurvatur, ut maxilla pectori adhaerescat, in aliis versus scapulas retroflexum caput jacet, velut in illis, qui per vim crinibus trahuntur. Frons et cutis capillata capitis miro quandoque agitantur modo, pili eriguntur, supercilia moventur, deprimuntur et ad se mutuo accedunt simul, ut fit in hominibus indignantibus: oculi tunc fixi, tensi, prominuli, ut in iratis apparent. Palpebrae agitantur, et clauduntur plerumque, sed palpantes et tremulae raro integre clauduntur, sed inter palpebrarum distantes limbos oculi album apparet; saepe et sub palpebris clausis oculi magna velocitate rotantur, ita tamen ut fere semper cornea sub palpebra superiori occultetur. Oculi hinc, et inprimis pupillae, exploratio non sine difficultate locum obtinet. Attamen in multis corneam invenimus, splendore destitutam, fere rugosam, veluti cadaverosam, atque in nonnullis pupillam modo normalem, modo dilatatam, modo angustam, cum iridis motu nunc protracto, nunc deleto, nec semper sibi in utroque oculo simili [97].

se, ut nil supersit quam illius uti verbis. Interim Swietenii epilepsiae descriptionem ex Aretaeo maxime depromptam esse, ipse magnus vir candide fatetur.

li [97]). Nunquam vero indicium obvenit, aegros lucem percipere, aut inde male affici [98]). Facies tumida, rubra, pallida, saepissime livida celerrima vicissitudine omnes animi affectus exprimit; labia contracta et elongata in acutum exporriguntur rostrum; mox retrotracta oris rictum ad aures fere usque producunt [99]). Spuma tenax, ductilis, alba, saepe cruenta ore expellitur, labiaque ac nares obducit. In nonnullis saliva odoris cadaverosi [100]), ac sanguis ex auribus manans [1]), observabatur. Haud raro occurrit stridor dentium, quo-

97) Pupillam dextram normalem, sinistram dilatatam vidi in femina 28. annorum, quae epilepsiae insultum an. 1811. in Clinico Vilnensi perpessa est.

98) Facile hinc est, varias auctorum observationes de conditione pupillae sub paroxysmo epileptico conciliare. Angustam esse contendunt Sprengel Inst. med. T. IV. Path. spec. p. 610. §. 526. Henke *Handb. d. speciell. Therapie.* 2. *B.* p. 358. Contrarium defendunt Metzger *Syst. d. gerichtl. Arzneyw.* 4. *Ausg.* 1814. p. 383. 384. Schmidtmüller *Handb. d. Staatsarzneyk. Landsh.* 1804. p. 238. Schmalz *Vers. e. med. chir. Diagnostik in Tabellen.* 2. *Aufl. Dresd.* 1812. p. 115. N. 9. Cfr. Dreyssig l. c. p. 200 sq.

99) Quod tam celeri reciprocatione factum vidit Boerhaave, ut in vertiginem raperet videntem.

100) Tissot l. c. p. 5.

1) Macbride *System. Einl. in die theoret. u. prakt. Arzneyk.* 2. *Th.* p. 896.

quorum fragmenta eliminantur [2]). Maxilla inferior quandoque a superiore abducitur tanta vi, ut luxetur antrorsum [3]). Alias ea trismi instar superiori adhaeret. Saepissime mutuo adductis maxillis, lingua ex ore forte hiante prominens et intercepta, graviter dentibus vulneratur [4]), vel pars ejus integra abscinditur [5]). Venter et praecordia intumescunt. Respiratio miris turbatur modis; in multis oritur nixus validus respirationis, ut in illis, quibus suffocatio imminet, et edunt talem sonum, qualem vidimus in robustissimis hominibus, dum valido nixu grave pondus elevare, vel obstaculum quoddam removere conantur. Plurimi rhonchos ducunt et stertore prehensi, suffocari videntur. Alii murmurant verba intersecta et incohaerentia, mugitus edunt [6]), animalium voces imitantur, rident [7]) et cantant [8]). In brachiis, manibus et digitis fiunt omnes motus extensionis, flexionis, rotationis, pronationis, supina-

2) Swieten l. c. Eph. Nat. Cur. Dec. II. an. 7. obs. 110. Cfr. hist. mirabil. §. LVIII. N. 4. (89.).

3) Swieten l. c.

4) Pluries glossitidem inde ortam vidi.

5) Aretaeus. Turner *Art of Surg. T. I. Obs.* 54. p. 358.

6) Cfr. §. LVIII. N. 4. (89.).

7) Roesler de risu involunt. in paroxysmo epilept. Misc. Ac. Nat. Cur. Dec. I. an. 3. p. 526. Dec. III. an. 5. 6. Opp. p. 132.

8) Commerc. lit. Norimb. 1741. p. 71. v. §. LVI. N. 6.

pinationis. Tanta interdum occurrit convulsionum vis, ut aegri nullo pacto coërceri possint [9]), aut, si coërceantur, ossa frangantur [10]). Praesertim vero contrahuntur manus, incluso pollice. Pugno pectus immaniter feriunt. In femoribus, cruribus et pedibus similes motus obveniunt, ac aegri, jugulatis tauris haud absimiles [11]), valide calcitrant. Pedum digiti quandoque adeo incurvati, ut apex hallucis calcaneum attingat. Pulsus incipiente paroxysmo celer et parvus, in fine vero major, sed languidus et tardior, in universum inordinatus. Cor nonnunquam vehementer vibrat [12]), sanguis e naribus erumpit [13]), singultus [14]) urget. In plurimis borborygmi [15]) per abdomen tumidum

 decur-

9) Robbertus Sibbaldus in *Scotia illustrata* exemplum habet de puella epileptica, quae patrem suum, alias virum robustum, in coërcenda aegra intentum, secum ad altitudinem trium pedum et ultra a solo elevabat.

10) I. Smith in *the Lond. med. Repos. Vol.* 4. 1815, *Sept.* Crus utrumque in aethiope fractum refertur in *Götting. Anzeig.* 1771. 8. *St.*

11) Comparatio Aretaei. l. c.

12) Pechlin l. c. L. II. obs. 29. p. 285. Pluries ipse observavi.

13) Stahl. Ther. med. ver. p. 1355.

14) Weiss de singultu epileptico in Act. Acad. Nat. Cur. Vol. 3. p. 225. Pluries vidi.

15) Et fragor. v. Hagedorn Cent. I. obs. 10.

decurrunt, flatus [16]), faeces, urina et sperma involuntarie et cum vi [17]) excernuntur [18]) ac anus prolabitur [19]). Gravidae sub paroxysmo partum absolvisse sunt visae [20]). Testiculi saepe ad annulum abdominalem usque, nunc cum, nunc sine penis erectione retrahuntur. Haud raro vomitus et copiosa flatuum eructatio [21]) urget. Somnus, sive potius sopor [22]), sudor copiosus, et aliquando foetidus [23]), praesertim ad caput, collum et pectus, nec non apnoea [24]), aphonia [25]), et pollicum explicatio [26]), finem paroxysmi praesagiunt. Aeger, quid illo vigente contigerat, plane

16) Praesertim declinante paroxysmo. v. Ephem. Nat. Cur. Dec. II. An. 8. obs. 101.

17) Urina in infante epileptico ad decem pedum altitudinem prosiliebat. v. BAUMES *v. d. Konvuls. d. Kinder. A. d. Fr. Leipz.* 1791. §. 418. p. 328.

18) Haec symptomata aliquando initium paroxysmi constituere, jure monent WEPFER hist. cicut. aquat. Bas. 1716. p. 6. et SCHENK obs. med. C. p. 119.

19) SALMUTH Cent. I. obs. 31.

20) AMELUNKEN mulier epileptica in paroxysmo pariens gemellos. Misc. Ac. N. C. Dec. II. an. 4. p. 213.

21) De epilepsia cum ejectione per gulam scarabaeorum (!) legitur in Misc. Nat. Cur. Dec. II. an. 1. 1682. p. 316.

22) CILIANO de epilepsia somnifera (Act. acad. N. Cur. Vol. 9. p. 361.).

23) DE HAEN ratio medendi P. V. C. 3. §. 5.

24) In femina 30 annorum in Clinico Vilnensi an. 1811.

25) Sic in puero illo duodecim annorum, qui an. 1815 in Clinico Vilnensi decumbebat.

26) WEDELIUS.

ne ignorat. Duratio paroxysmi varia, a paucis horae momentis ad horam unam alteramve usque [27]. Saepe unus isque diuturnus paroxysmus ex plurimis aliis iisque brevibus componitur, concessa quadam quiete intermedia. Redeunt paroxysmi, quovis anno [28], mense [29], quavis hebdomade [30], vel semel [31], bis, ter [32], sexies [33] et [illegible] ultra

27) Barbette Praxis medicinae et chirurgiae p. 14. *Voyage de la Perouse. T. IV.* p. 65.

28) Tale exemplum nunc sub oculis habeo. Cfr. Testa *Bemerk. üb. d. period. Veränd. u. Erschein. in krank. u. gesund. Zustande d. menschl. Körpers. Leipz.* 1790. p. 293. (Omni anno festo Sti Joannis rediens) Amelunken Misc. N. Cur. Dec. II. An. 4. p. 193. (Die natali parentum). Szymkiewicz, medicus quondam Vilnensis, mihi an. 1815. retulit, se curare epilepticum, cujus paroxysmi semel de anno die aequinoctii autumnalis jam per lustrum regulariter redeunt.

29) Plurima mihi obvenerunt exempla, inter quae illud saltatoris Itali Angiolini, qui omni mense lunari aeque regulariter in paroxysmum incidebat, ac feminae catamenia accipere solent. Similia occurrunt in Eph. Nat. Cur. Dec. II. An. 2. obs. 148.

30) Puer an. 14. Clinici Vilnensis. an. 1816., omni die Veneris paroxysmum epilepticum experiebatur.

31) St. George *mention of a person having a regular epileptik fit every day of a cert. hour (Phil. trans. T.* 1696. p. 223.).

32) Virgo an. 17. an. 1816. in Clinico Vilnensi curata, ter de die, horâ scilicet sexta matutina et vespertina nec non circa meridiem, paroxysmum epilepticum a horae dimidio ad horam integram protractum experie-

ultra [34]) de nychthemero, nunc diurno solum tempore, nunc noctu tantum, nunc indiscriminatim, sine omni ordine.

Intervalla libera.

5. „Superato paroxysmo aegri ab initio membris segnes sunt, caput grave sentiunt, dissoluti, languidi, pallentes, pusillanimes, ob lassitudinem et morbi verecundiam [35]) contristati" [36]). Totum quoque corpus a paroxysmo dolet, ceu fustibus contusum esset. Multi reliquias paroxysmorum patiuntur, scilicet affectionem linguae, laesiones capitis, extremitatum, ecchymomata faciei [37]), vomitum et diarrhoeam cruentam [38]) aliaque in prognosi recensenda. Nonnulli epileptici absoluto paroxysmo non solum nil amplius patiuntur,

batur. Cfr. Lewenheim de epileps. period. ter singulis dieb. invadente, cum addend. George Detharding in M. Ac. Cur. Nat. Dec. I. An. 2. Dec. III. An. 78. App. p. 71.

33) Tulpius obs. med. Amstel. 1672. L. I. C. II.

34) Trincavelli Consil. L. I. Cons. 25. v. Mercur. compilat. p. 167. (centum quinquaginta de die). Innumerabiles parvulos paroxysmos in puero vidi.

35) Ita pudet nos adhuc nostrae miseriae!

36) Aretaeus de causs. et sign. morb. acut. L. I. C. V. p. 3.

37) Tissot l. c. p. 12. „*Il est surtout très fréquent que le visage reste parsemé de petites taches rouges, suites du sang extravasé, qui se dissipent quelquefois au bout de quelques heures, mais que j'ai vu durer plusieurs jours.*"

38) Swieten l. c. §. 1077.

tiuntur, sed sese recreatos persentiunt, quod tum serenitate mentis, tum alacritate corporis, tum somno et appetitu optimo patefaciunt, eousque certe, donec novus non appropinquetur paroxysmus. Nonnulli absurdorum esu delectabantur [39]). Qui diu epilepsia affliguntur, tandem peculiarem solent contrahere physiognomiam [40]).

§. LIV.

Autopsiae Cadaverum.

1. Pathologia anatomica epilepticorum speciatim exculta est a WEPFERO [41]), CRELLIO [42]), LA ROCHE [43]), POUPARTIO [44]), GREDINGIO [45]), RHAE- Generatim.

39) LENTILIUS in Misc. Acad. Nat. Cur. Dec. II. A. 2. 1683. p. 327.

40) DUMAS *obs. sur la physiognomie propre à quelq. mal. chroniques, et en particul. à l'épilepsie. In Nouv. bulletin de la Soc. philomat. T.* 2. *An.* 3. (1810.) p. 165. et SEDILLOT *Recueil périod. de la Soc. de méd. de Paris. T.* 39. p. 380.

41) De epilepsiae anatome. Misc. N. Cur. Dec. III. an. 2. 1694. p. 196.

42) Notatu maxime digna valdeque singularia in cadavere mulieris a pueritia claudicantis et epilepticae observata. Acta Acad. N. Cur. Vol. 9. p. 233.

43) *A case of epilepsy, with an account of the appearances upon dissect. Med. and phil. Comment. by a Soc. in Edinb. Vol. I.* p. 200.

44) *Ouverture et descript. d'un garçon de* 17. *ans mort de l'épilepsie. Mém. de l'ac. R. de Paris. A.* 1705. p. 49.

45) *Sämmtl. med. Schriften. Greiz* 1790.

Rhaeto [46]), Esquirolio [47]), Wenzelio *) aliisque enumerandis.

Vitia encephali.

2. Epilepticorum *encephala* exhibuerunt *crania* parva [48]), peculiari modo conformata [49]), crassa [50]), cum fronte plana [51]), suturis male positis [52]), diploë interna incurvata [53]), lamina cribrosa depressa [54]), vestigiis violentiarum quondam perpessarum [55]), sincipite complanato et compresso [56]), intumescentiis abnormibus cartilagineis

46) Quaedam notabilia in cerebris trium ex epilepsia mortuorum observata. *Phil. trans. T.* 1727. p. 315.

47) v. infra (15.).

*) v. infra (18.).

48) Otto *Seltene Betrachtungen zur Anatomie, Physiologie und Pathologie gehörig. Breslau* 1816.

49) Bonet sepulchr. anat. L. I. Sect. 12. add. obs. 4. Praesertim ad basin. v. Wenzel opus cit.

50) Fantonius obs. med. sel.

51) Hinze in Baldinger's *n. Magazin.* 14. *B.* p. 472.

52) Bartholinus anatom. reform. L. IV. C. 5. Bonet l. c. Append.

53) Eph. N. C. Dec. I. an. 2. obs. 35.

54) Otto l. c.

55) Boret Diss. de epilepsia ex depresso cran. Regiomont. 1734. Halleri coll. diss. pr. Vol. I. N. 5. §. 19. Greding l. c. 1. *B.* p. 290. Impressio extus et eminentia intus magnitudinis nucis juglandis ad suturam coronalem et sagittalem, ab ictu in juventute accepto). Clossy *observ. taken of morbid bodies. Sect. I.* (Tumor in osse frontis ab ictu).

56) Baldingers *n. Magazin.* 14. *B.* 6. *St.* p. 472.

gineis externis [57]), tophis [58]), exostosi [59]); carie [60]), globulo sclopetario intra ossa cranii haerente [61]), — *duram matrem* cranio firmiter adhaerentem [62]), a lamina ossea irritatam [63]), erosam [64]), densam et partim fere cartilagineam [65]), asperam [66]), cum tumore [67]) et excrescentiis scirrhosis [68]), fungosis [69]), abscessu [70]), concremen-tis

57) WEPFER de morbis capitis. p. 35.

58) LOCHER obs. pract. p. 81.

59) LOEHRL de morbis ossium in genere. p. 22. QUARIN animadversiones. p. 19. 22.

60) BONET l. c. obs. 3. ZECCHIUS consil. N. 9. LEVELING diss. de carie cranii militis quondam venerei, postea epilept. Ingolst. 1774. VEIRAC in *Verhandelingen van Haarlem.* XIV. p. 49.

61) DIDIER Pathol. p. 316.

62) BERTRAM diss. de spasmo ab inanitione conjecturae. Hal. 1781.

63) MECKEL *Recherch. sur les caus. de la fol. obs.* 44.

64) RUMLER obs. N. 53.

65) ANDERSON *Transact. of the R. Soc. of Edinb. T. II.* 1790. v. *Abh. f. pr. Aerzte.* 13. *B.* p. 711. METZGER *verm. med. Schriften.* 1. *B.* p. 193.

66) LIEUTAUD Histor. anat. med. L. III. obs. 18.

67) SCHELER de epileps. et dol. cap. ex tumore durae matris scirrhoso in Advers. med. pract. Vol. II. P. III. p. 493. BALDINGER diss. de epilepsia ex tumore durae matris scirrhoso et carie cranii. Jen. 1771.

68) *Journal de médecine. T. XIV.* p. 319.

69) LARREY in *Bulletin de la Faculté de méd. de Paris* 1811. N. 1.

70) FERNELIUS Patholog. L. V. C. 3.

tis calculosis [71]), ossiculo in falce cerebri [72]) et in tentorio [73]), gelatina sub illa [74]), polypum in sinu longitudinali [75]), ad parietem lateralem illius ossiculum punctis acutissimis instructum [76]); — *piam matrem* justo crassiorem, mucosam, coloris caerulei [77]), cum tumoribus spongiosis [78]), vasa sanguinea repleta [79]), calculos [80]), vesiculas [81]), inter

71) Bonet l. c. addit. obs. 9. p. 276. Blancardi anat. pract. Cent. I. obs. 41. p. 96.

72) Eph. N. cur. Dec. I. an. 4. 5. obs. 35. Henkel *Samml. med. chir. Anmerk.* 8. *B. N.* 25. Bonet l. c. obs. 27. Conradi *Handb. d. pathol. Anat.* p. 352. La Motte chirurg. obs. 171. *Istor. med. concern. la descriz. di una malattia accompagn. da una ossificazione della falce messoria, di* T. Manotti v. *Atti di Siena. T.* 2. p. 176.

73) Boerhaave l. c. p. 53. Fasch diss. c. p. 15. Willisius anim. brut. Oxon. 1672. C. XI. p. 167. C. XII. p. 179. C. XIII. p. 187. Greding l. c. p. 295.

74) Poupart in *Hist. de l'ac. R. des Sc. à Paris* 1705. Drelincourt in Bonet sepulc. l. c. addit. obs. 8. (ad altitudinem digiti minimi transversi).

75) Wagner epist. de morb. insanabil. curat. Lips. 1792.

76) Hunauld in *mémoires de l'acad. R. des sciences à Paris* 1731. Hist. p. 44.

77) Greding l. c. p. 296.

78) Greding l. c. p. 298. Gunz prolusio II. de cerebro. Lips. 1744.

79) Johnstone *account of an epilepsy.* in *Med. observ. by a Soc. of Phys. in Lond. Vol.* 2. p. 115.

inter meninges, illarum ossificationem [82]) et concretionem cum cerebro [83]); — *cerebrum* foetidum [84]), siccum [85]), molle, pultaceum, aquosum [86]), partim in gelatinam conversum [87]), laxum simulque tenax [88]), tuberculosum [89]), durum [90]), et elasticum [91]) cum scirrho substantiae corticalis [92]), concremento [93]), callo [94]) et nodo [95]) scirrhoso, steatomate [96]), osse [97]), globo tor-

80) Michaelis v. Siebold's *Beobacht. u. Erfahr.* 3. B. p. 88.

81) *Hist. de l'ac. R. des sciences* 1711. p. 35.

82) Kortum in Hufeland's *Journ.* 1812. *April.*

83) Morgagni de sed. et caus. morb. Ep. IX. 25.

84) Greding l. c. p. 306. (Inter 5 epilepticos ter id observabatur).

85) Salzmann obs. anat. p. 49.

86) Greding l. c. p. 308. (Inter 20 epilepticos 8 fuere, in quibus indicata cerebri conditio locum obtinuit).

87) Schmidt observat. chir. obs. 5.

88) Soemmerring in nota ad opus Baillie. p. 278.

89) Bader obs. 25. 31.

90) Anderson l. c. Rudolphi *Resultate d. Obduct. eines am Schlagfluss verstorb. Epileptischen,* in Horns *Archiv.* 1813. *Mai — Dec.*

91) Morgagni op. c. Epist. VIII. 4. 6. 8. 9. 11. 12. 15. Ep. IX. 19. Ep. X. 7. Meckel in *hist. de l'ac. R. de Berl.* 1766. *T. XX.*

92) Pacchioni apud Morgagni l. c. Ep. IX. 24.

93) Fantoni animadv. in opusc. Pacchioni. Anim. 22. — Idem Opusc. med. phys. Genev. 1738. p. 37.

94) Plater observ. L. I. p. 109.

95) Kaau Boerhaave in Nov. comment. Ac. scient. Petrop. T. I. obs. anat. 3. Morgagni Ep. IX. 24.

tormentario [98]), tumore cystico [99]), substantiam erosam, sero bruneo [100]), vel pure [1]) repletam, aquae innatantem [2]), ulcus [3]), sphacelum [4]), serum in ventriculis anterioribus [5]) et in ventriculo tertio [6]), commissura anteriore orbato [7]), ventriculos illos exsiccatos [8]), angustos [9]), materie adiposa [10]),

96) RHODIUS obs. Cent. I. obs. 55.

97) BONET l. c. obs. 113. ANT. DE POZZI in miscel. Nat. Cur. Dec. I. An. 4. obs. 34. VIEUSSENS *hist. des mal. internes.*

98) DIDIER Pathol. p. 316. (Miles globum tormentarium in anteriori cerebri parte circumgerebat, sanitate nil laesâ; quoties vero in dorsum decumbebat, insultu epileptico corripiebatur).

99) RUDOLPHI l. c.

100) MORGAGNI l. c. Epist. IX. 20.

1) BORRICHIUS in BONET Sepulc. l. c. Sect. XV. obs. 18 p. 371. (amplitudinis ovi gallinacei).

2) BARTHOLINUS hist. anat. Cent. III. N. 80. BONET l. c. Sect. XII. obs. 1. 2. (omnis cerebri substantia ventriculi, medulla spinalis aqua plena in femina epileptica). BANG in Act. Soc. R. Havn. Vol. I. p. 283.

3) MUZELL *Wahrnehm.* 2. *B.* *N.* 21.

4) SALMUTH obs. Cent. III. N. 22. Cfr. SCHMIDT l. c. N. 3.

5) RIVERII opp. Genev. 1737. p. 473. MORGAGNI Ep. IX. 3. GREDING l. c. p. 311. 312. 313. 317. MEJER in BALDINGER's *n. Magaz.* 4. *B.* 1. *St.* p. 1. LA ROCHE in *Med. Comment. v. Edinb.* 1. *B.* p. 229.

6) GREDING l. c. p. 317.

7) GREDING op. c. 2. *Th.* p. 322. (In tribus cadaveribus).

8) Idem l. c. p. 312.

sa [10]), pure [11]) repletos, hydatides in plexu choroideo [12]), corpus striatum coloris brunei profundi [13]), vasa sanguinea encephali turgida [14]), ad basin cranii variis in locis ossificata [15]), steatoma molle nucis magnitudinis in ventriculo quarto [16]), item glandulam pinealem [17]), et glandulam pituitariam abnormes [18]); — *cerebellum* cum tumore [19]), osse [20]); — *medullam oblongatam* duram, fere cartilagineam [21]).

3. *Me-*

9) Schultz in Misc. Acad. N. C. Dec. I. An. 2. 1671. p. 120.

10) Borelli obs. med. phys. Cent. II. obs. 78.

11) Misc. N. Cur. Dec. II. An. 3. p. 150.

12) Greding l. c. p. 314. (creberrime). Johnston in *medical observ. and inquir. Vol. II. N.* 6.

13) Morgagni l. c. epist. IX. 20.

14) Rudolphi l. c.

15) Esquirol *obs. sur les altérat. trouvées chez plus. individ. morts d'épileps.* v. Leroux *Journ. de méd. T.* 39. 1817. p. 424—429.

16) Horn l. c.

17) Desportes in *hist. de mal. de St. Dominique. Vol.* 2. p. 209.

18) Jos. Wenzel *Beobacht. üb. d. Hirnanhang fallsücht. Pers. Frankf. a. M.* 1810. Kelch *Beytr. z. pathol. Anatomie. Berlin* 1813.

19) Meier l. c.

20) *Observ. anat. sur un corps osseux trouvé dans le cervelet d'un jeune homme épilept.* p. Lieutaud in *Mém. de l'ac. R. de Paris a.* 1737. hist. p. 91. Ed. oct. An. 1737. p. 71.

21) Autenrieth Physiol. §. 1041.

Vitia columnae vertebralis. 3. *Medulla spinalis* detecta est modo mollior, modo durior, membrana illius vascularis brunei coloris, arachnoidea lamellis osseis obsessa [22]).

Vitia nervorum. 4. Exhibuerunt *nervus phrenicus* in medio curriculi sui et prope diaphragma tumores scirrhosos [23]), *nervus vagus* similem tumorem [24]), *nervus ischiaticus* [25]), *nervus cruralis* [26]) concrementa. Epilepticorum unus, *nervos olfactorios* firmissimos habuit [26]).

Vitia aliarum partium. 5. Epilepticorum *pulmones* observabantur flaccidi, veluti humoribus destituti [27]); *cor* magnum et cum pericardio concretum [28]), illius parietes crassiores cavitatis diametro imminuta [29]), polypum

22) Esquirol l. c. Cfr. Reid in *Transact. of the associat. of the King's and Queen's college of physicians in Ireland. Vol. I. Dublin* 1817.

23) Haen Rat. med. P. V. p. 128. Lieutaud hist. anat. med. Lib. II. Sect. VI. obs. 787. T. II. p. 251.

24) Cappel diss. de epilepsia e tumore, nervo vago inhaerente, orta. Helmst. 1781.

25) Mason et Covercelli. *Epilepsie determinée p. une concret. sur le trajet du nerf sciat.* v. *Bulletin des sc. méd. T. II.* p. 187.

26) Ploucquet diss. Triga obs. med. Tub. 1787.

26) Rudolphi l. c.

27) Swieten l. c. Greding l. c. 1. *B.* p. 341. Cfr. Bonet l. c. Sect. XII. obs. 34.

28) Warren. v. Brera *giorn. di med. prat. Vol.* 4.

29) Esquirol l. c.

pum continens [30]; *ventriculus* tenuis [31], tenax [32], inflammatus [33], erosus [34]; *intestina* cum moneta quondam deglutita, ad valvulam coli haerente [35], cum concremento carnoso [36], cum globulis pinguibus illis inhaerentibus [37], erosa [38].

6. Contenditur tandem cadavera epilepticorum, in quibus *nil plane morbosi* reperiebatur, aperta fuisse [39]. Quin aliorum observationes in dubium vocemus, liceat tamen animadvertere, nos in omnibus hujus generis pervolutis historiis ne unicam quidem invenisse, ubi sectio cadaverum, quo requiritur modo, locum obtinuerit. Ut nempe contendere possimus, cadaver epileptici nil morbosi exhibuisse, opus est, ut cerebrum non solum sed et medulla spinalis, nec non singuli nervi eorumque plexus et ganglia cum partibus annexis, sedulo perlustrentur. Caeterum concedimus, inter caus- **Monitum.**

30) Gould *an account of a polyp. found in the heart of a person died epilept. Phil. trans. I.* 1684. p. 537.
31) Misc. N. cur. Dec. I. an. 7. obs. 177. Dec. III. an. 7. 8. obs. 159. Eph. N. Cur. Cent. III. IV. app. p. 9. Cent. VI. obs. 91.
32) Eph. N. Cur. Dec. I. An. 6. 7. obs. 187.
33) Morgagni op. c. Epist. 62. Art. 2.
34) Sorbalt univers. medicina theoret. et pract.
35) *Breslauer Sammlung* 1721. 1. *Th.* p. 413.
36) Ibidem 1725. p. 421.
37) Eph. Nat. Cur. Dec. II. an. 2. obs. 152. schol.
38) Harder apiar. obs. 99.
39) Willisius Pathol. cerebri Cap. IV. p. 49. Tissot l. c. art. X. p. 147.

caussas epilepsiae dari haud paucas, a quibus effectus evidentes in textum corporis neutiquam expectari licet, unde SWIETENIUS sapienter ait [40]): „Dum, viso epileptico territus, homo corripitur eodem morbo, quis definire audebit, quid tunc mutatum fuerit in corpore?" Et paululum infra: „Quis dabit rationem, quare nobilis femina toto graviditatis tempore epileptica esset, dum marem utero gestaret, minime vero si sequioris sexus foetum?"

§. LV.

Caussae.

C. praedisponentes.

1. *Praedisponunt* ad epilepsiam: vitium hereditarium [41]), congenitum [42]), idiosyncrasia [43]), aetas

40) l. c. §. 1076.

41) Facta huc spectantia inveniuntur praecipue apud STAHL diss. de heredit. dispositione ad var. affect. Halae 1706. p. 48. ELBENFELD diss. epilepsiae haeredit. cas. exhibens. Duisburg 1705. BAUMES *v. d. Convulsion. d. Kinder. A. d. Fr. Leipz.* 1791. §. 6. p. 7. ROUGEMONT *Abhandl. üb. d. erbl. Krankh. A. d. Fr. Frankf.* 1794. p. 111. MICHAELIS *med. Bibl.* 1. *B.* p. 360. DREYSSIG l. c. p. 218. aliosque. (Cfr. P. II. Vol. I. §. III. 2. (86)). ZACUTUS LUSITANUS de viro epileptico testatur, cujus non solum octo filii sed et tres nepotes epilepsia laborabant. Luculentissima tandem exempla epilepsiae in familiis quibusdam praesenti aevo thronum occupantibus occurrunt. Cfr. BATT l. c.

42) Observationes generales circa morbos nervosos *con-*

aetas juvenilis, infantilis 44), pubertatis epo-
cha

genitos (l. c. 3.) et speciatim relate ad epilepsiam valent. Maxime imaginatio matris, excitata per conspectum epileptici, hic consideranda venit. De quo argumento legantur HILDANUS obs. chir. Cent 3. obs. 8. p. 191. Eph. N. Cur. Dec. II. An. 4. App. HOFFMANN Diss. de morbo foetuum in utero materno. Hal. 1702. p. 9. REINIGER diss. de prole parent. culpa luente. Lips. 1774. p. 37. BOERHAAVE et SWIETEN l. c. §. 1075. Curae protractae idem efficiunt teste CHAMBON *Ueb. d. Krankh. d. Kinder. A. d. Fr.* 1. *B*, p. 333. SENNERTUS (L. I. P. 2. C. XXI. p. 590.) opinionem refert „*in eclipsi lunari natos epilepsiae esse obnoxios.*"

43) Nisi enim peculiaris admittatur *idiosyncrasia*, de effectu multarum caussarum epilepsiam aut illius paroxysmos excitantium, nulla plane ratio reddi potest.

44) FORST diss. de epilepsia puëror. L. B. 1680. JAEGERSCHMIDT de infante epilept. cognoscendo, curandoque. Altdorf 1684. JOHNSTON diss. de mot. convulsiv. et epilepsia infant. L. B. 1693. PIERSTEN de epilepsia pueror. L. B. 1684. B. BRUNO diss. de epilepsia puerili. Altd. 1699. ZEIT diss. de convuls. infant. in STOLL. diss. ad morb. chron. pertin. ex ed. EYEREL Vol. 3. p. 179. BAUMES l. c. p. 324. ROSEN diss. de epilepsia juvenili. Upsal 1754. DREYSSIG l. c. p. 215. Caussa cur infantes et juvenes praecipue ad epilepsiam dispositi sint, in majori sensibilitate et irritabilitate nervorum et musculorum, quibus instruuntur, quaeritur. (BOER *Versuch e. Darstellung d. kindl. Organismus in physiol., pathol. u. therapeut. Hinsicht. Wien* 1813. p. 55.). Inter 35. epilepticos MASIUS

cha [45]), sexus, ut contendunt, femineus [46]), ingenium perspicax, altum [47]), clima frigidum [48]) tem-

numeravit 5. infantes septem annorum; 4. inter 8 et 16. annum, et 27. adultos; 15. mares, et 12. feminas. (*Beob. üb. d. Wirksamk. d. Valeriana u. d. Arseniks in d. Epilepsie* v. HUFELAND's *Journ.* 1813. *März* p. 43.).

45) BUCHAN *Hausarzneyk.*, *übersetzt mit Anmerk. von* SPRENGEL. p. 801. HOPFENGAERTNER *Bemerk. üb. d. menschl. Entwicklungen u. die mit derselb. in Verbind. stehenden Krankh. Stuttg.* 1792. p. 10.

46) Ad annum aetatis septimum epilepsia indiscriminatim utrumque sexum aggredi, serius autem feminas mares superare asserunt. Revera ultima die An. 1813. in nosocomio Parisiensi *Bicetre* 162. epileptici et in alio ejusdem urbis *La Salpetrière* 289. epilepticae numerabantur. (*Dict. des sc. méd. T. XII.* 1815. p. 518.). Ego inter 75. epilepticos 40. feminas numero; *at stricte convulsiones hystericas a vera epilepsia distinguendo.* Nimirum suspicor, quod, si quis severissime in diagnosi incedere vellet, ille exquisitam ac omnibus numeris absolutam epilepsiam frequentius apud mares, quam feminas inveniret; quae est etiam opinio HEBERDENI in Commentar. de morb. historia et curat. Ed. SOEMMERRINGII 1804. p. 125. Caussa frequentiae epilepsiae et convulsionum epilepticarum in feminis, illis aetatis infantilis similis videtur. Cfr. FALK diss. de epilepsia s. convulsivis motibus virginum. Goett. 1754.

47) Pauca, sed magna exempla hic recensere sufficiet, ait SWIETEN l. c.: „JULIUS CAESAR . . . . comitiali quoque morbo bis inter res agendas correptus est." (SUETON. Lib. I. C. 45. p. 59.). Epilepsiae obnoxii

tempus vernale [49]), diathesis scrophulosa, rhachitica [50]), plicosa [51]). Quae caussae praedisponentes seu proëgumenae maximam in epilepsia generanda sibi vindicare videntur partem, cum inter

fuerunt PETRARCA (in vita praefixa ejus operibus), FABIUS COLUMNA (in praefatione Phytobasani), FR. REDI (In vita praefixa ejus operibus). Et nostrum aevum exempla suppeditat.

48) De epilepsiae quidem frequentia conqueruntur *Itali* (PANAROLUS Pentecost. IV. obs. 42.); *Galli* (RONDELET meth. L. I. C. 36.); *Germani* (CAMERARIUS diss. cur. epilepsia hodie inter nos tam frequens sit? Tüb. 1680.), THOMASIUS de epilepsiae frequentioribus caussis, quare scilicet tam frequens Norimbergae occurrat. Miscel. Acad. N. C. Dec. III. An. 3. p. 323.); et *Sueci* (LINNAEUS *Untersuch. u. Ursach. d. fall. Sucht in Schonen u. Wernshörad* v. *Schwed. Abhandl. J.* 1742. p. 309.); at nullibi, ni fallor, querelae hujusmodi majori jure institui possent, quam in *Rossia* septentrionali, in *Curlandia* (LICHTENSTEIN in HUFELAND'S *Journ.* 1819. S. *St.* p. 77.) et in *Polonia:* spatio enim sedecim annorum sexaginta et ultra epilepsiae observationes in Lithuania colligere potui.

49) HIPPOCRATES epilepsiam morbis vernalibus adnumerat (Aphorismi Lib. III. aph. 20.) et TISSOTUS l. c. fatetur epilepticos plus verno pati, quae observatio me hucusque aufugit.

50) Sic in dimidia aegrorum meorum parte: sique cum aliis *habitum epilepticum* admittere vellem (PETIT Ergo tantum ab habitu epilepsia. Paris 1662.), foret ille certe *scrophulosus et rhachiticus.*

51) Plurimi epilepticorum meorum Lithuanorum ex stirpe plicosa descendebant.

caussas excitantes mox enumerandas, nec una inveniatur, quae pluries, quin epilepsia subsecuta sit, non egerit.

C. excitantes.

2. Praeter caussas, quae ex autopsia cadaverum elucent [52]), epilepsiam vel saltem singulos illius insultus, *excitant* concussiones cerebri [53]) et columnae vertebralis [54]), eorum vulnera [55]), fracturae; luxationes ossium [56]), laesio brachii [57]), tibiae [58]), tendinis Achillis [59]), corpus durum in genu [60]), tumor illius [61]), caries hallucis [62]), aurium

52) §. LIV.

53) Alberti Jurisprudent. med. P. I. p. 411. Mercklin de epilepsia ex contus. cap. Misc. Ac. N. C. Dec. II. an. 1. p. 217. Schelhammer epilepsia ex ictu in sinciput accepto post octennium gravis. (Ib. Dec. II. An. 6. p. 218.). Puella 13. annorum, quae an. 1816. in Clinico degebat, epilepsiam ab *alapa* inflicta, subsequente epistaxi, acquisivit.

54) Columna vertebralis praesertim a *casu* ex alto in nates, pati videtur, ex qua caussa pluries epilepsia ortum duxit, v. Manardus L. XIII. Ep. 6. Hoechstetter obs. Dec. II. obs. 5. Hornung Acta med. p. 590.

55) §. LIII. 2. obs. Didier Bonet op. c. L. I. Sect. XII. obs. 26. Berengarius de fract. calvariae. Bonon. 1518. p. 71. Bonetus l. c.

56) Tissot op. c.

57) Maret in *nouv. mém. de Dijon* 1784 — 15. *Semestre.*

58) Rahn *med. Briefwechsel.* 1. *B.* p. 510.

59) An. 1815. mense Aprili pro centurione Polono epileptico in consilium vocatus fui, qui istam morbi sui caussam accusabat. In juventute onaniae deditus erat.

60) Loefler *Beytr. z. Wundarzneyk.* 1. *B.*

aurium affectiones e. c. corpora extranea in iis haerentia [63], ut globulus vitreus [64], avenae granum [65], mercurius [66], illarum purulentia [67] aut fluxus cohibitus [68]; oculi laesiones [69]; dentitio difficilis [70], inprimis eruptio dentium caninorum [71], vitia laryngis [72], vulnera thoracis [73], caries vertebrarum [74], ulcera pulmonum [75], dia-
phragma-

61) Rhodius Cent. I. obs. 58.

62) Bonet l. c.

63) Betheder *obs. sur l'épilepsie produite p. un corps étranger entré dans l'oreille.* (Villars et Capelle *Journ. de la Soc. de Santé et d'Inst. nat. de Bordeau. T. I.* p. 89.)

64) Fabr. Hildanus Cent. I. obs. 4.

65) Betheder in Capelle *Journ. de Santé. T. I.*

66) Erastus Disp. p. 58.

67) Hornung Cista. p. 394.

68) Demerehenc de la Conseillere in diss. de auditu. Ultraj. 1710.

69) Salmuth Cent. I. obs. 74.

70) Eph. N. Cur. Dec. I. an. 2. obs. 27. Dec. II. an. 10. obs. 100. Ideler in Hufeland's *Journ. 10. B. 3. St.* p. 201. Mosman *Accès d'épilepsie determinée p. la pousse des dents, cessant p. l'écartement forcé des machoires* (Graperon *Bulletin des sc. méd. T.* 2. p. 128.).

71) Hippocrates Aph. 25. S. 3. Chart. T. IX. p. 120.

72) Armet in *Journ. de méd. T.* 91. p. 117. *Juin. N.* 3. (infarctus).

73) Lamzveerde Append. ad Sculteti Armament. chirurg. (turunda in vulnus immissa).

74) Daniel *Pathologie.* 1. *Th.* p. 259.

phragmatis [76]), laesio pollicis [77]), morbi mesenterii [78]), lienis [79]), calculi fellei [80]), intestinales [81]), renales [82]), vesicae urinariae [83]), sanguis grumosus in collo vesicae retentus [84]), callus in pene [85]), funiculi spermatici ligatura [86]), violentiae testiculis [87]), hypochondrio dextro [88]) illatae, mala uteri, conceptio [89]), mola [90]), graviditas [91]), inpri-

75) HAEN Rat. medendi P. III. c. 2.

76) DANIEL l. c.

77) MERKLIN de epilepsia recurrente, a sinistri pedis pollicis laesione orta. (Observat. med. physic. Dec. I. An. 6. et 7. p. 112.)

78) RHODIUS Cent. I. obs. 61.

79) SCHENK L. I. N. 193. TULPIUS L. I. c. 9.

80) BAUMES in *Journ. de méd. T.* 47. p. 320.

81) LA MOTTE chirurgie obs. 174.

82) LA MOTTE l. c. obs. 173. REIL *Fieberlehre.* 4. *B.* p. 81. (per ureteres transeuntes). BRENDEL de calculo vesicae urin. renumque natal. Opusc. T. I. p. 59. TROJA *Ueb. d. Krankh. d. Nieren, Harnblase* etc. in *d. n. Samml. d. auserl. u. neuest. Abh. f. Wundärzte.* 18. *St.* p. 258.

83) BONET sepulc. anat. p. 288.

84) ZACUTUS LUSITANUS Prax. hist. L. VII. obs. 6.

85) WEIGANT de satyriasi epileptica infantis (Act. acad. Nat. Cur. Vol. 2. p. 402.).

86) THEDEN *n. Bemerk. u. Erfahrung.* 2. *Th.* p. 50. BROMFIELD *chir. Wahrnehm. a. d. Engl.* p. 113.

87) Cfr. hist. §. LVIII. N. 4. (89.).

88) SCHUBERT exempl. casus epilepsiae cum symptom. rarioribus. (Misc. Ac. N. cur. Dec. I. an. 2. p. 388.).

89) VOGEL Praelect. ac. edit. TISSOTI p. 499.

inprimis delitescente in utero puero [92]), partus laboriosus [93]), relicta secundina [94]); suppressio menstruorum [95]), lochiorum [96]), haemorrhoidum [97]), epistaxeos [98]), intermissio venae sectionis [99]) et coitus [100]), abusus potus vini [1]), alco-hol

90) BENIVEN. de abdit. morb. causs. C. 99. praegnantium. FERNEL L. V. pathol. C. 3. SCHENK in obs. ex FORESTO L. X. Obs. 66. GULLMANN motus epileptici falsae conceptioni supervenientes. (Eph. Nat. Cur. Cent. 9. et 10. p. 296.)

91) Eph. Nat. Cur. Dec. I. An. 3. obs. 160. Dec. II. An. 10. obs. 89. Dec. III. An. 9. obs. 208. Cent. X. obs. 27. FERNELIUS Path. L. V. C. 3. SCHENK L. I. obs. 205. RHODIUS Cent. I. obs. 60. SEUGNER Praes. REIL Diss. continens analecta ad doctr. epileps. Hal. 1801. p. 22.

92) LA MOTTE chir. compl. T. 3. p. 420.

93) PEREMBOOM in Nov. Act. nat. cur. T. 3. p. 20. MAURICEAU *obs. sur la grossesse et l'accouchement.* T. 2. obs. 3. 36. 51. 86. 90. 156. 194.

94) HULDERICHIUS l. c. §. 15.

95) SIGWART Diss. sistens cas. puellae post mensium suppression. epilept. Tub. 1780. Fasti medici exemplis hujus generis abundant et in propria praxi vidi.

96) HARDER in Misc. Ac. Nat. Cur. Dec. III. An. 2. obs. 100. (primipara) TIMAEUS A GULDENKLEE Epist. p. 476. GREDING l. c. p. 56.

97) HÜNERWOLF Misc. Ac. Nat. Cur. Dec. III. An. 1. obs. 119. GESNER *Entdeck. d. neuest. Zeit in d. Arzneygelahrth.* 3. *B.* p. 217. Tria hujus generis mihi in viris obvenerunt exempla.

98) HAGENDORN obs. med. Cent. I. obs. 20. fr. §. LIII. 2.

99) HOFFMANN de epileps. Obs. 12. Opp. T. III. p. 23.

hol [2]), theae [3]), cofeae [4]), motus nimius [5]), morborum cutis impedita evolutio aut incauta fuga, e. c. erysipelatis [6]), variolarum [7]), morbillorum [8]), scarla-

100) BONET l. c. obs. 44. TESTA l. c. p. 385. (post longos excessus venereos). CHAMBON DE MONTAUX *Abh. v. d. Krankh. unverheir. Frauenzimmer. A. d. Fr. Leipz.* 1787. p. 446. DREYSSIG l. c. p. 239. Epilepticum novi caste viventem, qui paroxysmi adventum ex peculiari morositate et gravitate capitis praesagit. Praesagium toties eventu non confirmatur, quoties pollutio nocturna ingruit. Referente Dr. HEBREAD inter 162. epilepticos nosocomii Parisiensis Bicêtre numerabantur 119. non collocati in matrimonio, 33. nupti, et 7. vidui. v. *Dict. des sc. méd.* l. c. p. 523.

1) FORESTUS L. IX. obs. 27. SCHENK L. I. obs. 218. GABELHOVER Cent. IV. p. 125. MITHOF diss. de sede irritamenti in epilepsia. Goett. 1788. p. 14.

2) RIEDLIN obs. Cent. III. N. 90. Commer. Liter. Norimb. 1736. p. 154. — 1745. p. 215. Eph. nat. cur. Dec. II. An. 8. obs. 85. PELARGUS *med. Jahrgänge.* 2. *B.* p. 183. GREDING l. c. 1. *B.* p. 131. Terribiles insultus epilepticos, ex ebrietate ope aquae vitae contracta observavi, ac in ea versor opinione, epilepsiam in regionibus septentrionalibus maxime ob abusum potus alcohol tam familiarem esse. De hac re consentit LICHTENSTEIN l. c. p. 73.

3) ROGGERT in TODE *med. chir. Bibl.* 7. *B.* p. 199.

4) DE MEZA in collect. Soc. med. Havn. Vol. I. N. 19.

5) BIERLING Adversaria curiosa. p. 218.

6) Misc. Ac. Nat. Cur. Dec. III. An. 9. et 10. obs. 200.

7) Quamvis convulsiones variolarum invasionem saepe concomitantes (P. I. Vol. II. C. XIV. §. LXVII. 1.) ad epilepsiam nequaquam revocari possint; attamen va-

scarlatinae [9]), miliarium [10]), psorae [11]), herpetis [12]), acho-

riolae hic silentio praeteriri nequeunt, quum doctrinam convulsionum in genere illamque epilepsiae in specie illustrent. Docent nempe, symptomata epileptica actioni irritanti contagii variolosi in systema nervosum adscribenda esse, et veluti crisin in exanthemate agnoscere. Lege de hoc argumento SWIETENIUM l. c. §. 1075. et HUFELANDUM *Bemerk. üb. d. natürl. u. inoculirt. Blattern.* 3. *Aufl. Berl.* 1798.

8) LAUB *Drey verschied. casus practici* in *Samml. der med. Soc. in Budissin.* p. 269. (— 2. Casus de puella ex morbillorum retrocessione epilepticis convulsionibus tentata et per tempus in aphoniam intercurrente). SWIETEN l. c.

9) CAPPEL *Abh. v. d. Scharlachausschlage. Gött.* 1803. p. 75. An. 1818. scarlatina Vilnae epidemica grassabatur, ac pauca vel nulla desquamatione terminari solebat. Frequens inde erat anasarca et hydrocephalus acutus. Hoc morbo, seu potius encephalitide ingruente, in multis status apoplecticus cum repetitis insultibus epilepticis ingruebat, ita ut de aegrotorum vita actum videretur. Nihilominus fere omnes ex orci faucibus eripere licuit, in primo morbi limine ope hirudinum ad tempora aliorumque antiphlogisticorum, serius per vesicatorium deraso capiti applicitum et calomel. Legi merentur, quae hoc de argumento in actis societatis Vilnensis auditor quondam meus, Dr. WRIBLEWSKI scripsit (*Pamiętnik Towarzystwa Lekarskiego Wilenskiego. T.* 2.).

10) BARAILLON in *Hist. de l'ac. R. de méd.* an. 1776. p. 220.

11) TRINCAVELLIUS Consil. L. I. N. 29. RIEDLIN Lin. med. 1696. p. 205. MARCELLUS DONATUS L. IV. c. 19.

achorum et tineae [13]), plicae [14]), ulcerum [15]); suppres-

p. 412. Schenk L. I. obs. 199. Lentilius Misc. T. I. p. 32. Sennertus Paralip. ad lib. V. Pr. N. 2. Hoffmann. Consult. Cent. I. N. 18. Bang *Auswahl aus d. Tageb. d. K. Krankenhaus.* p. 165. Loefler *Beytr. z. Wundarzneyk.* 1. *B.* Ackermann *Bemerk. üb. d. Kenntniss u. Kur einig. Krankh.* 4. *Heft. Altd.* 1798. p. 66. 67. Autenrieth u. Wagner Diss. de morb. ex scabie orientibus. Tüb. 1807. Autenrieth *Versuche f. d. pr. Heilk. aus d. klin. Anstalten v. Tübingen.* 1808. p. 304. Ejusdem Diss. de morb. mulier. ex scab. repulsa propullulant. Tub. 1813. Ipse plurimas epilepsias observavi, ubi saltem verisimile erat, morbum posse psorae incongrue fugatae originem debere.

12) Eph. N. Cur. Dec. II. an. 4. obs. 89. Rhodius Cent. I. obs. 62. Gilibert Advers. pract. p. 195.

13) Eph. N. Cur. Dec. II. an. 4. obs. 89. Schol. Timaeus Respons. N. 43. Hagendorn Cent. I. obs. 8. Diemerbroeck obs. et curat. C. N. 60. Coschwitz diss. de exanthem. seroso-lymphat. retrocedent. noxis. Hal. 1728. p. 13. Lentin *Beytr. Einleit.* p. 13. Sperri in *Nuovo giorn. della più recente letteratura medico-chir. T.* 7. p. 114. Maisonneuve l. c.

14) Lafontaine op. c. et Sedillot *Journ. gén. de méd. T.* 34. p. 109. Cembitzky de singulari pilor. vegetat. morbosa, quam trichoma polon. dicunt. Erf. 1808. p. 24. Inter tot mala, ex resecta praepostere plica observata epilepsia mihi hucusque non obvenerat.

15) Eph. N. Cur. Dec. II. an. 6. obs. 201. an. 7. obs. 144. Zacut. Lusitanus Pr. admir. L. I. obs. 29. Tulpius obs. LI. C. 8. Pechlin L. II. obs. 30. Bang in Act. Soç. med. Hafn. Vol. III. N. 10. Man-

suppressio sudoris [16]), ptyalismi [17]), refrigerium [18]), frigus [19]), inanitio [20]), ingluvies [21]), lac ab infantibus deglutitum depravatae (aliquando in una tantum mamma [22])) conditionis, vel facile nimis in

gor ib. Vol. II. N. 35. Trampel *med. chir. Bemerk.* p. 66. Lanzoni de epilepsia ex ulcere in crure sanato (Misc. Ac. N. Cur. Dec. III. an. 2. p. 38.).

16) Eph. N. Cur. Dec. III. An. 3. obs. 106. Monro *Account of diseas. most frequent in the british military hospit.* p. 237. Idem fatentur medici militares Galliae. v. *Dict. des sc. méd.* l. c. p. 518.

17) Tissot l. c.

18) Dolaeus Encyclopaed. p. 106. Lentin in Hufeland's *Journ.* 14. *B.* 3. *St.* p. 13.

19) Eph. nat. cur. Dec. II. An. 2. obs. 160. Benivenius de abdit. morbor. causs. C. 46. Dolaeus in Encycl. dogmat. (Habet exemplum de Principe quodam epilepsia alias obnoxio, qui frigori intentissimo se committens statim in via hoc malo correptus, tanta vehementia, ut confestim vitam cum morte commutaverit). Marcard *üb. d. Gebrauch d. Bäder.* p. 410.

20) e. c. infantes ex defectu lactis nutricis. Rosenstein *Anweis. z. Kenntniss u. Kur d. Kinderkrankh.; übersetzt mit Anmerk. v.* Murray. p. 8. Cfr. Ledel de epilepsia ex inanitione. Misc. Ac. N. Cur. Dec. III. an. 5. et 6. p. 615.

21) Meibom diss. de epilepsia stomach. Helmst. 1740. Heister *Wahrnehm.* 1. *B.* N. 484. Lentin l. c. p. 10.

22) Amelunken observationem narrat, ubi infans, si e dextra mamma sugebat, optime valuit, si e sinistra, statim passus est insultus epilepticos (Misc. Ac. N. Cur. Dec. II. An. 4. 1685. Append. p. 212.).

in acidum conversum [23]), item sanguinis a sectione frenuli pullulantis deglutitio [24]); diaeta vitiosa nutricis [25]), esus lentis [26]), fragae *), cerebri [27]), vitrum [28]), acus [29]) et venena deglutita [30]); vermes, inprimis ascarides lumbricoides [31]), quandoque et ascarides vermiculares [32]), ipsaeque taeniae [33]), ne de aliis hujus generis hospitibus, ut-

pote

23) *Ueb. d. gewöhnl. Kinderkrankh. nach* Armstrong *neu bearb. v.* Schaeffer. *Regensb.* 1792. p. 47.

24) Rosenstein l. c.

25) Wolf in Act. Ac. Nat. Cur. Vol. 6. p. 160.

26) Schenk obs. L. I. N. 219.

*) Rumler obs. N. 69.

27) Grueger de cerebris passerum comestis epilepsiam inducentibus. (Misc. Ac. N. Cur. Dec. II. An. 3. p. 372.) Confirmat Schenk esum cerebri passerum vel coturnicum epilepsiam excitasse. Behling diss. de epilepsia. Altorf. 1736. §. XXIV.

28) Bartholinus hist. anat. C. V. hist. 66.

29) Widenfeld Diss. obs. med. triga. Goett. 1768.

30) v. infra, narcotica.

31) Schmid diss. de epilepsia verminosa. Argent. 1708. Ackermann diss. de epilepsiae motuumque convulsivor. infant. causs. praecip. Gryph. 1765. Exempla et praxis mea suppeditat.

32) Rosin. Lentilius in Misc. med. pract. P. III. p. 24. Rave *Beob. u. Schlüsse Th. II. N.* 6. Wichmann *Ideen z. Diagnostik.* 3. *Th.* p. 81.

33) Lecomte in *Journ. de méd. T.* 84. p. 40. v. Hufeland's *Neueste Annal. d. franz. Arzneyk.* 2. *B.* p. 57. Thilenius *med. chir. Bemerk.* 2. *Th. Frankf.* 1814.

pote dubiis subjectis, dicamus [34]); meconium [35]), latus [36]), diarrhoea suppressa [37]), drastica [38]), clysma acre [39]), bilis [40]), strangulatio [41]), ira [42]), gaudium [43]), amor delusus [44]), timor et terror [45]), imaginatio laesa [46]), intuitus insultus epilepti-

34) e. c. de lacertis. v. Eph. N. Cur. Dec. II. An. 10. obs. 166. Gockelius Consil. et obs. Dec. IV. N. 8.

35) Chambon *Ueb. d. Krankh. d. Kinder.* 1. *B. Abth.* 2. p. 334.

36) Saltem ad sensum veterum (Schenk obs. L. I. obs. 200.) et in infantibus (Pechlin Obs. phys. med. L. II. obs. 29.).

37) Eph. N. Cur. Dec. I. An. 1. obs. 88.

38) Clauder in Misc. Ac. Nat. Cur. Dec. II. An. 7. obs. 162. Hagendorn Cent. I. obs. 21. Ranoê in Act. R. Soc. med. Havn. Vol. II. N. 8. p. 108.

39) Misc. Ac. N. Cur. Dec. II. An. 3. obs. 77.

40) Du Cledet Ergo ab humore bilioso epilepsia. Paris 1645. Unzer, *Arzt.* 6. *B.* p. 137. Fischer in Stark's *Archiv.* 1. *B.* 4. *St.* p. 187.

41) Emmanuel *obs. et refl. sur un accès épileptique, suite de la strangulation par la suspens.* (Sedillot *Rec. period. de la Soc. de méd. de Paris. T.* 26. p. 381.).

42) Wierus de ira morbo v. opp. p. 771. Gabelchover obs. Cent. IV. N. 59. Greding *verm. Schrift.* 1. *B.* p. 54. 57. 70. Cfr. P. II. Vol. I. Sect. I. C. XX. §. LXXXVII. 2. (55.).

43) Boerhaave de morbis nervorum. p. 804.

44) Aaskow in Coll. Soc. med. Hafn. Vol. II. p. 16.

45) Kornzweig diss. de epilepsia a terrore orta. Giess. 1713. Fischer diss. de convulsionibus epilept. habitual. ex terrore. Erf. 1727. Ludwig diss. de vi terror. in corp. human. Lips. 1790. Zimmermann *v. d.*

epileptici 47), illius imitatio 48), dolor 49), titillatio

Erfahr. 2. *B.* p. 444. Calculo aetiologico propriorum aegrorum instituto inter 80. epilepsias 60. a *terrore* excitatas invenio. (Cfr. Locher obs. practicae, circa luem veneream, epileps. et maniam. Vienn. 1736. p. 36.). Caussae speciales fatalis illius terroris erant, pater superveniens dum filius exercebat coitum; punitiones severae parentum, institutorum et praecipue dominorum, lapsus in flumen, explosio sclopeti a tergo, incendium, aggressio latronum; in infantibus speciatim conspectus larvae bacchanalis nunquam antea visae, vitellum, capra sub crepusculo cubiculum intrantes, feles sub oestro venereo conjunctae puellae in horreo dormienti super pectus insidentes; et creberrime canes, quorum Vilna, Byzantis instar, abundat. Greges illorum ipsas plateas obsident, et si plerumque ab urbe horis vespertinis recesseris, veluti ferae sese ex solitariis domibus, super advenas praecipitant. De spectris, credulis terrorem, subsequente epilepsia, incutientibus narrant Eph. N. Cur. Dec. I. An. 6. 7. obs. 32. Cent. I. et II. App. p. 189. Cfr. Maisonneuve l. c. Intuitus per manus carnificis in areis publicis intereuntium, plurimis funestus esse solet, sexui praecipue sequiori (Boerius diss. de epilepsia. Jenae 1686. p. 14.). Puellam quondam ad stuprum sollicitatam, propter terrorem, gravissimam in epilepsiam incidisse notavit Heer in Obs. Helmont. in Tract. ort. imag. morb. Habentur e contrario exempla epilepsiae a terrore ex levissimis caussis excitatae, e. c. a conspectu mitrae passerum plumis infarctae. Eph. nat. cur. Dec. II. an. 2. obs. 190. Maier de puella 17. annorum narrat, quae redux ex tragoedia *Maria Stuart* primum paro-

io [50]), coitus [51]), onania [52]), contagium syphiliticum

xysmum epilepsiae perpessa est (l. c. p. 49.). Cfr. Lichtenstein l. c.

46) Pastoris filii ambo in ea imaginatione ac timore versabantur, ut quoties orarent, toties necessario epilepsia correpti conciderent. (Petersen Disp. sistens epileps. consensual. singular. spec. Francf. ad Viadr. 1727.).

47) Acta N. Cur. Vol. II. obs. 133. Vol. III. obs. 58. Eph. N. Cur. Dec. I. An. 4. et 5. obs. 43. Cum nosocomium civicum, quod Vindobonae est, ut medicus primarius an. 1796. ingressus fuerim, epileptici in communia cubicula aegrorum suscipiebantur. Rarissime id contigerat, quin ex intuitu insultus epileptici, unus alterve aliorum aegrorum, praesertim sexus sequioris, eumdem novum non acquisiverit morbum. Quae cum ita fuerint, Directori nosocomii, patri meo, proposui, ut epilepticorum receptioni peculiaria dicaret cubicula. Arrisit propositum, at novum inde emergebat malum. Enim vero paroxysmus vix unum invadebat aegrotum, cum jam reliqui, ejulatum aut lapsum percipientes in propinquis cubiculis, exemplum idem sequerentur, ex quo insultuum epilepticorum concursu, spectaculum vix verbis designandum oriebatur. Quae singula, cum vix ex terrore a conspectu insultus epileptici repeti possint, aliter explicari nequeunt, nisi deducto in auxilium *nisu imitationis* (P. II. Vol. I. Sect. I. §. III. 6.). Lege de hoc argumento Turpin l. c. p. 255.

48) Accidit pluries, quod fraudatores epilepsiam simulantes, tractu temporis re vera in hunc morbum inciderint, uti videre est apud Cullerier in *Recueil périod.* etc. *T. XIV.* p. 280. Moreau v. *mém. de la Soc. méd. d'émul. T. II.* p. 189. Metzger *neue ge-*

ticum [53]), abusus venaesectionum [54]), vigiliae [55]), inprimis ob lucubrationes [56]), insomnium [57]), narcotica ut opium [58]), hyoscyamus [59]), nicotiana [60]), baccae

richtl.-medicin. Beob. 1. *B.* *N.* 1. Dreyssig l. c. p. 255.

49) Müller diss. couvulsion. et epileps. infant. ex lev. dolore prodeunt. rationes med. Hal. 1757.

50) Swieten l. c. p. 1075. Robinson *New Syst. of the spleen, vapours* etc. *Lond.* 1719. p. 148.

51) Heers obs. med. 18. p. 176. Feuerstein diss. de Epilepsia. Goett. 1792. p. 83. (Coitus a multis parva dicitur epilepsia).

52) Tissot *v. d. Onanie.* Tom. 2. 4. 11. *Absch.* Virum egregium atro nimis colore effectus onaniae depinxisse eousque credidi, quousque in magnis urbibus praxin non exercuerim; tunc etenim persuasus sum, eum necdum satis effectus terribiles omnium vitiorum delineasse, quod praecipue relate ad epilepsiam valet. Si enim terrorem et vermes excipiam, nulla epilepsiae existit frequentior caussa, quam onania.

53) v. infra §. LVI. N. 27.

54) Meyer *syst. Handb. z. Erkenntn. u. Heil. d. Blutflüsse. Wien* 1804. 1. *Th.* §. 3. p. 82. 83.

55) Langius, Opp. III. p. 62.

56) Galenus de locis affect. L. V. C. 6. ed. *Chart.* T. VII. p. 492. Tissot *maladies des gens des lettres.* p. 70. Beurie in *Verhand. van Vlissing.* 17. *B.*

57) Eph. N. Cur. Dec. II. An. 4. App. p. 209. Paullini Cent. IV. obs. 74. Legatur hisoria a me ipso allata. Vol. II. P. I. Sect. I. C. IX. §. XLII. 1. (100.).

58) Becker in observationibus ad tract. de submersorum morte N. 6. Muzell. *Wahrnehm.* 2. *B.* *N.* 20.

baccae atropae belladonae [61]), oenanthes crocatae [62]), conium maculatum [63]), cicuta aquatica [64]), rhus coriaria [65]), folia pruni laurocerasi [66]), oleum juniperinum [67]), sudorifera [68]), morsus araneae [69]), vapores varii [70]), odores e. c. halitus ranunculi hortensis [71]), foliorum juglandis [72]), canabis [73]), panis recentis [74]), fumi candelae sebaceae [75]), mer-

(Praesertim ut caussa convulsionum infantum, si a nutricibus ignaris ad somnum conciliandum adhibeatur).

59) Misc. N. Cur. Dec. II. An. 1. p. 340. (Ex decocto hyoscyami contra cephalalgiam fomentatione).

60) Eph. Nat. Cur. Dec. II. An. 7. obs. 196.

61) Unzer's *med. Handbuch.* 1789. p. 555.

62) *Lond. med. Journ.* 5. *Vol.* 1784.

63) Cullen *mat. med. Edit.* Hahnemanni. 2. *Th.* p. 330.

64) Wepfer hist. cicutae aquaticae. p. 61.

65) Daniel *Pathologie.* 1. *Th.* p. 260.

66) Mortimer in *Phil. transact. Vol.* 37. p. 137.

67) Seger in Misc. Ac. Nat. Cur. Dec. I. An. 2. p. 27.

68) Ledel in Misc. Ac. Nat. Cur. Dec. 3. An. 2. p. 56.

69) Salmuth Cent. III. obs. 35. Camerarius dissertatio de epilepsia p. 15.

70) Vallisneri opp. Vol. III. p. 204. Petit Ergo tantum ab halitu epilepsia. Paris. 1662.

71) Eph. N. Cur. Dec. III. An. 9. et 10. obs. 92.

72) Timaeus a Guldenklee L. VII. cas. 8.

73) Clerc. medicus veri amator p. 189.

74) Schubart *Traité du cancer des mammelles* p. 175.

75) Amman med. critica. Cons. 59.

mercurii [76]), conspectus coloris rubri [77]), intuitus hominis, quisquis denique sit, obvii [78]), leporis etiamsi depicti [79]), potus cioccolata [80]), phases lunae [81]), inprimis novilunium et plenilunium [82]), tenebrae [83]), campanarum sonitus [84]), afflatus

76) WALTHER Thes. obs. 59. ZANETTI de epilepsia mercurialib. inducta. Nov. Act. Nat. Cur. T. VII. p. 184.

77) HANNES *Brief an* BALDINGER *über den Friesel. Leipz.* 1770. p. 110.

78) LENTILIUS in Misc. Ac. N. Cur. Dec. II. An. 2. obs. 149. p. 326. (Dum obvelata facie neminem praetereuntium conspiceret, nil tale experiebatur).

79) Eph. Nat. Cur. Dec. II. An. 4. App. obs. 45. p. 200. (Dicitur quod praegnans aegri mater a lepusculo e frutice surgente et viam interturbante in insomnio viso perterrita fuerit).

80) TISSOT l. c.

81) *Evangel.* MATTHAEUS C. 17. v. 15. GALENUS de dieb. crit. L. III. c. 2. ALEXANDER TRALLIANUS L. I. c. 21. STAHL diss. de haereditaria disposit. ad morb. Hal. 1706. p. 48. MEAD de imperio sol. et lun. in corp. hum. Lond. 1704. BOURMESTER diss. de morbo spast. Goett. 1791. p. 20. OTTO Diss. de planetarum in corp. hum. influxu. Francf. ad Viadr. 1805. Datur epilepsia ad singulas lunae quadras recurrens et quidem tam exacto calculo, ut virgo epileptica, de qua WEDEL narrat (Eph. Germ. An. 2. Decur. 2. obs. 148.), ipso momento quadrae lunaris et inscia saepe penitus hujus mutationis in coelo, rhythmum lunarem in suis paroxysmis explicaret.

82) CAMERARIUS memorab. Cent. II. N. 38. Num ex novilunio aut plenilunio, sed certe illorum tempore, plurimi epilepsiarum paroxysmi excitantur.

flatus ventus frigidi in aurem [85]), mora in ecclesia [86]), ne de caussis, quas vocant supernaturales [87]), loquamur.

3. Si simplicissimae licet febris caussam proximam adhuc ignoramus [88]), quid mirum, si eandem ignorantiam circa intimam naturam morbi adeo intricati [89]), ut epilepsia, fateri adigamur. Hypothesium variarum scholarum [90]) curiosi, hinc alios C. proxima.

X 2

83) Nasse vir Cl. juvenem Westphaliensem, epilepsia affectum curavit, cujus insultus nunquam, nisi in tenebris, redibant. Quamdiu candela totas per noctes arderet, nunquam dormiens morbo prehendebatur; quo primum vero lux nocte quadam extingueretur, constantissimus erat epilepsiae reditus (Meckel's *Arch. f. d. Physiol. Hal.* 1816. 2. *B.* 1. *H.* p. 132.

84) Eph. N. Cur. Dec. II. An. 2. obs. 149. — Dec. III. An. 5. 6. obs. 27.

85) Rondelet meth. curand. morb. L. I. C. 36. p. 170.

86) Paullini Obs. meth. phys. Lips. 1700. Cent. IV. obs. 68. Sauvages nos. meth. Ed. Daniel T. III. p. 117.

87) Legatur de hoc argumento Swieten l. c. §. 1072.

88) P. I. Vol. I. §. XIX.

89) Notissimum est Joh. Cratonis a Kraftheim votum, quo peroptavit, ut sibi ante vitae suae exitum intimius epilepsiae cognoscere liceret genium (Epist. med.).

90) Hippocrates et Galenus pituitam praesertim acidam accusabant. Veteres et recentiores, vexilla spirituum sequentes, epilepsiam ab explosivo spirituum animalium per nervos ad partes musculosas motu et influxu derivarunt. Paracelsus (lib. paragr. III. C. 2.

alios [91]) adeant, nosque cum pace dimittant [92]). Interea ne quid nimis! Ignorationis enim ista candida professio non impedit, quominus duce experientia, conjecturas plurimas circa *sedem* et *indolem* epilepsiae in medium proferre possimus, quae saltem conjecturae viam praxi rationali quandoque felici aperire valent. Quod argumentum in sequenti illustrabitur paragrapho.

§. LVI.

in Schol. ad §. 1.) ait: „Caussa totius morbi in chaos est et §. 3. *Wann nun der Chaos da ist,* ad nequitiam *gehet, so wird* morbus caducus: *und so viel* species Mercurii *sind, so viel sind auch* species caduci." Comparavit etiam Paracelsus epilepsiam cum terrae motu, cum tonitru et fulgure, tempestate improvisa (4. Croll de intern. rerum sign. p. 53.). Stahl caussam proximam hujus morbi collocandam reputavit in generali quadam intentione animi excussoria.

91) Monschein diss. solennis de epilepsia. Francf. ad Viadr. 1700. Fr. Hoffmann diss. de vera mali epilept. caussa. Hal. 1732. Behling diss. de epilepsia. Altorf. 1737. Westphal de epilepsia motuumque convulsivor. infant. causs. praecipuis. Gryphisw. 1765. Wolperth diss. de causs. quae epileps. produxisse visae sunt. Harderov. 1786. Henning diss. analecta ad theor. epileps. Gryphisw. 1788. Tissot l. c. Dreyssig l. c. p. 246. 249.

92) Esquirol, postquam varias circa caussam epilepsiae effictas hypotheses attulerit, pulchre ait: „*C'est trop s'arrêter à ces furies de l'imagination.*" (l. c. p. 528.).

§. LVI.

Diagnosis.

1. Inter omnes morbos epilepsia frequentissime ab iis, qui e servitio dimitti, aut poenam effugere, aut misericordiam excitare volunt, *simulatur* [93]). Fraudatores enim simulare solent: livorem tumoremque faciei, — laqueo collum arctè circumdante et sub vestibus recondito; spumam oris, — frustulo saponis aut baccis rubris in cavitate illius revolutis; convulsiones, — motibus musculorum extremitatum, faciei et oculorum artificialibus; et tandem anaesthesiam, — firma voluntate cruciatibus experimenti caussa adhibitis resistendi. Quae cum ita sint, in examine hominum de epilepsia suspectorum caute incedendum et probe cavendum, ne ex *uno* tantum signo de praesentia aut absentia morbi testemur. Immo suademus, ut, priusquam de paroxysmo judicetur, potius aegritudinis historia in liberis intervallis eruatur, inprimis respectum habendo ad morbi caussas, ad tempus et modum invasionis paroxysmi, ad memoriam rerum sub eo peractarum, ad conditionem corporis et animi inde relictam etc. Quibus singulis in rebus, nisi aegroti assertiones

Epilepsia simulata.

93) Sebacher Diss. de epilepsia simulata. Lips. 1732. Vogel de morb. simulat. Goett. 1769. Schneider Diss. de morb. fictione. Francf. ad Viadr. 1794. Tissot Art. XXXVI. *Epilepsie feinte.* Marc *dict. des sc. med.* Vol. cit. *Epilepsie simulée.*

tiones inter se plane cohaereant, symptomata, quae pro gentilitiis epilepsiae habentur, eo majori cum diffidentia cum historia morbi comparanda et speciatim ad trutinam vocanda erunt. Spectant ad illa:

a) *Modus invasionis.* Epilepticus, nisi prodromo quodam signo admonitus, extemplo et sine selectu loci, nunc solus, nunc coram testibus omnis generis, *prosternitur.* Qui epilepsiam simulat, sese ad cadendum quodammodo accingit, ac locum idoneum pro lapsu eligit, et scenam libentissime coram testibus notionum medicarum ignaris ludere solet.

b) *Conditio oculorum.* Palpebrarum quidem et oculorum motus, quales indicavimus, magna adhibita arte simulare licet; at nunquam corneae descriptum statum ac capacitatem, lucem inopinate admotam immobiliter perferendi.

c) *Status pulsuum.* Remittente insultu epileptico, aut eo cessato, *pulsus* plus minus contractus et irregularis tangitur. Quodsi malum simulatum fuerit, pulsum non nisi crebriorem expectabis, nisi forte fraudator modum arterias brachii alternatim comprimendi invenerit, ad quam fraudem detegendam manicarum examen non negligendum.

d) *Conditio extremitatum.* Quamvis *adductio pollicis* ad volam manuum nequaquam pro symptomate pathognomonico epilepsiae haberi possit

sit [94]); attamen illa adductio raro desideratur. Praeterea tanto in gradu ea observatur, ut digitus magnus non nisi summa cum vi explicari possit. Porro explicatus pollex, jam non amplius, nisi forte novo quondam adventante spasmo, adduci solet [95]). E contrario pugnus hominis epilepsiam fingentis non solum facilius explicatur, sed explicatus illico de novo adducitur.

e) *Status sensibilitatis et perceptionis.* Cum epilepsia *feriatione sensuum et facultatum animi* insigniatur, omne phaenomenon statum illorum activum denotans, paucis concessis exceptionibus [96]), fraudis exhibet testimonium. Sensuúm vero et perceptionis *improvisa* instituenda est exploratio, alias enim, ut monuimus, fraudator, voluntate firma munitus, ipsis dolorificis tentaminibus, quin vel minimum sensûs et perceptionis indicium manifestet, resistere valet [97]). Explosio inexpectata sclopeti, vellicatio narium ope calami scriptorii, vapor sulphuris accensi sub naribus,

94) Lege de hoc argumento (in MECKEL's *n. Archiv d. pr. Arzneyk.* 2. *Th. Leipz.* 1790. p. 21. 61.) celebratam litem inter medicum Numbergensem et facultatem quandam medicam, quae aegrum ab illo pro epileptico declaratum ob id, quod spuma oris deerat, et pollex non fuerat adductus, alio morbo laborasse affirmaverat.

95) MARC in *dict. des sciences méd.* l. c. p. 543.

96) Cfr. infra 2. (1.).

97) HAEN l. c.

ribus, ac praeparatio tormentorum, ut ignis ferri candentis, cerae sigillatoriae fusae, (vix unquam tamen cuti revera admovendorum), optime reconditam patefaciunt fraudem.

e) *Duratio paroxysmi et conditio aegroti post insultum.* Paroxysmi epileptici reales plerumque fictis breviores sunt. Illis absolutis, cutis temperatura imminuta, sudor universalis uno impetu prorumpens, pulsus irregularis, et urina aquea observari solent. Contra vero post insultum fictum, nil nisi hominis a continua jactatione defatigati animadvertuntur signa.

f) *Habitus.* Qui epilepsia diu laborant, musculos faciei plus solito exaratos, motibus involuntariis agitatos, palpebras inferiores tumidulas, intuitum torvum, oculos vacillantes, albugineam decolorem, pupillam dilatatam, dentes inferiores incisivos retusos [98]), et brachia nec non crura extenuata, exhibere solent; quae singula in illis, qui morbum fingunt, non observari sponte intelligitur.

Epilepsiae varii gradus.

2. Interea ad epilepsiam constituendam singulae, quas descripsimus, turbae non semper requiruntur. *Varii* enim istiusmodi morbi exstant *gradus.* Epilepticos non omnes humum prosterni,

98) Observatio magni momenti Moutoni chirurgi quondam militaris, nam qui epilepsiam fingunt, vix adeo maxillam inferiorem superiori adducunt, ut ex attritu dentes retundantur. v. Marc. l. c. p. 544.

ni, ex propria experientia monuimus [99]); et ex aliena [100]) monemus. Nec abolitio omnium facultatum animi sub paroxysmo, absolute exposcitur, dummodo eo finito *nulla restet recordatio* [1]).

3. Prae-

99) §. LIII. 4. (89.).

100) *J'ai été consulté pour une jeune dame, dont le père est lépileptique, qui est prise de ses accès dans un cercle, à la promenade, à cheval; elle n'est point renversée, elle pousse un cris très foible, les yeux sònt convulsifs, l'accès ne dure qu'une minute, et la malade reprend la conversation, à la phrase où elle les a laissées, sans se douter nullement de ce qui vient de lui arriver.*" Esquirol l. c. p. 512. Simile exemplum a Poupartio in *mém. de l'Ac. R. des sc.* 1705., enarratur. Jam Hulderichius l. c. §. 13. dixerat: „imo dari aliquando epilepsiam, quae nullam habere videatur convulsionem, nisi obscurissimam et in modum singultus ex Galeno (L. III. de loc. aff. C. 7. in fine) quidam volunt, cujus proprium exemplum fabri ferrarii addit *Hercules Saxonia* (in *Pantheo* suo c. prop.) et Avicennam cum Celso conciliare studet Mercurialis (in Prax.)." Cfr. Eph. Ac. N. Cur. Cent. 3. 4. et Schmieder de spasmo insolito frequenti, successive in motus convulsivos et vehementes insultus epilepticos degenerantem, tandemque mortem aegrotanti adferentem.

1) An. 1814. puellam quindecim annorum in Clinico meo observavi, quae ob terrorem a latronibus excitatum in convulsiones inciderat, sub quibus humum prosternebatur, non sine quadam oris spuma. Interrogata congrua dabat responsa, at paroxysmo terminato nec illorum, nec hujus restabat memoria. Et Esquirol

Distinctio epilepsiae ab eclampsia.

3. Praeter abolitam rerum sub paroxysmo peractarum memoriam, ad epilepsiam constituendam, ut *morbus chronicus* sit, et *periodicus*, quoque requiritur. Ne enim epilepsiae auditu terribilem vocem profanemus, pro insultibus convulsivis (etiamsi reliquis epilepsiae characteribus stipatis), qui aut sub curriculo morborum acutorum e. c. in febribus typhoideis, verminosis, in encephalitide [2]), rhachialgitide, apoplexia [3]), — aut alias, e. c. sub opere dentitionis, partûs, fortuito appa-

ait: „*Il est même des accès, dans lesquels on n'observe pas la perte de connoissance.*" l. c. Caeterum vix ad genuinas epilepsias pertinuerat casus Wurffbainii de epilepsia sine motibus convulsivis, sine visûs et auditûs interceptione (Misc. Ac. Nat. Cur. Dec. II. an. 9. p. 430.) et Camerarii de epilepsia sensu atque rat. salv. (ib. Dec. III. An. 5. et 6. p. 89.).

2) In formis morborum, sub quibus encephalitis sese exhibere solet (v. P. II. Vol. I. Sect. I. C. III. §. XIV. 2.), describendis, *convulsiones epilepticas seu eclampsiam,* immerito silentio praeterii. Plurimae enim mihi encephalitides, quae cum eclampsia ingruere, praesertim inter infantes et potatores, obvenerunt.

3) An. 1816. femina triginta sex annorum ad Clinicum adportata est cum apoplexia et hemiplegiâ lateris sinistri, cui abusus potûs liquorum fermentatorum et refrigerium ansam praebuerant. Spatio quatuordecim dierum, quinque praeterea paroxysmos epilepticos totum corpus afficientes, quorum quivis vigesimam horae partem perdurabat, experiebatur. A cunctis malis liberata Institutum dereliquit.

apparent, nomen *eclampsiae* reservamus [4]. Qua stabilita distinctione facile etiam erit quaestioni quondam jactatae [5]: *utrum epilepsia morbus, an vero symptoma sit?* respondere.

Dist. epilepsiae a convulsionibus.

4. *Epilepsia* a *convulsionibus* in eo differt, quod istae, illaesis sensibus et facultatibus animi [6], praesertim perstante memoria et utplurimum sine oris spuma [7]) pollicisque adductione, obveniunt. Caeterum dari convulsiones, potissimum hystericarum, quae characterem epilepticum induunt, alio docebitur loco [8]).

Dist. epilepsiae a chorea Sti Viti.

5. *Epilepsia* quidem et *chorea Sti Viti*, modo consueto decurrentes facile inter se distinguuntur; non ita vero, quando symptomata choreae in aegro epileptico alternatim insultus epilepticos sequuntur, vel in uno eodemque paroxysmo utri-

4) Cum Sauvagesio, Vogelio, Sagario aliisque sub nomine eclampsiae circiter *epilepsiam acutam* intelligo. *Circiter* dico, nam ad epilepsiam quanquam *acutam* constituendam, requireretur, ut morbus saltem ex accessibus et liberis intervallis componeretur; eclampsia autem in unico insultu consistere potest. Caeterum vox *Eclampsia* ab Ἔκλαμψις venit, quod *splendorem* significat. Kuehn. Progr. de eclampsiae causs. Lips. 1812.

5) Hulderichius diss. c. §. 6. 9.

6) Galenus III. de locis affectis. C. 3. 4.

7) Hippocrates de morbo sacro. Forestus L. X. obs. 68. Cfr. Hulderichii diss. c. §. 8. ubi quaestio: *an epilepsia et convulsio sint eadem*, docte tractatur.

8) Cap. XIV. De motibus spasmodicis vagis.

utriusque affectionis *complicatio* obvenit. Exempla hujusmodi a GOKELIO 9), MERCLINO 10), PAULLINO 11), LANZONIO 12), VALENTINO 13) describuntur.

Complicatio epilepsiae cum mania furibunda.

6. *Epilepsiam* etiam cum *mania* complicari posse, jam monuimus 14). Complicatio istiusmodi bifaria est. Nunc enim maniacus passim insultus epilepticos patitur; nunc insultus epileptici delirio feroci insigniuntur. Terribile hoc spectaculum ESQUIROLIO 15) et nobis visum est 16).

Aliae complicationes.

7. Epilepsia exhibet aliquando complicationem cum *ecstasi* 17), *catalepsi* 18), *somniatione* 19) et *somnambulismo* 20).

8. Jam

9) Misc. Nat. Cur. Dec. II. An. 8. obs. 64. p. 163.

10) Misc. Nat. Cur. Dec. I. An. 6. 7. obs. 78. p. 112.

11) De epilepsia cursiva. Misc. Ac. Nat. Cur. Dec. III. An. 7.

12) De epilept. saltante. Misc. Ac. N. C. Dec. III. An. 4. p. 154.

13) Prax. med. infall. ex BOOTIO adducit exemplum de fabro ferrario, qui paroxysmo epileptico prehensus, insani instar decurrere coactus fuerit, adeo quidem, ut de officina tandem praecipitatus, vitam finierit.

14) P. II. Vol. I. Sect. I. C. XXV. §. CX. 1. (56.).

15) „*Dans quelques cas les accès d'épilepsie sont suivis ou accompagnés de la fureur la plus aveugle: ce sont les maniaques les plus dangereux. Dans les provinces méridionales, les furieux les plus atroces ce que l'on redoute le plus, sont les épileptiques.*" l. c. p. 515.

16) v. infra §. LVIII. N. 4. (89.).

17) FRIEBE de epilepsia mira, melancholico-hypochon-

8. Jam vero stando promissis [21]) ad *sedem caussarum epilepsiae* et ad *illius indolem* eruendam nos accingimus. Essentialissimam istam diagnoseos partem [22]) maxime conjecturis inniti dolenter fatemur. Facile quidem foret, sedem epilepsiae directe in *cerebro* locare, nam re quidem vera De sede caussarum epilepsiae.

driaca, vere ecstatica in Misc. Ac. N. Cur. Dec. I. An. 4. et 5. p. 69.

18) Peterson disp. l. p. 18.

19) Huc spectare videntur exempla epilepticorum, qui linguas antea ignotas loquuntur. Westphal (Pathol. Daemon. p. 30.) recenset observationem Hannemanni, de adolescente militari octodecim annorum, qui epilepsia affectus, eadem lingua, qua ipsum allocuti sunt, sive gallica, sive latina, vel etiam alia responderit. Et Fernel de juvene quodam, qui tertio epilepsiae mense, lingua Graeca, hujus antea ignarus, locutus sit, multaque assidentium, inprimis medicorum arcana detexit (Welsch diss. de epilepsia. Jen. 1719. p. 23.). Praeterea lego: de epileptico concionatore et cantore (Misc. Ac. N. C. Dec. II. An. 7. p. 311.), — de epileptica cantatrice (ib. Dec. III. An. 2. p. 248.), de epileptica singulis sub paroxysmis cantante. (Act. Ac. Nat. Cur. Vol. 5. p. 269.), de alio visa et audita etiam secreta revelante (ib. Dec. II. An. 6. p. 477.).

20) *Obs. d'épilepsie et de somnambulisme p.* M. L. Martinet v. *Bibl. méd.* 1819. *Fevr.* p. 214.

21) §. LV. 3.

22) Qui vero vult curationem recte instituere, is probe scire debet, quo in loco materia epileptica haereat, an scilicet in cerebro, an vero ex alia parte ad cerebrum deducatur. Aeginet. L. III. de re med. C. 13.

vera epilepsia sine hujus visceris affectione neque excogitari potest. At cum affectio cerebri *idiopathica* et *symptomatica* esse possit, semper restat, ut sedes caussae ulterius determinetur. Quaerimus eam modo in *universo systemate nervoso* modo in *una alterave illius parte*, et quidem nunc ex culpa substantiae nerveae et membranarum eam involventium, nunc ex culpa organorum in illas imperium exercentium [23]). Quae quidem singula in theoria meridiana luce clarius apparent, sed in praxi difficultatibus summis circumdantur. Nisi enim sedes caussae ex tradita morbi historia elucescat, ea ex symptomatibus solum tunc erui potest, ubi paroxysmus epilepticus originem constanter ab affectione partis cujusdam corporis humani, e. c. ab illius dolore, temperatura mutata etc. trahit [24]). Quamvis enim plurimi in eo erraverint, quod locum, ex quo aura epileptica proficiscitur, pro sede *constante* caussae morbosae, et nervos pro conductoribus mali habuerint; errant tamen et illi, qui rem *nunquam* ita sese habere contendunt [25]); quod plurimis exemplis infra tradendis [26]) palam fiet.

9. *Syste-*

23) Cfr. P. II. Vol. I. Sect. I. C. 1. §. IV. 13.

24) v. infra §. LVIII. N. 4. (89.).

25) Cullen *Anfangsgr. d. pr. Arzneyk.* 2. *Aufl.*, *nach d. viert. Engl. Ausg. übersetzt.* 3. *B.* p. 345. (Fatetur auram epilepticam nequaquam nervorum curriculum sequi, quod certe difficulter demonstrandum foret).

26) §. LVIII. 1.

9. *Systema nervosum universum* posse quandoque ita laborare, ut sensus et facultates animi inde suspendantur, ac corpus verae anarchiae praeda fiat, epilepsiae docent, quae ex peculiari idiosyncrasia, ex inanitione, ex dolore et narcoticis oriuntur. Videtur nimirum, quod morbus hic a nervosi systematis sensibilitate nimia perversaque originem trahat, quâ corpus ad stimulos perferendos impar evadat. Multa phaenomena electrica tunc obvenire, quivis videt. Caeterum in ea versamur opinione, epilepsias ex vitio universi systematis nervosi rarissime obvenire, ac morbo, de quo agitur, plerumque caussam *unam* tantum systematis illius partem laedentem subesse.

Ep. ex vitio totius systematis nervosi.

10. Quas inter partes *encephalum* primum obtinet locum. Epilepsia ista, quam *encephalicam* seu *cerebralem* vocabimus, quamque alii *idiopathicam*, *essentialem*, *legitimam*, denominant, ut plurimum in prima evolvitur infantia. Ansam illi tunc praebere solent res imaginationem matris gravidae ferientes, violentiae capiti sub partu, vel tardius illatae, peculiaris cranii structura, encephalitis imperfecte resoluta [27]), hydrocephalus non penitus sanatus, affectiones aurium, tineae incauta fuga, tandemque terror, cujus tamen actionem necdum accurate determinare audemus. Serius epilepsiam encephalicam excitant studia, vigiliae, potus liquorum fermentatorum, tempus aesti-

Ep. encephalica.

27) P. II. Vol. I. Sect. I. C. III. §. XVII. 4.

aestivum, plethora, inprimis congestiones sanguinis circa cerebrum, tophi, caries, vulnera, tumores glandularum, steatomata aliaque vitia ex anatomia pathologica emergentia [28]). Epilepsia encephalica, aura aliisque prodromis (praeter affectionem sensuum et animi) destitui, convulsionibus mitioribus, iis faciei exceptis, insigniri, pupillâ dilatatâ, pulsu potius lento cum respiratione neutiquam cohaerente [29]), notari solet. Praeterea cerebri affecti symptomata et absoluto insultu epileptico remanent, ut sopor, et imbecillitas mentis. Evolutioni epilepsiae encephalicae ingentem et fere continuum capitis dolorem aut gravitatem praecedere, jam diu docebatur [30]).

E. spinalis. 11. *Epilepsia ex vitiis specus vertebralis* proficiscens, a nobis *spinalis* dicta, pulchre a Harless descripta [31]), praesertim in rhachiticis, ex violentiis columnae vertebralis, ex transpiratione, miliaribus [32]) et impetiginibus male curatis, ex onania, ex rhachialgitide imperfecte resoluta, aut in

28) §. LIII. 2. Quondam epilepsiam ex contractione meningum repetebant, aut ex earum vellicatione (Volker diss. de morbo comitiali. Erf. 1688. p. 6.).

29) Larrey *mém. de chir. milit. Sur une épilepsie cérébrale.*

30) Trallian. Lib. I. C. 15.

31) Op. min. ac. med. T. I. 1815. II. Analect. V. De epilepsia.

32) Cfr. ea, quae plurimis hujus operis in locis de imperio miliarium in spinam dicta sunt.

in hydrorhachitidem terminata [33]) oritur. Variis ea prodromis, affectionem nervi sympathici et systematis dermoidei indicantibus, et inter haec saepe aura ex abdomine aut pectore ad caput ascendente, formicationis sensu, vitiligine [34]), insignitur. Convulsiones exhibere solet maximas, minoremque capitis affectionem. Forte huic epilepsiae magis familiaria sunt jactura seminis et resolutio vesicae urinariae. Ab illa nequaquam *convulsiones gravidarum* et *parturientium* alienae esse videntur. Constat enim graviditatem et labores partus quammaxime *plethorae columnae vertebralis* favere. Quae cum ita sint, ex irritatione medullae spinalis et nervorum inde proficiscentium non solum facile de convulsionibus gravidarum et parturientium, sed et de eorum summo periculo ratio redditur. Quo altior nempe mali sedes, eo citius illud medullae oblongatae communicatur, quam plane imparem ad violentias sustinendas esse, saepe saepius monitum est [35]).

12. Si-

33) Cap. III. §. XIV.

34) Cfr. C. I. de imperio medullae spinalis in cutem.

35) Quot non parturientes convulsae moriuntur, quin mortis debita ratio dari possit, et certe ob neglectum columnae vertebralis examen. Hujus neglectus haud dudum exemplum in *Regia Principissa Anglicana Carolina* habuimus. Fertur quidem in relatione autopsiae cadaveris illius, quae publici juris reddita est, quod medici in *tribus* adapertis corporis cavitatibus

Epilepsia ex affectione singulorum nervorum.

12. Sicuti affectio cerebri et medullae spinalis epilepsiae occasionem praebere potest; ita *affectio singulorum nervorum*. Epilepsiae hac ex caussa ortae, nomen *nervosae* conveniret, nisi ex hac nomenclatura, ob id, quod epitheton, de quo agitur, affectibus systematis nervosi generatim dicari solet, confusio timenda foret. Epilepsiam ex affectione *singuli* cujusdam *nervi* pullulare suspicamur: dum prodroma constanter ex pectore, abdomine, pelvi, aut extremitatibus evolvuntur; dum aegritudines praegressae, aut cum epilepsia complicatae, affectionem visceris, arteriae, venae, vasis glandulaeque lymphaticae, aut ossis cujusdam, a quibus, nervi propinqui aut eorum plexus et ganglia lacessiri possent, designant; dumque aetiologia nullam, quae cerebrum aut medullam spinalem offendere potuisset, caussam indicat.

Epilepsia cardiaca.

13. *Nervos cardiacos* evolutioni epilepsiae non semper alienos esse, Quercetanus, sedem morbi illius in *corde* quaerendo [36]), quodammodo indicavit. Et revera exempla epilepsiarum ex vitiis

nil morbosi detexerint. Et cur de quarta cavitate, de spina scilicet vertebrali, quaestionem non instituerunt? Hìc tamen morbi sedes expectanda fuisset! Lege de hoc argumento Fried. Hoffmannum (Med. Rat. Syst. T. IV. C. 1. obs. 3.) et compara Racchetti op. c. p. 281.

36) Tetrad. de affect. capitis. Cap. 8.

tiis cordis MORGAGNI [37]), LANCISI [38]), TESTA [39]) et GOULD [40]) enarrarunt, vidimusque saltem convulsiones diras ex cordis affectione pullulantes [41]). MORGAGNII aegrotus sensum quasi fumi ex ventriculo ascendentis percipiebat, et pulsum rarum exhibebat: „ea autem perpetua a plurimis jam mensibus raritas, quotiescunque paroxysmus imminebat vel multo major percipiebatur; ut ex hoc hujus incremento nunquam fallerentur medici, si instantem praedicerent insultum: quo durante pulsus frequens fiebat.“ Morbo terror, timor, iraque demum et moestitia praegressa fuerant. Aeger unus TESTAE pulsum in carpo sinistro parvum et irregularem, in dextro normalem et cordis palpitationem exhibebat; alter pulsu filiformi instructus erat, et hora decima matutina paroxysmos epilepticos patiebatur. Aeger GOULDI praeter epilepsiam, palpitatione cordis et lipothymiis laborabat, ac inopinate mortuus, polypum in camera dextra obtulit. Lipothymiis alternatim cum insultibus epilepticis aeger, de quo K. SPRENGEL narrat [42]), afficiebatur: autopsia cadaveris

37) Epist. 64. Art. 5. 6. (Dilatatio universi cordis et magnae arteriae).

38) De mortib. subitan. p. 113. De aneur. L. II. p. 82.

39) *Ueb. d. Krankh. d. Herzens. Ein Ausz. aus d. Ital. mit Anmerk. v.* KURT SPRENGEL. 1. *Th.* p. 139.

40) *Philos. transact. Vol. XIV. N.* 157. p. 537.

41) Cap. XIV.

42) Op. cit. TESTA p. 141. in nota.

veris fissuras, dilatationes et concrementa cartilaginea arcûs aortae exhibuit.

Ep. abdominalis. 14. *Plexuum nervorum abdominalium* affectio frequentissime epilepsiam provocat; *hypochondriacam* quondam [43]), nunc *abdominalem* aut *umbilicalem* dictam [44]). Epilepsia ista, pauperum magis quam divitum morbus, frequentius in pueris quam in puellis [45]), et frequentissime nono et decimo aetatis anno ingruit, magisque hyemali tempore et crescente luna. Paroxysmi utplurimum sine manifesta caussa, haud raro post iram, praeviis dysuria [46]), dolore abdominis, nausea et vomituritione atque aura ab umbilico ascendente, evolvuntur. Quandoque, inprimis in recenti morbo, haec abdominis incommoda, sine subsequente epilepsia obveniunt, ac parentes facile de imminente periculo fallunt. Habitus aegrotantium, de quibus agitur, haud cernitur cachecticus, nec tamen florens sanitate; functiones, quotquot sunt, extra paroxysmum rite absolvuntur. Nonnulli vermium indicia exhibent; ac vermes sponte aut anthelminthicorum ope evacuantur, quin tamen in hisce

43) Si quis enim crederet, inquisitionem in variam sedem epilepsiae novam esse, adeat, quaeso, Sylvii aliorumque opera, et contrarium intelliget.

44) Lindt, (Autenrieth) diss. de epilepsia praesert. puerorum umbilicali. Tub. 1814.

45) Autenrieth l. c. p. 20. Pueri viginti tres, puellae septem.

46) Peterson Disp. c.

hisce animalibus caussa morbi inveniri possit. Enim vero experientia nos cum aliis 47) certiores reddidit, vermes intestinales quidem haud raro convulsionibus transitoriis aut eclampsiae ansam porrigere, raro 48) autem epilepsiae omnibus numeris absolutae. Idem de acidis primarum viarum et de saburris existimamus. Quae cum ita sint, restat solum, ut caussam genuinae epilepsiae umbilicalis in *affectione glandularum mesenterii*, directe plexui nervorum mesenterico superiori, et indirecte plexui coeliaco infensarum, quaeramus. Caeterum epilepsia originis abdominalis et in adultis obvenire potest. Caussa tunc plerumque in *ventriculo*, praesertim ore illius 49), in *hepate*, aut *cystide fellea* quaerenda. Quibus in casibus insul-

47) Autenrieth l. c. p. 37.

48) Luculentissimum exemplum genuinae epilepsiae verminosae narrat Monschein in diss. solenni de epilepsia, Francf. ad Viadr. 1700. edita, p. 9. pueri scilicet pro obsesso habiti, ubi daemon, adhibitis anthelminthicis, sub forma vermis exiit.

49) Galenus (L. III. de loc. affect. C. 7.) exemplum *epilepsiae stomachicae* adducit, in juvene Grammatico Diodoro, qui ab inedia et vehementi animi intentione, quoties docebat, convellebatur. Cfr. Fernel in consil. 7. Valleriola L. III. obs. 7. Forest. L. X. obs. 64. Meibom diss. de epilepsia stomach. Helmst. 1740. Ritter: de puella epilepsia stomachica laborante, visu, auditu motibus epilepticis tam orbata, quam eadem denuo sub illis recuperante (Nova Act. N. Cur. Vol. 3. p. 386.).

insultus epilepticos ardor ventris, inediae intolerantia, ructus, borborygmi, singultus, respiratio intersecta, palpitatio cordis, praecedere et icterus quandoque intercurrere solent. Et *lienem* quandoque caussam epilepsiae amplecti ex Tulpii [50]) aliorumque [51]) observationibus elucet. Ita *pancreas* [52]).

Epilepsia ex vitio uteri.

15. Frequentissime vero epilepsiae sexus sequioris focus in *utero* invenitur, quod tum ex observationibus supra allatis [53]), tum ex fastis medicis [54]) apparet. Dignoscitur *epilepsia uterina*, habitâ ratione conditionis singularis aegrotae, morborum praecedentium, caussarum aegritudinis praesentis, phaenomenorum sub paroxysmo locum haben-

50) l. c. Pressa vel solo digito lienis regione aeger illico in paroxysmum incidebat.

51) Ex liene indurato puerum epilepticum recitat Obs. 133. Misc. N. C. Dec. I. An. 6. p. 180.

52) „Quando insultus epileptici oriuntur a Pancreate male se habente, id arguunt dolor lateris sinistri et calor vehementior in lumbis, cui utplurimum conjunctus est vomitus flavorum et porraceorum humorum frequens, quandoque pertinax alvi obstructio (Völker diss. c.).

53) §. LV. 2. (91. 92. 93. 94. 95. 96.).

54) Grüger de epilepsia uterina horrenda et contumaci ejusque curatione. (Misc. Ac. N. C. Dec. III. an. 7. 8. p. 172.). Wedel diss. de epilepsia hyster. Jen. 1676. Eickmeyer diss. de epilepsia uterina. Ultraj. 1639. Schulze Cas. hysterico-epileptici resolutio. Hal. 1737. Maisonneuve l. c.

habentium [55]), et temporis ingressus illorum. Interea ob id quod insultus circa catameniorum periodum ingruat, ad originem morbi uterinam tuto concludere haud licet. Vidimus enim epilepsias certe non uterinas, quae nihilominus appropinquante menstruali periodo, saeviebant.

16. Epilepsiam ex irritamento *renibus*, *ureteribus* et *vesicae urinariae*, inprimis a calculo illatis, originem nancisci posse, observationes Peremboni [56]) et Tissoti [57]) docent; vidimusque in colica nephritica, nisi genuinam epilepsiam, saltem eclampsiam. **Epilepsia ex vitio organorum uropoieticorum.**

17. Ob consensum *externarum partium* non minorem epilepticorum copiam notavit medicorum experientia, videlicet ex tibia [58]), crure [59]), sura **Epilepsia ex affectione partium internarum.**

55) Pater meus Viennae nobilem feminam epilepsia uterina laborantem curavit. Sub mäxime terribili paroxysmo advocatus, et varia incassum tentatis; amasius aegrotae ait: domine doctor! visne ut convulsionibus finem imponam? Utique. Ac revera manu sua pertractatis partibus genitalibus aegrotae, pro tempore quies obtinebatur.

56) Nova acta Nat. Cur. T. III. obs. 2. p. 20.

57) Op. c. Act. 4. p. 68.

58) Galenus L. III. Loc. affect. C. 5.

59) Jachin comment. in Rhasin. cap. de epilepsia. Trincavelli L. III. C. 6. Donzell in consil. 38. ed. Scholzii. Mercurial. Consil. 61. Mort. *An epilepsy from an uncommon cause* (concrementum cartilagineum pisiforme in crure) v. *Med. Essays and obs. by a Soc. in Edinb. Vol.* 4. p. 416.

sura [60]), pede [61]), digito [62]), mamma [63]), coxa [64]) et vola manus [65]). Interea timemus, medicorum plurimos epilepsiarum fontem ex partibus externis ob id solum false derivasse, quod *aura* inde ortum traxerit. Saltem ait RIVERIUS [66]): „Si a parte aliqua externa epilepsia oriunda sit, aura quaedam percipitur a parte illa elevari et minera morbi in eo delitescens, vellicat interdum, aut titillat, quod imminentem paroxysmum praenuntiat. Et si pars illa constringatur vinculo, impeditur paroxysmus."

E. indoles. 18. Detecto, si fieri licet, loco, ex quo epilepsia ortum ducit, ut *indoles* illius saltem conjectura attingatur, restat. Quo in opere, ut necessario cum ordine incedere possimus, epilepsiarum varia genera statuere juvabit; scilicet *atonicas*, *traumaticas*, *inflammatorias*, *rheumaticas*, *metastaticas*, *arthriticas*, *carcinomaticas*, *gastricas*, *scrophulosas*, *syphiliticas* et *complicatas*.

Epil. atonica seu nervea. 19. Paucae illae epilepsiae, quas ex vitio universi systematis nervosi pullulare diximus [67]), non

60) HOLLER in schol. ad praxin. L. I. C. 16.
61) FORESTUS L. alleg. obs. 68.
62) FAVENT. C. II. de med. morb. — BRASSAVOL. comment. ad aph. 45. L. II. HIPPOCRATIS.
63) MARCELL. DONAT. LII. hist. mirab. C. 4.
64) SYLVIUS in lib. de morb. intern. c. propr.
65) PLATER L. I. Obs.
66) Prax. med. L. I. C. 7.
67) N. X.

non inanem suspicionem movent, *atoniam cum sensibilitate morbosa* primariam illarum fontem constituere posse. Sic saltem caussae debilitantes, quae illis ansam porrigunt, constitutio delicata aegrotorum, qui inde affliguntur, felix hinc inde exitus morbi, corroborato per annorum curriculum corpore, et maxime effectus propitius methodi tonicae, gradui sensibilitatis accommodatae, ostendere videntur. Sique liceat atoniam et sensibilitatem morbosam *universi* systematis nervosi pro caussa proxima nonnullarum epilepsiarum admittere, non videmus, cur idem status morbosus relate ad unam alteramve illius systematis *partem* admitti non possit. Imo (sit venia hypothesi) defectus aequilibrii inter varias partes, quae systema nervosum componunt, quo scilicet fieret, ut una illarum principii nervei seu vitalis possideret *plus*, altera *minus*, de phaenomenis, veluti electricis, paroxysmi epileptici rationem reddere quodammodo possint.

20. Si epilepticorum singulorum exacta semper haberetur historia, quod imbecillis aegrorum aetas et conditio, parvitas caussae aliquando primum morbi fundamentum jacentis, aliaque rerum adjuncta, saepe impediunt; si, inquam, epilepticorum singulorum semper exacta haberetur historia, palam fieret, *epilepsiam traumaticam* frequentem esse [68]). Enimvero ad eam excitandam **Ep. traumatica.**

68) Cfr. P. II. Vol. I. Sect. I. C. 1. §. IV. 24. et §. X. 13.

dam opus non est, ut directe encephalum aut columna vertebralis a violentiis externis aliisque stimulis mechanicis, in aetiologia abunde indicatis, afficiantur; sed quodvis fere machinae punctum male inde tractatum, terribili, de quo agitur, effectui occasionem praebere valet [69]).

E. inflammatoria. 21. *Epilepsiae*, quae ex sanguinis evacuationibus intermissis, ex potu liquorum fermentatorum aliorumque narcoticorum, ex motu nimio, et ex violentis animi pathematibus oriuntur, quaeque in hominibus floridis, juvenibus, praesertim tempore vernali locum obtinent, nobis sunt *inflammatoriae*. Sub allatis enim rerum positionibus aliter fieri nequit, quominus sanguis vel majori, quam par est, vi in cerebrum et medullam spinalem irruat, vel in reditu suo ad cor obstaculis multifariis prematur. Nec requiritur ad epilepsiam inflammatoriam excitandam, ut plethora directe systema nervosum afficiat, cum similes effectus ex congestione sanguinis circa viscera in illud systema imperium magnum exercentia e. c. cor, hepar, ventriculum et inprimis *uterum*, locum obtinere possint. De quo argumento legatur quaeso Tissot [70]), qui originem epilepsiarum ex

69) Cfr. §. LVIII. N. 4. (89.).

70) l. c. Art. 8. p. 122—138. Cfr. Saillant *Experiences faites sur les animaux pour decouvr. le siège et la cause proch. de l'épilepsie (Hist. et mém. de la Soc. R. de Méd. de Paris* 1782. *et* 1783. *mém.* p. 88.).

ex plethora, observationibus Drelincourti [71]), Wepferi [72]), Morgagni [73]), Johnstoni [74]), Meckelii [75]) et propriis innixus, meridiana luce clarius patefecit [76]); et praxi felici, qua et nos hinc inde gloriari potuimus, confirmavit. Quodsi vero methodus medendi plethorae non semper in epilepsiis inde derivatis succedit, caussa in eo invenitur, quod, nisi in primo morbi limine occurratur, ex congestionibus sanguinis circa cerebrum, cerebellum, medullam oblongatam et spinalem iterum iterumque repetitis, diu neglectis, forteque incongrue curatis, tandem alia evolvuntur istis in partibus aut in vicinis vitia, in paragrapho, anatomiam pathologicam epilepticorum continente, abunde indicata. Effectus isti processus inflammatorii pluries in encephalo aut in specu vertebrali, reiterati, etiamsi plethora fugata sit, perstant, ac instar caussarum traumaticarum, pulpae nerveae vim inferendo, terribiles mali epileptici insultus gignunt. Quodsi miraris, cur vitia illa, continuo praesentia, solum periodice potestatem exerceant, tibi respondere liceret, permultos stimu-

71) Bonet sepulchr. 16. addit. obs. 6. p. 294.

72) Op. c. p. 303.

73) Epist. 9. N. 12. 14.

74) *Med. obs. and inquir. Vol.* 2. N. 6. p. 115.

75) *Recherches anatomico-physiol. sur les caus. de la folie. Mém. de Berlin.* 1760. obs. 10.

76) Legi meretur et Hohnbaum in Marcus *Eph. d. Heilk.* 7. B.

stimulos morbosos, posse in corpore humano eousque innocue latitare, quousque aliae non superveniant caussae, ut mutationes anni temporum, atmosphaerae, hujusque conditio plus minus electrica, victus solito diversus, abusus liquorum spirituosorum, somnus vigiliis non respondens, animi pathemata etc., quae, aut sanguinem exagitando, aut nervorum sensibilitatem augendo, mali explosionem excitent. Praeterea cum *Sanctorini* experimenta [77]) doceant, corpus humanum omni mense sine nota caussa per aliquot dies pondere increscere, dein vero iterum decrescere et sic alternatim, nonne primo in casu *turgor* expectandus erit, quo vigente recondita vitia variis partibus inhaerentia, caput attollere, et effectus in pulpam nerveam producere, quae serius cessante turgore evanescere debent? [78]).

Ep. rheumatica.

22. Si *rheumatis* effectus generales in systema nervosum perpendis [79]), et inprimis, si factorum in doctrina encephalitidis, rhachialgitidis et neural-

77) Statica medica.

78) Stalparti van der Wiel (Obs. cent. I. obs. 8. p. 36.) historiam comitis Philippi a Nassau Weichheim refert, qui post lapsum de equo ob gravem contusionem cranii *vigesies septies* terebratus fuit, priusquam latens extravasatum detegi potuerat. Sanatus, plus vini quam antea, quin ebrietas sequeretur, epotare illi licuit, verisimiliter concessa cerebri majori expansione. Cfr. Tissot l. c. p. 264. §. 131.

79) P. II. Vol. I. Sect. I. §. IV. 15.

neuralgitidis rheumaticae traditorum recordaberis, facile originem plurimarum epilepsiarum inde explicabis. Ac re quidem vera, plurimae epilepsiae, quae in hominibus alias sanis et ad morbos nervosos minime dispositis, ex transpiratione suppressa oriuntur, vitiis nisi omnino rheumaticis, saltem a rheumate proficiscentibus, ortum debent. Spectant praeprimis huc *vitia membranarum*, cerebrum, cerebellum, medullam oblongatam et spinalem nec non singulos nervos involventium, atque *extravasata*, *adhaesiones* morbosae aliaque mala supra exposita [80]). Ab epilepsia rheumatica vix catarrhalis illa differt, de qua SCHNEIDERUS loquitur [81]), asserens caussam catarrhalem hic nervos (certe membranae pituitariae narium) vellicare [82]). Generatim vero sedem caussae epilepsiae, cui transpiratio suppressa ortum dat, minus in cerebro quam in columna vertebrali quaerimus; notum enim est systema dermoideum nervos suos hoc ex specu accipere, quod si cutem imperio medullae spinalis subjiciat, subjicit vicissim et medullam spinalem imperio cutis.

23. Hanc ipsam ob caussam et *epilepsiae metastaticae*, quatenus scilicet ex imperfecta evolutione, aut ex fuga praepostera exanthematum, impetiginum et ulcerum chronicorum cutis, originem E. metastatica.

80) §. LIV.
81) De catarrhis. Lib. II. p. 103.
82) Cfr. Cap. de Coryza.

nem nanciscuntur, maxime ad *spinales* amandamus. Atque hic iterum confirmatur, *miliaria* peculiarem nexum cum medulla spinali habere [83]); constat enim [84]) epilepsiam epidemicam post illa obvenisse.

E. arthritica.

24. *Arthritis*, systemati nervoso generatim infensa [85]), inter alios morbos et *epilepsiam* excitat [86]). Quod fieri videtur nunc *directe*, per irritationem a caussa arthritica parti cuidam systematis nervosi e. c. cerebri, medullae spinali illatam; nunc *indirecte*, per morbos viscerum e. c. cordis, uteri, indolis arthriticae, nervis vicinis infensos. Vestigia arthritidis, ut concrementa calculosa, ipsa epilepticorum cadavera exhibent. Ad epilepsias arthriticas et illae spectare videntur, quae olim ab *acredine humorum* derivabantur [87]). Pathologiae enim humoralis istam partem non plane in doctrina epilepsiae rejiciendam esse praeter alia et MANGOLTI casus [88]) docet, viri scilicet, eadem ratione qua plus esui salis culinaris indulgebat, fortius ab epilepsia affecti, a quo tandem

83) P. I. Vol. II. C. III. §. XIV. 2. (55.).

84) BARAILLON l. c.

85) P. II. Vol. I. Sect. I. Cap. 1. §. IV. 17.

86) Eph. N. Cur. Dec. II. an. 6. obs. 42. Schol. p. 112. GUTERMANN de arthrit. vaga, convulsionibus epilept. soluta (Act. acad. N. Cur. Vol. III. p. 330.).

87) TISSOT l. c. Art. IX. *Des epilepsies occasionées par l'acre des humeurs.*

88) Progr. de epilepsiae nonnull. specieb. Erf. 1764.

tandem malo solum per abstinentiam a sale liberari potuerat. Sic duobus in pueris epilepsia originem ab esu protracto porri sectilis trahebat [89]. Et epilepsiae, quibus retentiones evacuationum habitualium e. c. diarrhoeae [90]), ansam porrigunt, nec non eae, quae ab intempestiva febrium intermittentium suppressione oriuntur [91]), sibi locum hic vindicare videntur. Epilepsiae indolem arthriticam conjecturamus, si aeger ex stirpe arthritica descendat, si prius aliis affectionibus arthriticis obnoxius fuerit, si paroxysmi determinatis anni temporibus alligati sint, sique iis absolutis urina sedimentum sic dictum arthriticum deponat. Interea fieri potest, quod epilepsia primam originem caussae arthriticae debeat, serius autem a reliquiis illius excitetur.

25. Dari *febrem intermittentem larvatam perniciosam*, sub forma *epilepsiae*, seu potius *eclampsiae* comparentem, tum ex aliorum [92]) tum ex propria experientia constat. Diagnosis secundum regulas alibi traditas [93]) instituitur. E. intermittens larvata.

26. Scir-

89) Schenk obs. 117.

90) Med. sept. de epileps. Cap. 31. T. I. p. 20.

91) Boehmer et Titius de exanthematum differentia et origine. Wittemb. 1766. p. 7.

92) Werlhof de febr. Sect. I. §. 4. et Sect. II. §. 4. *Storia d'una epileps. period. col tipo d'una terzana, guarita al sopragiungere d'un tifo petecch. Giorn. della Soc. med. chir. di Parma. Vol. 14. p. 3.*

93) P. I. Vol. I. Cap. II. §. XXII. 3.

E. carcinomatica. 26. Scirrhi in cerebro et prope nervos epilepticorum detecti 94), imperium principii cancrosi in systema nervosum 95), et in nervorum singulorum morbos 96), ac tandem commercium cancri mammae cum insultibus epilepticis 97), nobis jus, *epilepsiam carcinomaticam* statuendi, impertiunt. Imo similitudo quaedam inter auram epilepticam, et neuralgias carcinomaticas, utpote fulminis instar contingentes 98), animadvertitur. Caeterum epilepsiae carcinomaticae diagnosis, maxime habita ratione stirpis et aetatis aegrorum, nec non morborum praegressorum aut sociorum, instituenda foret.

E. gastrica. 27. Minus problematica *epilepsia* est, ex affectionibus gastricis ortum ducens, ideoque *gastrica* dicenda. Hujus generis esse solent epilepsiae, aut saltem eclampsiae recens natorum et infantum, quatenus meconio, acidis primarum viarum, erroribus in diaeta et vermibus ortum debent. Ex cadaverum epilepticorum autopsia intelligitur, ventriculum et intestina quandoque inflammatione laborare. Tum hanc ob caussam, tum

94) §. LIV.

95) P. II. Sect. I. Cap. 1. §. IV. 22.

96) Cap. §.

97) Le Wacher *Traité du cancer des mammelles.* p. 175. (Epileptica simul cancro laborans, ex doloribus hac in parte auctis, futurum insultum epilepticum praedicebat).

98) Cap. VI. §. XXVIII. 1.

tum ob facilem errorem, affectionem abdominis, per consensum cum cerebro ortam, pro primaria habendi, praesentia epilepsiae gastricae non praecipitanter judicanda est.

28. Quae regula eo magis sacra esto, cum epilepsiae originis abdominalis saepius, ut monuimus [99]), ex *affectione scrophulosa glandularum mesenterii*, quam ex vermibus, bile, saburra, et acidis primarum viarum pullulent. Verum scrophulae non solum respectu mesenterii vim in epilepsiam exercent. Generatim enim scrophulosi ad morbum illum dispositi sunt [100]); quod non mirum est, si perpendamus: inflammationem cerebri et medullae spinalis in illis facillime in hydropem encephali et specus vertebralis transire [1]), ac epilepsiam *encephalicam* et *spinalem* saepe ex istis morbis imperfecte resolutis, ortum ducere [2]). Praeterea ex ipsa epilepticorum cadaverum sectione effectus scrophularum in cerebrum aliasque systematis nervosi partes elucet. Ac re quidem vera, facile vis, quam tumores glandularum pulpae nerveae inferre debent, intelligitur. Porro epilepticorum crania [3]) et *rhachitidis* in epilepsiam impe-

E. scrophulosa et rhachitica.

99) N. 13.

100) §. LV. 1.

1) P. II. Vol. I. Sect. I. Cap. IV. §. XXII. 6. (95.). Cap. III. §. XIV. N. 3.

2) N. 9.

3) §. LIV. 2.

imperium abunde demonstrant; ne amplius de conditione columnae vertebralis rhachiticorum, et effectibus illius in nervos e spina proficiscentibus, loquamur.

Ep. syphilitica. 29. Vis *diatheseos venereae* in epilepsiis excitandis observationibus Boneti [4]), Pelargi [5]), Kaempfii [6]), Roeberi [7]), aliorumque [8]) et nostrarum [9]) ita confirmata est, ut in stabilienda *epi-*

4) Sepulcr. L. I. Sect. XII. Add. obs. 3.

5) *Med. Jahrgänge.* 2. *B.* p. 317.

6) Acta Hassiae. Vol. I. p. 152.

7) *Von e. Epilepsie v. vener. Knochenauswüchsen. (Museum d. Heilkunde.* 4. *B.* p. 290.).

8) Eph. N. Cur. Cent. I. obs. 136.

9) An. 1800. Polonus 40. circiter annorum Viennam advenerat, epilepsia rebelli affectus. Curae tandem meae absente medico suo ordinario commissus, cum observaverim epilepsiae sociam fuisse cephalaeam saevam noctu invalescentem (quo tempore et insultus epileptici ingruere solebant), num aeger nunquam morbos venereos perpessus fuerit, interrogabam. Fassus est se in juventute ab hoc malo non vixisse immunem; qua de caussa periculum cum mercurio sublimato corrosivo institui, et tanto cum successu, ut aegrum spatio sex hebdomadum ab utroque malo, epilepsia scilicet et cephalalgia, liberaverim. An. 1817. ancilla 20. ann. epileptica ad Clinicum Vilnense recepta est. Accusabat lapsum in flumen et terrorem inde secutum pro morbi caussis. Examinato capite cariem ossis parietalis dextri deteximus, cujus centrum per exfoliationem ad circumferentiam pollicis et ultra ita consumptum erat, ut pulsatio cerebri per duram matrem denudatam ap-

epilepsia syphilitica a nullo premamur dubio. Syphilis epilepsiam vix per actionem directam in systema nervosum, sed indirecte, cariem, exostoses et tophos, pulpae nerveae variis in locis infensos, excitando, gignere videtur. Diagnosis potissimum ex anamnesticis et praesentia symptomatum luis instituitur. Epilepsiae nocturnae prae aliis de syphilide suspectae sunto. Cum et *mercurii* usus incautus epilepsiam excitari possit [10]), cavendum, ne effectus illius syphilidi tribuantur.

30. Si tantum jam in epilepsia excitanda *unius* diatheseos sit imperium, quid ex *confluvio plurimarum diathesium* expectandum erit? Sane quidem historias epilepticorum ab ovo pervolvendo, hujusmodi malorum conflictatio haud raro invenitur. Est ea tam multiplex, ut in omnibus suis combinationibus exponi nequeat. Sufficiat hinc, unicum exemplum adducere rhachitici, scilicet onanià exhausti, potu liquorum fermentatorum non parcentis et tandem a syphilide contaminati. Hic luis contagium, praeprimis systema osse- Ep. complicata.

Z 2

paruerit. Integumenta ulcere, notas syphiliticas exhibente, depascebantur. Tophus orbitam sinistram occupabat. Glandularum submaxillarium una ad ovi columbini magnitudinem increverat. Paroxysmi epileptici plerumque horis nocturnis, magisque in corporis latere sinistro, saeviebant. Cura antisyphilitica adhibita, aegra sanitati restituta est, num sine reditu, ignoro.

10) §. LV. N. 2. (76.).

osseum, utpote jam ab rhachitide labefactatum aggreditur, unde vertebrarum nonnullorum dorsalium tophi et caries oriuntur. Porro medulla spinalis, onaniae culpâ, morbose sensilis, irritationem, suis membranis a vertebris turgidis erosis illatam, aegre fert; fert tamen, donec accedente vel ebrietate, vel alvi obstructione, vel aestu venereo, vel calore lecti, vel motu nimio, vel animi pathemate etc., sanguis majori impetu in columnam vertebralem irruat; quo facto, nervi spinales, in origine stimulum percipientes, impressionem morbosam nervo sympathico magno, et cerebro communicant, unde insultus epilepticus omnibus numeris absolutus oritur.

§. LVII.

Prognosis.

Generatim. 1. Epilepsia morbum difficillimae curationis sistit. Valet id maxime de epilepsia haereditaria, congenita et nocturna. „Juvenes epilepsia laborantes, mutatione praecipue aetatis, regionis ac victûs sanantur" [11]). At certe non indiscriminatim! Sic exceptionibus non caret alter aphorismorum, quo contenditur: „quod quibus ante pubertatem contingat epilepsia, curationem recipere; quibus post vigesimum quintum annum, eos fere comitari ad mortem usque" [12]). Epilepsias

11) Hippocrates. II. aph. 45.
12) Idem Lib. V. aph. 7.

lepsias enim inter trigesimum et quadragesimum annum ex abusu liquorum fermentatorum ac suppresso fluxu haemorrhoidali evolutas, sine maximis difficultatibus sanavimus. — Epilepsiae prognosis non a vi symptomatum desumenda. Cónstat enim morbum, aspectu leviorem, aliquando difficilius sanari, quam qui sub forma feroci saevit. Nec frequentia paroxysmorum majus semper indicat periculum; immo generatim maxime rebelles sunt epilepsiae, quarum insultus longis intervallis sejunguntur [13]). E contrario regula generalis, quo recentior epilepsia, eo magis sanationis spes affulget, et vice versa. Hoc tamen non impedit, quominus dentur etiam exempla epilepsiarum sanatarum, quamvis morbus annos quadraginta [14]) et quinquaginta [15]) duraverit. Novimus virum summo loco natum, qui ad annum quadragesimum aetatis epilepsiâ vexabatur, quae dein sponte evanuit [16]). Gravissimae sunt epilepsiae, quae pulmones et cor vehementer aggrediuntur, quorum insultus vertiginem, hebetudinem, torporem relinquere solent; quaeque a pharmacis diversae prorsus naturae nullam mutationem, vel in melius vel in pejus, subeunt. Saepius

13) Boerhaave in consult. epist. VI. p. 23.

14) Nicolaus Florentinus Opp. (ab infantia aegra epilepsia laboraverat).

15) Trincavelli Lib. I. consil. 29.

16) Cfr. Doederlein diss. de epilepsia autocratiâ naturae curata. Alt. 1747.

pius epilepsia per annum unum alterumve evanescit, ac dein redit, nunquam evanitura. Ex quo colligitur, historiis epilepsiarum sanatarum fidem non indiscriminatim tribuendam esse. Eo magis errori locus est, quum epilepticus tempore intervalli liberi, perfecta frui videatur sanitate. Etiamsi morbus diu duraverit, facultates animi non semper evidens detrimentum capiunt. Generatim epileptici longaevitate non gaudent. Gravidae epilepsia laborantes plerumque, at non semper [17]), abortum [18]) patiuntur. Eclampsia parturientium, nisi jam prius convulsionibus insontibus obnoxiarum, quidquid dicant [19]), morbus est plerumque lethalis. Illa praegnantium post partum aliquando cessat [20]). Epilepsia infantum, nisi ex encephalitide et hydrocephalo, vel ex rha-

chial-

17) Schenk in obs. Thebesius gravis epilepsia in gravida, et foetui et partui innoxia. Act. Ac. Nat. Cur. Vol. 10. p. 216. Gulbrand epilepsiae tum gravidae tum lactantis innoxia et paralysis eruptis catameniis soluta. (Act. Soc. med. Havn. Vol. I. p. 84.).

18) Rogery *mém. et obs. sur des convulsions épilept. survenues à la fin du sept. mois de la grossesse et suivies de l'avortement (Annales de la Soc. de méd. de Montpel. T.* 9. p. 109.).

19) Gehler diss. de eclampsia parturient. morbo gravi quidem neque adeo funesto. S. I. Pathol. resp. Gutsch. Lips. 1776. Sect. 2. Therapeut. resp. Gerischer, Lips. 1777.

20) Roesler Miscel. Acad. N. Cur. Dec. I. an. 3. 1672. p. 534. Ipse vidi,

chialgitide et hydrorhachitide, vel ex dentione veniat, prognosin epilepsiae gastricae agnoscit.

2. „Qui a capite epilepsiae initium sumunt, ex his gravissimae, deinde qui a latere: qui vero a manibus ac pedibus, maxime sanari possunt" [21]). Paroxysmum vel antecedentes vel consequentes oculorum splendores epilepticis funesti esse solent [22]). Sane omnia signa epilepsiam encephalicam indicantia, caeteris paribus, difficillimae curationis praesagium sistunt. Verisimile autem est, et epilepsias, quarum caussae in aliis corporis partibus resident, tractu temporis veluti encephalicas fieri. Valet id potissimum de epilepsiis abdominalibus. Progn. ex sede.

3. *Epilepsiae atonicae* seu *nerveae* primus ille aphorismus Hippocratis *) applicari potest. Prognosis hic saepe a conditione domestica aegrorum pendet. *Epilepsiis traumaticis* quandoque auxilia efficacissima chirurgica opponi licet [23]). *Epilepsiae inflammatoriae*, *rheumaticae* et *arthriticae*, priusquam in vitia localia, quae cum diathesi, ex quibus pullulant, jam amplius non cohaerent [24]), degenerant, medicinae imperio plerumque subjiciuntur. *Epilepsiarum* sanatarum maxima pars *metastaticae* fuerunt; item *gastricae*, Progn. ex indole.

21) Hipp. Prorrhet. Diss. 16. Cornarii.

22) Misc. Ac. N. C. Dec. III. an. 9. et 10. p. 280.

*) l. l. (11.).

23) Cfr. §. LVIII. N. 4. (89.).

24) P. II. Vol. I. Sect. I. Cap. 1. §. V. 19.

cae, saltem quatenus meconio, acidis primarum viarum, et vermibus ortum debuerant. *Epilepsiae scrophulosae* et *rhachiticae* ut plurimum altas adeo radices egerunt, ut artis imperium eludant. Excipi quodammodo merentur epilepsiae ex affectione glandularum meseraicarum. *Epilepsiae syphiliticae*, nisi complicatae, ad sanabiles spectant.

Transitus epilepsiarum. 4. Epilepsiae transeunt in maniam, inprimis fatuam, in coecitatem [25]), strabismum [26]), in apoplexiam [27]), paralysin [28]), in hydropem et tabem; quae transitiones nullam plane sanationis relinquunt spem. Sunt qui sub ipso paroxysmo morte mulctantur [29]). Alii ab encephalitide, quam secundariam vocavimus [30]), nec no a hydrocephalo accessorio [31]) necantur. Hi morbi plane a febri-

25) Seger de coecitate post epilepsiam in parturiente. Misc. Ac. Nat. Cur. Dec. I. An. 3. p. 293. Dec. III. An. 5. 6. App. p. 123.). Geebez de epilepsia mira metastasi in repentinam coecitat. et insperat. visus recuperation. (Eph. Ac. Nat. Cur. Cent. I. II. p. 264.).

26) Seger de strabismo ex epilepsia (l. c.) p. 294.

27) Rayger de epileps. apoplexiae superven. lethali. Misc. Ac. Nat. Cur. Dec. I. An. 6. 7. p. 311.

28) Ranoe Act. Soc. Havn. Vol. 2. p. 154.

29) Dobrzanski mors repentina ex morbo caduco. (Misc. Ac. N. Cur. Dec. I. An. 2. p. 276.). Gockel de milite ex improviso convulsionib. epilept. sine manifesta caussa tentato, ac spatio aliquot horarum trucidato. (Ib. Dec. III. an. 9. et 10. p. 141.).

30) P. II. Vol. I. Sect. I. C. III. §. XVIII. 10.

31) Ibid. C. IV. §. XXIII. 3.

febribus, aliisque aegritudinibus, quandoque *fortuito* epilepticos aggredientibus, ac antiquum morbum profligantibus distingui debent. Epilepsias nempe a febribus quartanis sanatas viderunt alii 32), a typho nos ipsi 33). Nec desunt exempla epilepsiarum fugatarum a supervenientibus tumore ad cubitum 34), cholera et dysenteria 35), haemorrhagiis 36), inprimis haemorrhoidibus 37) et morbis cutis 38), nec non a ruptura abscessus 39). [illegible] Phae-

32) Tenot ergo epilepsiae febris superveniens curatio. Paris. 1578. *Auszüge aus d. Tageb. e. ausüb. Arztes.* p. 277.

33) Cfr. opusculum meum: *Erläuterung d. Erregungstheorie. 2. Aufl. Heilbronn.* 1805. p. 386. (Antequam nempe epileptici a reliquis aegris in nosocomio Viennensi separarentur, contigit, ut in typhum contagiosum inciderent, quo morbo feliciter superato, et epilepsiae nulla alia obveniebant vestigia).

34) Schultz singularis crisis epilepsiae in puerpera obortis tribus in sinistro cubito glandulis tumefactis soluta. (Misc. Ac. Nat. Cur. Dec. I. An. 3. p. 146.).

35) Praetorius in *Samml. d. Soc. in Budissin.* p. 51. Eph. N. Cur. Dec. II. An. 7. App. p. 133. Dec. III. An. 1. obs. 72.

36) *Edinburger Versuche. V. B. N.* 47.

37) Langlois: ergo epilepticis et melancholicis haemorrhoides salutares. Paris. 1640. Roncalli hist. morbor. obs. auctae. Brix. 1741. p. 21.

38) Baumes in *Gazette Salutaire.* 1790. *N.* 2.

39) Werloschnigg de motu hyster. (in puella) ex uteri abscessu pro epilepsia habito, feliciter cur. (Misc. N. Cur. Dec. III. An. 9. 10. p. 280.).

Phaenomena sub finem cujusvis insultus epileptici contingentia veluti *crisin* constituere, ac fontem pro indicationibus aperire, dictum est [40]); quam vero observationem non nisi inter arctissimos limites admittemus [41]). Quandoque epilepsiae (forte rectius convulsiones) salutares fuerant [42]).

§. LVIII.

C u r a.

Generatim. 1. Curatio vel praesentem, vel futurum respicit paroxysmum; illum solvere, hunc prohibere conamur. Hoc in opere indicationes rationales

40) Lentin *Beytr. z. ausüb. Arzneyw.* 3. *B.* p. 144 — 175.

41) Si e. c. quivis insultus epilepticus largo urinarum sedimento terminaretur, verisimiliter esset naturam crisin per lotium moliri, cui nutu obtemperando, deficiente alia indicatione, ad diuretica confugiendum foret. At quam incerta et ambigua haec sint, clare demonstravit Dreyssig l. c. p. 259.

42) Guttérmann de arthrid. vaga convulsionib. epilept. soluta. l. c. Thebesius epilepsia diuturnae colicae sanguineo - spasmodicae superven. salutaris. (Act. Ac. N. Cur. Vol. 10. p. 217.). Paullini caducus dysenteriae averruncus (Misc. Ac. N. Cur. Dec. II. An. 7. App. p. 133.). Grass de ischuria paroxysmo epilept. soluta. (Ib. Dec. I. An. 3. p. 387. Dec. III. An. 5. et 6. App. p. 129.). Müller de sene plusquam octogenario apoplexiae proximo, convulsionibus epilept. vehementissimis tacto, et insperato sanitati restituto. (Eph. N. Cur. Cent. 9. et 10. p. 368.). Paullini quartana febris ab epilepsia curata, et contra. (Misc. Ac. N. Cur. Dec. II. An. 5. App. p. 50.).

les eousque prosequimur, quousque ipsae a conjecturis circa morbi sedem et indolem suggeruntur. Enimvero solum exhaustis aut desideratis indicationibus rationalibus, ad auxilia empirica sic dicta *specifica antepileptica* confugere fas est. Elenchos eorum sedulitati à BRAC [43]), PECHLINI [44]), RIVINI [45]), TEUCHERI [46]), SAMSONI [47]), ORLOVII [48]), BERGERI [49]), HARTMANNI [50]), MILLERI [51]) et BUXTORFII [52]) debemus. Donec vero de sanatione morbi certi sumus, epilepticos diu noctuque custodire juvat. Hinc nunquam sine amico aut famulo domum derelinquere, nunquam eam soli inhabitare, nunquam ecclesias, comitia

43) Catal. medicamentor. advers. epileps. Arnh. 1693.

44) Diss. de epileps. et contra eam remed. Kil. 1678.

45) Diss. de remed. antepilept. fossil. Lips. 1708.

46) Diss. de remed. antepilept. terreis coll. diss. Lips. 1710.

47) Diss. de epilepsia et praecipue ejusdem sic dictis specificis. Helmst. 1756.

48) Diss. sistens observationes circa nonnulla remedia antepileptica usitata. Regiom. 1759.

49) Diss. de remed. specif. in epilepsia usitatis. Francf. 1765.

50) Diss. sist. var. epilepsiae medendi methodos. Francf. 1787.

51) Diss. de medicamentis antepilept. Argent. In coll. diss. med. Marb. 1787. Fasc. III. p. 31.

52) *Bemerk. üb. d. Anwend. einiger, geg. d. fallende Sucht gerühmt. Mittel.* v. *Mus. d. Heilk. schweizer. Aerzte u. Wundärzte.* 1. B. p. 549.

tia et theatra, concurrente multo populo, frequentare iis permittendum est. Si epilepsia noctu invadere soleat, ne aeger aliter quam in lecto super solum strato, culcitris undique circumdato dormiat, curandum. Postremo nosocomia unice epilepticorum curae dicata, construenda forent [53]).

Cura paroxysmi.

2. Aeger in paroxysmo constitutus, docente jam CELSO [54]), nulla indiget cura, nisi ut vestibus, collari aliisque fasciis, sanguinis circulo obstantibus, illico spolietur. Collocetur porro in loco lucido et aperto potius, quam clauso et tenebricoso. Removeantur superflui spectatores. Dentes confirmati, vel spathalio ligneo ex tilio commodissimo, vel cochleari linteis obvoluto, vel nodulo in strophiolo facto, diducantur et diducti serventur, tum ob faciliorem respirationem, tum ne aeger linguam mordeat. Violentam corporis concussionem levare quidem, sed in totum comprimere non expedit. Pollicem extorquere superfluus est labor. Nec juvat aegrotos odoramentis, praesertim acrioribus, sternutatoriis [55]), vellicatione, clysteribus excruciare. Vidimus plus vice simplici clavem aut aliud ferri frustulum manibus aegri

53) NIEMANN *Handb. d. Staatsarzneyk. u. staatsärztl. Veterinärk. Leip.* 1813. 1. *Th.* p. 205.

54) L. III. c. 23.

55) VALENTINUS puerum vidit, qui ob insufflatum a matre sternutatorium, convulsus obiit (Prax. med. infallib. p. 235.).

egri commissum, paroxysmo finem imposuisse, egimusque similem effectum per lenem corporis pileptici frictionem ope ejusdem metalli ab aliis btentum fuisse [56]. Quae tamen experimenta lias incassum repetiimus. Affusio aquae frigidae nsultum epilepticum cohibuisse fertur [57]: num úm reali profectu, dubitamus.

3. Si epilepsiae insultus ab aura ex determiato loco manante annunciari soleat, sique mali aussa nequaquam in cerebro et medulla spinali ocata sit [58]; paroxysmi evolutionem impedire liquando licet [59], si pars, ex qua aura proficiscitur, *ligatura* circumdetur [60]. Interim haec mehodus saepissime expectationem, vel in totum, el post aliquot felicia tentamina [61], deludit, aut ngustias addit [62], aut paroxysmos frequentiores eddidit [63]. Alias insultus epileptici, animum terore vehementer commovendo [64], frustulum sulphuris

C. imminentis paroxysmi.

56) Pfaff in Meckel's *deutsch. Arch. f. d. Physiolog.* 3. *B.* 2. *H.* *Hal.* 1817. p. 165—168.

57) Brera *giornale di med. prat. Vol.* 3. *C.* 3.

58) Boerhaave de morbis nervorum. p. 844.

59) Lyson *Abhandlung vom Wechselfieber.*

60) Motho in Barthol. Cent. VI. hist. 78. Bechstedt. diss. de artuum ligatur. ad nonnull. morb. intern. usitat. Duisb. 1773. Rahn's *Briefwechsel.* 1. *B.* p. 516.

61) Maurer Comment. de medicam antepilept. p. 39.

62) Maurer ib. Dreyssig l. c. p. 265.

63) Pfündel in Hufeland's *Journ.* 2. *B.* p. 280.

64) Legatur celebratum exemplum puellarum orphanotrophii Haarlemensis apud Kaau Boerhaave impe-

phuris manibus terendo [65]), ammoniam naribus cautissime [66]) admovendo [67]), opium [68]), subcarbonatem potassae [69]), emeticum [70]), exhibendo praepediti fuere.

C. E. traumaticae. 4. *Epilepsiae traumaticae* cura quandoque obtinetur, caussam, locum quemdam systematis nervosi irritantem, abigendo, vel partem, ex qua malum originem trahit, resecando. Sic exempla epilepsiarum ex vulneribus capitis ortarum, ac terebratione calvariae, (jam ab Aretaeo proposita

tum faciens dictum Hippocrat. Lugd. Bat. 1745. §. 406. et Cfr. Berendt in Kausch *Memorab. d. Heilk., Staatsarzneyw. u. Thierheilk. Züllichau* 1819. 3. *B.* (Timor verberationis profligavit morbum).

65) Cullen *Anfangsgr. d. pr. Arzneyk. nach d. viert. engl. Ausg. übersetzt, mit Anmerk. u. Zusätz.* 2. *Aufl.* 1789. 3. *B.* p. 391.

66) Nysten *obs. sur un cas d'empoisonnement prod. p. l'inspirat. de l'ammoniaque pendant un accès d'epilepsie (Bull. de la fac. de Méd. et de la Soc. de Paris a.* 1815. p. 351.).

67) Aliquoties cum fructu tentavi.

68) Jenger pr. Reil diss. cont. analecta ad doctrin. de epileps. Hal. 1801. p. 35. Nullum ab opio hic obtinui effectum.

69) D. Golz patri meo retulit, se in nobili Polono insultum epilepticum saepe imminutum aut omnino impeditum vidisse, si aeger, aura epileptica percepta, salis alcalini fixi vegetabilis in duabus aquae partibus soluti guttas XXX—XL. assumeret. Certior erat effectus, si stomacho jejuno assumendum esset hoc remedium.

70) Dreyssig l. c. p. 265.

sita [71])), vel laesionibus fortuitis cranii [72]), sanatarum, vel saltem pro tempore, quamdiu scilicet patebat vulnus, fugatarum [73]), leguntur apud Rhodium [74]), Spigelium [75]), Theinerium [76]), Bettium [77]) aliosque [78]). *Nervorum irritatorum discissio* epilepsiae finem imposuit, testantibus Tissot [79]), Portal [80]), Vering [81]), Kühn [82]) aliisque [83]). Extracto ex aure globulo epilepsia cessa-

71) L. I. de curat. morb. chronic. C. IV. p. 121.

72) Cent. I. obs. 66. L. II. C. IV. p. 53. Schenk L. I. p. 116.

73) La Motte *Traité compl. de chir. Obs.* 172. *T.* 2. p. 409. Et: *Mém. de l'ac. r. de chir. T. I.* p. 230.

74) Cent. I. obs. 66.

75) Tissot l. c. p. 260. §. 130.

76) Diss. medico-chir. sistens cas. epileps. per terebr. cranii feliciter sanatae. Berol. 1811.

77) *Istoria delle principali operazioni di chirurg. di* C. Sprengel *trad. dal tedesco e corredata di note da Betti. Fiorenze* 1815.

78) *The Edinburgh medical and surgical Journal. Vol. II. an.* 1806. *Octob. — Decemb.*

79) l. c.

80) *Cours d'anatomie médicale. T. IV.* p. 252.

81) *Salzb. med. chir. Zeitung.* 1819. *N.* 66. p. 238. Femina 40. annorum, semper sana donec quinque abhinc annis, ad superficiem internam surae dextrae, sine nota caussa, tumorem, durum valde, sensilem, magnitudinis nucis, simul cum insultibus epilepticis acquisivit. Exciso hoc tumore, dolores et epilepsia cessarunt.

82) *Phys. med. Journ.* 1802. p. 71.

83) *Medical Essays. T. IV. N.* 27. p. 416. (Mulier 38.

cessavit, referente HILDANO [84]). Idem evenit aperto per cauterium tumore in coxa et extracto inde osse carioso [85]); atque in alio aegroto, exstirpato tumore ad pollicem manus dextrae [86]). Epilepsiae in sinistra manu oriundae sanationem *fonticulus* ibi excitatus perfecit [87]). Altera e laesione digiti indicis cum aura epileptica proficiscens, *setaceo* ad brachium applicato, fugata est [88]). Epilepsiam terribilem, quae ex affectione testiculorum originem trahere videbatur, castratione sanavi-

annorum per duodecim annos laboraverat epilepsia omnibus auxiliis rebelli. Paroxysmus semper incipiebat a crure circa partem inferiorem gastrocnemiorum. Medicus hic scalpellum adegit ad binorum circiter pollicum profunditatem, et in fundo vulneris invenit corpus durum, cartilagineum, pisum majus adaequans sua mole, quod a musculis separatum, cum nervo insidere vidisset, discisso nervo, corpus illud heterogeneum forfice prehensum eduxit, subsequente perfecta sanitate).

84) Cent. I. obs. 4.

85) SCHENK obs. L. I. N. 198) VOLCKAMER nervi laesio epilepsiae orientis causa per cauterium ablata. (Misc. Ac. N. Cur. Dec. II. an. 5. p. 321.).

86) CARRON in SEDILLOT *Recueil périodique de la Soc. de Méd. de Paris. T.* 13. p. 422.

87) BAXTER Act. Acad. N. Cur. Vol. 8. p. 54.

88) MARET *Nouv. mém. de Dijon.* 1784. *sémestr.* 1. p. 149.

navimus [89]). Mitiora atque momentanea auxilia forent

89) Augustus Wambutt, viginti tres annos natus, optima semper sanitate gavisus, famuli officium exercens, cum die 23. Juni 1809. somno pomeridiano braccis deligatis indulsisset, a domino suo praetereunte joci gratia strophiolo in nodos convoluto ad scrotum percussus est. Cum ejulatu inde evigilans illico lipothymia correptus humum concidit. Recuperatis mentis viribus rubor, tumor et dolor scroti comparuere, quibus post triduum urinae suppressio supervenit. Adhibitis nonnullis mihi ignotis pharmacis, urina postridie in conspectum venit, multa quidem sed atra. Fugata et scroti affectione, juvenis se sanum dixisset, nisi qualibet nocte in pollutiones repetitas, quibus antea rarissime obnoxius erat, incidisset. Cui incommodo, consilio medico, coitum, potum liquorum fermentatorum, et balnea frigida opposuit. Verum sextum vix intraverat balneum, cum convulsionibus diris correptus fereque exanimis inde extrahi debuerit. Nihilominus convulsiones per quatuor adhuc horas protrahebantur. Ex eo tempore pollutiones non amplius comparuere. Redierunt vero convulsiones quavis die ter quaterve, ac ita quidem protractae, ut vix intervallum horulae inter unum et alterum accessum locum obtinuerit. Desaevierant tamen spatio duarum hebdomadum, ac anno 1812. die 10. februarii, cum aeger meum imploraret auxilium, jam quater tantum de mense, illis subjiciebatur et vix aliter nisi commoto qualicunque demum ex caussa animo. Suscipe me in clinicum tuum institutum, ajebat, sic enim non solum hominum miserrimo succurres, sed simul discipulis tuis memorabilem exhibebis morbum, ac

forent ligatura partis, ex qua aura proficiscitur [90]), aut applicatio *opii* [91]) super eandem.

5. *Epi-*

securitati publicae providebis. Primam rationem admittens, me reliquas haud intelligere fassus sum. Morbus meus, inquit, memorabilis est, nam plurimi, qui me viderunt medici, eum definire haud potuerunt, dubii enim haerebant, num pro *epilepsia*, num pro *mania*, num pro *rabie* declarandus foret. Conveniebant solum, me esse aegrum vigente paroxysmo periculosum, ac arcte custodiendum. Quin verbis istis multum fidei tribuerem, juvenem observandi gratia postridie in Clinicum suscepi. Ad diem 13. februarii nil morbosi comparuerat; verum cum circa horam octavam fortuito concusso vase quodam vitreo terrefactus fuerit, illico anxius factus est. Appropinquante jam paroxysmo, monuit aeger, sunto parati custodes! Brevi post mucum et bilem vomuit. Emesin conspicua virium jactura sequebatur. Custodibus interea accedentibus, aegrotus, ut ipsum ligarent, rogavit, ad quod cum obiter sese accingerent, ut multis iisque arctis vinculis circumdaretur, exposcebat. Quibus verbis vix prolatis, obmutuit. Aphoniae sociae erant crebrae oscitationes. Dubitari amplius non potuerat, miserum jam mentis compotem non esse. Hora a vomitus apparitione elapsa erat, cum sequens scena ordiretur. Aegrotus statuae instar decumbens, truces lacrymisque innatantes oculos in adstantes, veluti minitabundus, defixit. Pupilla dilatata irisque fere immobilis erat. En vero violentos oculorum motus, quos violenti totius corporis a vinculis sese liberandi nisus, iique repetiti sequebantur. Qui nisus certe non inanis fuisset, nisi furibundus, facie jam livens, a quatuor adhuc viris robustis, quos mordere conabatur, coerceretur. Impo-

5. *Epilepsiae inflammatoriae* primum auxi- lium C. Epil. inflammatoria.

tens veluti rabiosus contremuit, et contremendo lectum ferreum conquassabat. Mugitus, quasi taurus mactabundus, expellens, vicissim ita dentibus stridebat, ut inde pollen ex vehementi attritu spumae loco coram ore prodiret. Horrenda ista scena septem circiter sexagesimas horae partes perdurabat, ac concessa, per aliquot momenta, protracta quiete, septies renovabatur. Paroxysmus sic ad tres horae partes protrahebatur. Jam vero pulsus hucusque frequens, plenus, durus, regularis, vix perceptibilis fieri incipiebat, respiratione adspectu feriata, manibusque lividis, algidis, sudorisque rore obductis. Agoniae haec imago, post horae dimidium, singultu et oscitatione fugabatur, quibus aliquoties repetitis et mens instaurari incipiebat, quin tamen aeger verbum proferre valeret. Loquela autem binis circiter horis elapsis redeunte, aeger primum, potum exposcebat, quem sine difficultate deglutire potuit, ac interrogatus, num quid doloris esset, summam debilitatem, cephalaeam, artuum dolores, maxime vero cruciatum a scroto ad lumbos ascendentem accusabat, ac pulverem ex attritu dentium in ore relictum exspuebat. Testiculi retracti inveniebantur. Malorum perpessorum aeger plane non recordabatur. Postridie aeger hominis sani adspectum referebat; donec novo paroxysmo, circiter omni hebdomade, plerumque sine evidenti caussa redeunte, excruciaretur. Tales paroxysmos quatuordecim trium mensium curriculo observavi, quorum alii breviores, alii longiores, quam descriptus ille fuerant. Longiores paroxysmi ex decem, duodecim, imo quindecim insultibus, quales decem in descripto accessu numeraveram, componi solebant. Scrotum flaccidum erat, ac tesiculi normales; si exci-

lium *venaesectio* [92]). Sic Aretaeus [93]), Rhodius

pias, quod epididymis sinistra attactum respuebat. Varias stabilitas indicationes variaque exhibita pharmaca enumerare spatium non permittit. Sufficiat hinc meminisse, cum nullum auxilium, nec venaesectionibus ad lipothymias usque exceptis, levaminis quid afferre potuerit, cum morbus ab ictu super testiculos primam originem traxerit, cumque quivis paroxysmus retractione testiculorum terminaretur, me aegro *castrationem* proposuisse. Cui proposito cum ipse accesserit, chirurgus Holz operationem perfecit. Testiculi nil morbosi exhibuerunt. Nihilominus iis evulsis jam nullus amplius apparuit paroxysmus, ac aeger hodiedum (mense scilicet januario 1820.) optima adhuc fruitur sanitate, si excipiatur dolor quandoque ad funiculos umbilicales recurrens, narcoticorum topico usu facile sedandus. —

90) Dr. Liboschitz, medicus peritus Vilnensis, epilepticum curavit, in quo paroxysmus ex halluce incipiebat. Eo ligatura circumdato, aeger perfecta videbatur gaudere valetudine, at vix ablata ligatura malum recrudescebat. Cfr. Mangor epilepsia pedis symptomatica sola ligatura curata. (Act. Havn. Vol. 2. p. 452.).

91) Motus epileptici a crure incipientes per topica ipsi cruri applicata perfecte sanati sunt. (Vid. Eph. N. C. Cent. 1. et 2. p. 150.). Kühn *phys. med. Journ.* 1802. p. 78. Portal *observ. sur le traitement de l'épilepsie.*

92) Sanguinem in epilepsia venaesectione emissum *maculosum* fuisse, refert Hagendorn in Misc. Ac. N. C. Dec. I. An. 2. p. 345.

93) Curat. chron. L. I. C. 4.

dius [94]), Riverius [95]), Zacutus Lusitanus [96]), Theoph. Bonet [97]), Pechlinus [98]), Hoechstetter [99]), Watter [100]), Vieussieux [1]), Sweeting [2]), Weismann [3]), Tissot [4]), aliique [5]) et propria docet

94) Cent. I. obs. 64. (Epilepticus octo annorum, permultis pharmacis incassum adhibitis, venaesectionum pluries repetitarum ope sanatus est).

95) Cent. IV. N. 38. (Epileptica duodecim annorum cum a pleuritide correpta fuerit, phlebotomiis institutis e binis istis morbis convaluit. Similem observationem Tissot propria in praxi collegit. l. c. p. 279.).

96) Praxis admirabilis. Lib. I. obs. 21.

97) Mercur. compil. de epilepsia. §. 5.

98) Obs. L. II. obs. 30. p. 288. (Inter sex epilepticos, tres una plebotomia sanavit).

99) Dec. VIII. obs. 10.

100) De epilepsia juvenis cachectici venaesectione curata. (Misc. Ac. N. C. Dec. 9. et 10. p. 299. 328.).

1) *De la saignée. Paris.* 1815.

2) *The London medical repository. Vol. V.* 1816.

3) Epilepsiae inveteratae et erysipelatis chronici spasmodici, sola venae sectione certis anni diebus et corporis partibus instituta, curatio. (Eph. Ac. N. C. Cent. 9. et 10. p. 299.).

4) l. c. Art. 23. *De la saignée.* „*J'ai vu si souvent le mal, soulagé dès les premières saignées, se guérir en les continuant, que je ne puis assez recommander aux médecins, d'être en garde contre cette opinion funeste, qui interdit la saignée dans presque toutes les épilepsies.*" (p. 282.).

5) *Journal der Geburtshülfe, Frauenzimmer- und Kinderkrankheiten.* 1. *B.* 2. *St. N. XV.*

cet experientia [6]. Eo certior phlebotomiae effectus, quo recentior epilepsia. Persuasi denique sumus, hac operatione illico post vehementem terrorem, aut primis sub insultibus convulsivis inde ortis institutâ, fieri posse, ut perfecta epilepsiae evolutio praepediatur [7]. De selectu venarum secandarum non immerito quondam disceptabatur. Quis enim in dubium vocaret, in epilepsia inflammatoria *encephalica* sanguinem potius e *jugularibus* [8], in *spinali* et in aliis ex abdomine et pelvi originem trahentibus, potius e *saphena* [9], in reliquis vero potius e *brachio* [10] educen-

6) Epilepticum triginta sex annorum, 1816. in Clinico Vilnensi decumbentem, venaesectione e pede sanavi. Eclampsiarum sic sanatarum plurimarum recordor.

7) Puella 15. annorum, de qua supra (p. 239. not. 1.), quae a latronibus terrefacta an. 1814. in epilepsiam incidit, meaeque curae se *illico* commisit, venaesectione sat cito sanata est.

8) Richard ergo epilepsiae venarum jugularium sectio. Paris. 1689. Hagendorn med. septentr. de epilepsia, C. 19. T. I. p. 115. Tralles de vena jugulari saepius secanda. p. 181. Hoffmann de vera epilepsiae caussa. §. 31. Monro *Epilepsy of a child cured by letting five ounces blood at the jugular vein.* (*Medical Essays and observ. by a Soc. in Edinb. Vol.* 5. *P.* 2. p. 561.

9) Galenus jam docuerat, in epilepticis venaesectionem e pede instituendam esse. Venae sectione e *pede* omni mense repetita Zacutus Lusitanus (l. c.) virum viginti annorum, plethoricum, robustum, ab epilepsia liberavit.

10) Theoph. Bonet l. c. Tissot l. c. p. 282.

educendum esse? Quid quod ipsa *arteriotomia*, praesertim arteriae temporalis, tentata est [11]). Nisi evidens plethora adsit, ac signa inflammatoria potius *congestionibus* sanguineis ortum debeant, *hirudines* ad encephalum, spinam, vel ad loca quondam cruorem cum levamine largientia apponuntur [12]). Centies sic eclampsiam cephalicam infantum debellavimus. *Epilepsiae spinali*, sub iisdem rerum positionibus, *cucurbitulae scarificantes* ad latera columnae vertebralis opponuntur [13]). Quae singula parum praestare queunt, nisi congruo regimine pulcherrime a GALENO [14]), CHEYNE [15]) et TISSOTO [16]) indicato, sustineantur. Spectant huc *sobrietas* [17]), *fames* [18]), *diaeta lactea*

11) ARETAEUS l. c. C. 4. SEVERINUS de efficaci medicina. L. III. Francf. 1671. p. 42. FOTHERGILL *effects of arteriotomy in cases of epilepsy.* in *Mem. of the med. Soc. of Lond. Vol.* 5. *N.* 26. p. 221.

12) ZACUTUS LUSITANUS med. Pr. Hist. L. I. p. 235. BENEDICTUS SYLVATICUS in BONET mercur. compil. epileps. RHODIUS Cent. I. obs. 65. LANGLOIS Ergo epilepticis et melancholicis haemorrhoides salutares. Paris. 1640. TULPIUS L. I. C. 56. TISSOT l. c. p. 283. SAUR in *Abh. d. K. Schwed. Akad.* 35. *B.* p. 88. *Gazette salutaire de* BOUILLON. 1775. p. 42.

13) TISSOT l. c.

14) Consil. pro puero epilept. Ed. CHART. T. X. p. 487.

15) CHEYNE *an essay on the gout. Lond.* 1724. p. 103.

16) l. c. Art. 22.

17) BOERHAAVE, TISSOT l. c.

ctea[19]), *lac asininum*[20]) vel aliud, *carnes* sic dictae *albae* juniorum animalium, *cibi farinacei*, *fructus horai*, potus aquae, fuga vini[21]), cofeae, theae etc. Evitentur quoque calor atmosphaerae, odores fortes, motus nimius, vigiliae, animi pathemata ingrata[22]). Praeterea sanguis *eccoproticorum* ope a capite revellendus. *Supertartras et nitras posassae*, saporis gratia *saccharo* nupti, *tamarindi*, *oxymel*, *oxycratum* ac similia optime conducunt[23]). *Digitalem purpuream* in epilepsia ab aliis laudatam[24]), ab aliis vituperatam[25]), hic non usurpavimus; cum vero pluries hoc remedium cum successu in *spasmis cordis* adhibuerimus[26]), illud et in epilepsia cardiaca, aut alia, actione nimia arteriarum stipata, tentandum esse putamus. *Digitalis purpurea* quoque in epilepsiis ex liquore, a praevio processu inflammatorio in cavitatibus encephali et columnae vertebra-

18) Cheyne v. Cullen mat. med. Vol. 1. p. 246. Müller in Hufeland's *Journ.* 26. *B.* 1. *St.* p. 173.

19) Cheyne l. c.

20) Caelius Aurelianus. p. 314. Burserius Institut. med. pract. Vol. III. p. 2581.

21) Van Heers obs. 24. Tralles de opio. T. III. p. 32.

22) Praesertim iram, et terrorem.

23) Cfr. No. 12.

24) Withering *vom rothen Fingerhut.* p. 50. 58.

25) Currie in *Memoirs of the med. Soc. of Lond.* *Vol. IV.* *N.* 2.

26) Cap. XIV.

tebralis extravasato, locum inveniet. Si caussa morbi in venis potius quaereretur, *acetati plumbi* locus foret [27]). Nec indicatio sanguinem ex variis systematis nervosi partibus, ope *cucurbitularum siccarum* vel similium auxiliorum [28]) revellendi, negligenda est.

6. *Epilepsiae rheumaticae metastaticae* et *arthriticae* recentes, utpote notis inflammatoriis insignitaé, ut epilepsia inflammatoria curantur. Exhausta methodo antiphlogisticâ, in provectiori morbo vix amplius indicata, ad *irritamenta localia*, aut prope focum morbi [29]), aut ad partem, ex qua aura manare solet, caute [30]) applicita, deveni- C. ep. rheumaticae, metastaticae et arthriticae.

27) Actionem hujus remedii in systema venosum in plurimis hujus operis locis confirmabo. In epilepsiis laudatur a RUSH *Philadelphia medical museum. Vol. I. N.* 1. p. 60. *Abhandl. f. pr. Aerzte.* 22. *B.* p. 254. (Epilepticus loco sacchari cochleare acetatis plumbi sumpsit et convaluit. Convaluit et puer decennis et alter). Dosis granum unum bis terve de die. Cfr. SAXTORPH Act. R. Soc. med. Havn. Vol. 3. p. 90.

28) HUFELAND's *Journ.* 1819. *Mai. (Der bleyerne Stiefel).*

29) PONTIER *épilepsie sympathique et périodique guérie par la cautérisation du nerf saphène de chaque jambe avec les reflexions de* F. I. DOUBLE (SEDILLOT *Rec. périod. de la Soc. de méd. de Paris. T. XVI.* p. 261. 268.).

30) Quam caute ustiones, praesertim ad caput, suscipiendae sint, ex PISONE (l. c.) et HAENIO (l. c.) intelliges.

venitur. Spectant huc *vesicatoria*[31]), *fonticuli*[32]), praesertim *ustionis*[33]) ope instituti, *setacea*[34]), *urti-*

31) Panarolus Pentecost. IV. obs. 30. (in sutura coronali). Morgagni observationem Serao referens Op. c. Ep. X. Art. 8. circa extremum suturae sagittalis). Avicenna l. c. C. 11. (in loco, ex quo aura) Eph. N. C. Cent. I. II. obs. 80. (parti, unde aura). Pleindoux *de l'emploi des vesicatoires appliqués sur toute l'étendue du cuir chevelu, dans l'épilepsie idiopathique* (*Ann. de la Soc. de méd. de Montpellier. T.* 3. *P. I.* p. 340.).

32) Zacutus Lusitanus Prax. admir. L. I. obs. 29. (Epilepsia ex ulcere nasi siccato per fontanellam in tibia sanata). Mercatus cons. med. cons. 3. (ad brachium morbi vim fregit). Willis Path. cerebri C. 27. (Quousque fonticulus pus largiebatur, epilepsia nulla, contra ea illo exsiccato). C. Piso de morbis a colluvie serosa. Obs. 31. p. 173. (ad verticem capitis vel ad nucham), Malvicini collect. utiles (in sutura coronali) Act. N. C. Vol. VIII. obs. 13.) in manu exoriens, fonticulo ibi excitato, sanata) *anecdotes de médecine* 85. p. 124. Tissot l. c. p. 389. Nescio cui fato adscribendum, quod ex tot tantisque fonticulis á me hic adhibitis nullum profectum videre contigerit.

33) Aretaeus cur. chron. L. I. C. 4. (Capitis usque ad secundam laminam). Celsus L. III. C. 23. (capitis). Riverius obs. Cent. II. N. 93. (suturae coronali). Forestus L. X. obs. 61. (nuchae). Schenk obs. L. I. N. 233. (testimonia plurima cauteriorum variis in partibus applicitorum). Tulpius L. I. C. 56. (nuchae) IV. C. 3. (pollicis pedis, à quo aura ascendebat). Meekren obs. med. chir. C. 5. (ad suturam corona-

urticatio 35), ipsaque *psorae* 36), *tineae* 37) restitutio. Nec *balnea tepida* 38), et in arthriticis *sulphurata*, negligenda. *Veste lanea* universum idque nudum corpus involvere ac repetitas ejus frictiones instituere solemus 39). Praeterea pharmacis *transpirationi studendum* 40) e. c. *guajaco offici-*

lem). Blankard collect. med. phys. Cent. IV. N. 16. (genu, unde aura epileptica).

34) Fabricius Hildanus Cent. I. obs. 41. (ad nucham). Schenk obs. L. I. N. 232. Paré *oeuvres de chirurgie. L. 9. C. 4.* Clarke *Lond. med. Journ.* 1781. v. *Abh. f. pr. Aerzte. 2. B.* p. 201. (in dorso). Maret in *nouv. mém. de Dijon.* 1784. *Prem. sémestre* p. 149. (ad brachium irritatum).

35) Selli diss. de urticatione. v. Brugnatelli *biblioteca fisica. T. XI. N.* 6.

36) *Gazette salutaire de Bouillon.* 1775. Loefler *Beyträge z. Wundarzneyk.* 1. *B.* Archambault *obs. d'épilepsie guérie p. l'inoculat. de la gale* (Sedillot *Recueil périod. de la Soc. de méd. de Paris. T.* 57. p. 90.).

37) Labonardière in *Journ. général de méd. de chir. et de pharm. T.* 50. 1814. *Juillet* (per insitionem).

38) Tissot l. c. p. 381. Marcard *üb. d. Gebrauch d. Bäder.* p. 410. Neque vero pauca balnea sufficiunt, de centenis enim quaestio hic est. Praeterea cavendum, ne impetus sanguinis encephalum versus augeatur.

39) Mangor in Act. N. Soc. Haffniens. Vol. II. N. 35.

40) De diaphoreticorum in epilepsia usu lege praecipue Lentinium in *Beytr. z. ausüb. Arzneywiss.* 3. *B.* p. 171. et in Hufeland's *Journ.* 14. *B.* 3. *St.* p. 15.

officinali [41]), *sambuco* [42]), *liquore acetatis ammoniae* [43]) et *agarico muscario* [44]). Quodsi prima quidem epilepsiae origo rheumatica fuerit, jam vero magis de reliquiis praegressae forte inflammationis rheumaticae, arthriticae, metastaticae, quam de ipso rheumate debellando agatur, praeter digitalem, in *mercurium*, utpote in remedium, ad absorptionem humorum extravasatorum promovendam maxime idoneum, spes locanda est. Fama, quam *cinnabaris* in curanda epilepsia sibi non immerito vindicavit [45]), maxime hydrargyrio tri-

41) Zacutus Lusitanus Pr. hist. L. I. C. 6. II. C. 1. Mercurialis Respons. et consult. L. II. C. 3. Horstius Opp. III. p. 32. Forestus L. X. obs. 58. 63.

42) Dufour in *gazette de Bouillon* 1775. p. 46. (laccae).

43) Ad uncias tres quatuorve de die, sic ut aeger per hebdomadem et ultra sudore innatet.

44) Etsi propria de hoc pharmaco experientia destitutus sum, ex observationibus Bernhardti *chym. Versuche u. Erfahr. Leipz.* 1755. p. 323. et Whistlingii (Diss. de virtutibus agarici muscarii. Jen. 1778. p. 13.) illud in epilepsia ex tinea aliisque impetiginibus incaute fugatis commendandum esse, putarem. Alvum movet et sudorem ad partem prius affectam elicere dicitur. Dosis pulveris a scrupulo dimidio ad scrupulum. Paratur et tinctura, a vulgo Lithuaniae in diarrhoeis usitatissima. Commendatum etiam ut specificum in epilepsiis a terrore. (*Allgem. Liter. Zeitung.* 1793. N. 245.).

45) Cinnabarim *epilepsiae magnetem* appellavit I. Crato, teste Riverio. (Burserii Institut. Vol. III. §. 286.). Frid. Hoffmannus non modo in epilepsia

tribuenda videtur. Cujus pharmaci virtus antepileptica respectu ad *calomel* 46) et ad *frictiones* ope *unguenti mercurialis* 47), saepe ad salivationem

a causa interna, sed etiam externa, a gravi nempe capitis percussione producta, incomparabilem cinnabarinorum facultatem expertus est. (Med. Rat. Syst. Vol. III. Sect. II. C. 2. p. m. 450.). Bis in epilepsia cinnabarim cum successu ipse adhibui et quidem ad scrupulum semis bis de die. Lege de usu et dosi hujus pharmaci Schulze scrutinium cinnabarinum. Hal. 1680. Schilchting Traumatologia novantiqua. Amstelodami 1748. p. 27. Vogel hist. mat. med. Lugd. Batav. 1758. p. 394. Wallerius resp. Skragge diss. de cinnabari in corp. human. effectu. Upsal. 1762. Oettinger Cinnabaris exul, redux in pharmacopol. Tub. 1760. Dalby *on the virtues of cinnober and musk against the bide of mad dog. Birmingh.* 1764. Demetrius de medicis cinnabaris viribus. Lips. 1778. Interea saepius cinnabarim incassum tentavi, quod et alii fassi sunt, uti videre est apud Grüger de epilepsia (Misc. Ac. N. C. Dec II. An. 6. p. 105. An. 7. p. 140.). Tissot l. c. p. 345. §. 176.

46) Spörri *üb. d. Wirk. d. Quecksilbers in d. Fallsucht.* v. *Museum d. Heilk. Schweiz. Aerzte u. Wundärzte.* 1. *B.* p. 275. *N.* 35. (tres epilepsiae ex suppressione tineae capitis, psorae et miliarium ortae, per *calomel*, ad lenem salivationem usque porrectum, sanatae sunt). Burserius Inst. med. §. 276. p. 253.

47) Sylvaticus Consil. et resp. med. Cent. 4. Patav. 1656. Consult. 47. Willis l. c. C. 3. Ettmüller opp. T. II. Art. 8. p. 884. Rolfink medic. consult. p. 193. Kaempf act. Hass. I. Vol. N. 23. p. 152. Housset *diss. sur les parties sensibles du corps hu-*

nem usque [48]), a multis confirmata est. Arthriticam seu rheumaticam habuisse indolem et illa epilepsia videtur, quae ope extracti *aconiti napelli* sanata est [49]).

C. Ep. syphiliticae. 7. Maxima vero mercurii virtus in *epilepsia venerea* est [50]). Administrationi autem illius saepe magna epilepticorum sensibilitas obstat. Nihilominus plurimi mercurium *sublimatum corrosivum* [51]), inprimis si in *aethere sulphurico* solutus exhibeatur [52]), perferunt. Radicalis tamen morbi cura

main. 1769. p. 72. Bang Act. Soc. Havn. Vol. 3. N. 10. p. 112. etc.

48) Acoluth salivatio mercurialis epilepsiae habitualis averrunca. (Misc. Ac. N. C. Dec. II. An. 9. p. 312.). Walther de epilepsia salivatione mercuriali curata. (Eph. Ac. N. C. Cent. 3. et 4. p. 231.). Budaeus de epilepsia per salivationem mercurialem curata. (Misc. Ac. N. C. Dec. III. an. 7. et 8. p. 288.). Maurit. Hoffmann ptyalismus salutaris in epilepsia. (Eph. Ac. N. C. Cent. 1. et 2. p. 272.).

49) Durande in Gardane *gazette de santé.* p. 143.

50) §. LVI. N. 29. (9.).

51) Legatur stupenda epilepsiae venereae cura a Lochero peracta l. c. p. 41. Cfr. Cirillo *Traité des maladies vénér. P. III. obs.* 32. Rahn *Briefwechsel mit sein. ehemal. Schülern.* 1. *B.* p. 427.

52) R. Mercurii sublimati corrosivi grana duo. Aetheris sulphurici drachmas duas D. S. Cap. quater de die guttas sex: *vix augendo dosin*, nam ultimae hujus pharmaci portiones aliunde, ob aetheris evaparationem, solutionem magis saturatam exhibent, quae cir-

cura vix aliter, nisi parvis diuque continuatis *frictionibus hydrargyrii* [53]), interpositis balneis tepidis et decocto saturato radicis *smilacis sarsaparillae* cum *lacte*, obtinetur.

8. *Mercurius* et in *epilepsiis gastricis*, quarum caussa vel in obstructione hepatis et pancreatis, vel in vermibus intestinalibus locata est, indicatur. Generatim in pueris curam epilepsiae a pulvere anthelminthico, ex *calomel*, radice vel *convolvuli jalappae* vel *rhei palmati*, additis seminibus *artemisiae contra* scopo vermes et saburras, etiamsi fortuito tantum praesentes, eliminandi, inchoamus [54]). Si *oleum ricini communis* bonae indolis haberi queat, illud a drachma una ad uncias duas sensim sensimque exhibendum, indicatis anthelminthicis anteponimus. Enim vero cum epilepsiae originis abdominalis saepe ex affectione scrophulosa glandularum mesenterii pullulent,

C. Ep. gastricae, scrophulosae, rhachiticae et carcinomaticae.

cumstantia efficit, ut solutio mercurialis aetherea mihi in genere parum arrideat. —

53) Cullerie *obs. sur deux maladies épilept. dependentes de l'affection vénérienne, et guéries l'une p. les frictions mercurielles, l'autre p. le sirop sudorifique et p. la liqueur de* Van Swieten. (Sedillot, *Rec. périod. de la Soc. de méd. de Paris. T. XIV.* p. 271-283.).

54) Latham *Some observat. respecting the med. usually given in worm-cases with remarks upon the collateral advantages sometimes derived from them in cases of epilepsy.* (*Med. transact. Vol.* 5. p. 52.).

lulent, nil magis quam irritationem fortiorem intestinis illatam timemus. Timor vero iste nequaquam impedit, quominus in cura epilepsiae ad *indicata* quoque confugiamus *emetica* et *drastica* [55]. Indicatur autem *emeticum* in epilepsia ex ventriculo originem trahente (absente statu hujus visceris inflammatorio vel nimia illius sensibilitate), si vomitus insultui epileptico superveniens eum breviorem reddit [56], si paroxysmus a nausea (nequaquam a consensu cum cerebro pendente) annuntiatur [57], sique aeger de pondere ad ventriculum, aut de fame canina continuo conqueritur [58]. In epilepsia plenilunio addicta, emetico, triduum antea, locus est [59]. De usu emeticorum in epilepsiis inter alios legendi sunt: Alexander Trallianus [60], Zacutus Lusitanus [61], Roncalli [62], Meibom [63], Richter [64], I. Clarke [65]. Nostra experientia nullum epilepsiae

55) Deman. Epilepsia paucos inter dies sola primarum viarum evacuatione curata. (Nova acta Ac. N. C. Vol. 7. p. 147.).

56) Swieten l. c. Aph. 1080.

57) Haen Rat. med. P. 5. C. 4. §. 1.

58) Tissot l. c. p. 236.

59) Swieten l. c.

60) L. I. C. 21.

61) Prax. admirab. L. I. obs. 24.

62) Histor. morb. p. 19.

63) Diss. cit.

64) *Med. u. chir. Beobachtungen.* p. 132.

65) *Commentar. on some of the most important diseas.*

psiae solis emeticis sanatae exemplum exhibet; verum pluries vomitoria aliis auxiliis viam parasse videbantur, unde et hic TISSOTO ea commendanti [66]) omnino assentimur. Nec reticendum, posse emetica praeterquam quod vomitum cient, opem afferre [67]). Epilepsiâ ex intestinis proficiscente, purgantia fortia suadentur, ut *aloe* [68]), *helleborus niger* [69]): nobis *rheum* *) satisfecit, et, si bilis praedominari videatur, *supertartras potassae*, aliaque salia neutra, — verum diu continuata [70]), interposita nunc quiete, nunc si vires deficiant *amaris*, e. c. *bile* [71]). Nec aquae *mine-*

of childern. Lond. 1815. (vomitum saepius repetitum excitat ope sulphatis zinci).

66) l. c. p. 236. . . . „*Je suis même persuadé, qu'en les (émétiques) negligeant trop, que des grands médecins échouent.*"

67) MAYER epilepsia contumax usu radicis ipecacuanhae vindicata. (Eph. Ac. N. C. Cent. 5. 6. p. 315.).

68) GALENUS de locis affect. L. V. C. 7.

69) CAEL. AUREL. p. 307. GREDING *sämmtl. Schriften.* 1. *B.* p. 186. *Journ. de méd.* 1776. p. 544. 1777. p. 63. *Abh. f. pr. Aerzte.* 4. *B.* 2. *St.* p. 313.

*) MANGOLD Pr. de epilepsiae novis specieb. KINNEIR *Essay on the nerves.* p. 179. SIEVERS in PALLAS *N. Nord. Beyträgen.* 7. *B.* p. 264. Tincturam rhei aquosam cum aqua menthae exhibere soleo.

70) Sic omni jure monet THOM, *Erfahrungen u. Bemerk.* p. 35.

71) Variorum animalium commendatur, ut ursi (in *Abh. d. K. Schwed. Ak.* 27. *B.* p. 314.) bovis, (ib. p. 325.)

minerales, *saponaceae* et *salinae*[72]) effectu hic destituuntur *), dummodo alvus non nimis inde ruat. Quae vero cuncta nil efficere possent, si *regimen* negligeretur *diaeteticum*, nulla in epilepsia, quod spectat alimenta, majoris momenti, quam in gastrica aliaque ex imo ventre profecta. Praecepta generalia hîc statuere haud licet, nec quod unum juverat regimen, ideo et alium juvabit[73]). Maxima aegrorum nostrorum pars sub *diaeta lactea* optime se habebat. Ac revera *lac* inprimis *asininum* ab omni tempore epilepticis commendabatur[74]), de quo argumento CHEYNE[75]) legendus. Interea et *vegetabilia*[76]), non flatu-

canis, (BARTHOLINUS Act. Hafn. Vol. III. obs. 20.) hirci (*Gaz. de santé* 1774. p. 134.), catelli nigri (UNZER de epilepsia. L. II. C. 14.), tauri (QUARIN animadv. p. 24.), quo et ego exclusive utor. HOFBERG *üb. d. Nutzen d. Ochsengalle gegen d. fallende Sucht* (*Schw. Ac. Abh.* 1765. p. 325.).

72) P. I. Vol. II. Cap. 1.

*) e. c. BALARUC (TISSOT). BRÜCKENAU (ALIX obs. chir. Fas. III.). NENNDORF (SCHRÖTER in BALD. *n. Magaz. II. B.* p. 211.). FREIENWALDE (HEYDECKER *Beschreib. d. Gesundbrunns zu Freienwalde. 3. Abschn.*). EMBS (BRÜCKMANN enarratio choreae S. Viti et epilepsiae, quae per fontes medicatos et thermas Emsenses curatae sunt. Francf. 1786.).

73) Hanc ob causam haud suademus, ut omnes diaetam, in op. cit. DIAETOPHILUS indicatam, sequantur.

74) CAELIUS AURELIANUS op. c.

75) *An Essay on the Gout. Lond.* 1724. p. 105. *En-*

flatulenta, et *fructus* maturi, et *carnes* juniorum animalium, dummodo quantitate non peccent, concedi possunt. Sobrietas enim omnibus epilepticis commendanda. Potus optimus *aqua;* nam si pauca exempla excipias, alcohol, vinum, coffea, thea, cioccolata epilepticis constanter nocent. Idem de acidis vegetabilibus valet, nisi forte aegri iis a prima juventute adsueti sint, uti inter populos septentrionales accidit. Sed et hic acida iis prohibeantur epilepticis, quorum morbus ex acidis primarum viarum pullulare videtur, qui casus in infantibus haud rarus est. Nil hinc miri, si *absorbentia* ad potiora, nisi genuinae epilepsiae, saltem convulsionum pharmaca spectent [77]. Loquimur de *lapidibus cancrorum, conchis praeparatis, cineribus variis* [78], *magnesia, sapone* [79] *aqua calcis* [80]. *Pulvere Frankii* sic

 dicto

glish malady. Lond. 1739. De natura fibrae ejusdemque laxae morbis. Lond. 1725.

76) Excipiunt nonnulli *Apium petroselinum.* v. Hofmann de opio epilepticis noxio (et quare?) (in Misc. Ac. N. C. Dec. III. an. 3. (1695.) p. 78.

77) Rivinus diss. de remed. antepilept. terreis. Lips. 1710.

78) e. c. talpae, (Hirschel *v. d. Fallsucht.* p. 5.) corvorum combustorum (Reusner obs. Cent. I. N. 13.). Blaw artemisiae carbonum usus in epilepsia (Misc. A. N. C. Dec. III. an. 9. et 10. p. 244.).

79) Cum lacte v. Cohausen Epilepsia usu saponis veneti (in lacte soluti et per aliquot septimanas admi-

dicto *contra physconiam* [81]), pueri epilepsiam radicitus sanavimus [82]). Verisimiliter istiusmodi pharmaca praeter acidorum absorptionem, et *vitium scrophulosum* aggrediuntur, in quo debellando, si epileptici notas scrophulosas prae se ferant, toti esse solemus. Maxime tunc juvant *fonticuli*, pro re nata ad basin cranii et ad latera spinae [83]). *Vesicatorium* umbilico in epilepsia infantum cum successu adhibuit M. Hoffmann [84]). *Ulcera artificialia* et adversus epilepsiam ex *vitio rhachitico* indicata esse, sponte elucet. Hic et *extractum pampinorum vitis viniferae* locum obtinebit. Rhachiticae indolis saltem epilepsiam fuisse,

nistrati) curata (Nov. Act. A. N. C. T. 2. p. 31.) Burserius Inst. Vol. III. p. 247.

80) Tissot *v. d. Nerven.* 4. *B.* p. 489.

81) Ex baccis lauri, rasura cornu cervi et nuce moschata, partibus aequalibus, pasta panis obductis et in furno calcinatis. Dosis ter de die ad cuspidem cultri.

82) Puer triennis ab undecimo aetatis mense epilepsiae subjectus erat, cujus accessus prius omnis secundo, tertio mense, dein omni tertia hebdomade redibant. Abdomen erat tumidum, ac pruritus narium continuus aegrotum molestabat. Anthelminthica plura sine successu adhibita fuere. Morbum ex affectione glandularum mesaraicarum derivans, pulverem contra physconiam adhibui, sub cujus usu omnino convaluit.

83) Viduam Professoris Vilnensis coram oculis habemus, quae sex et ultra fonticulis lateribus spinae admotis, rebelli epilepsia liberata est.

84) Eph. Acad. N. C. Cent. 9. et 10. p. 465.

e, quae ope succi uvarum necdum maturitatem adeptarum sanata est, suspicamur [85]). Quodsi principium *carcinomaticum* ut caussa epilepsiae latere videretur, methodus adversus scirrhum et cancrum commendanda, adhibenda foret. De virtute antepileptica *conii maculati* [86]), et ipsius *arsenici* [87]) nonnulli testantur.

9. Jam vero ad *epilepsiam atonicam* et *nerveam* curandam nos accingimus. Cum epilepsiarum maximus numerus huc certe immerito revocatus fuerit, nil mirum, pharmacorum farraginem hic sese obtrudere. Ea secundum regnum naturae, ex quo desumuntur, praeceptis generalibus additi [88]), ad trutinam vocabimus. **C. Ep. atonicae et nerveae.**

10. *Mo-*

85) Graecus, narrante Dr. Ludovico Frank, epilepsia laborans, somniavit se per succum expressum uvarum necdum maturarum sanitatem recuperaturum esse; ac revera succo hoc largiter epoto a tanto morbo liberatus fuit.

86) Stoerk libellus, quo continuantur experimenta. Percival *pract. Essays. Vol. I.* p. 44.

87) L. Alexander in Ducan *Med. comment. for the year* 1791. Dec. II. Vol. 5. N. 11. Pearson *n. ausserl. Abh. f. pr. Aerzte.* 13. B. p. 572. v. *Med. Comm. von Edinb. II. Dec.* 3. B. p. 233. (potassa arsenicata, ad $\frac{1}{48}$ — $\frac{1}{26}$ grani). Brugnatelli in *Bibl. fisica. Tom.* 14. Masius *Beob. üb. d. Wirksamk. d. Valeriana u. d. Arseniks in d. Epilepsie.* v. Hufeland's *Journ.* 1813. *März.* p. 43. Nemini usum hujus veneni, omni morbo pejoris, suadeo.

88) P. II. Vol. I. Sect. I. C. 1. §. VI.

Pharmaca ex regno animali.

10. *Moschus.* Etiamsi hoc pharmacum bonae indolis et dosibus conspicuis diuque continuatis saepe saepius in epilepsiis adhibuerimus, tamen nec unum inde sanavimus. Immo plurimi aegrorum, quamvis non plethoricorum, potius detrimentum accipiebant. Cum vero feliciores fuerint HANNES [89]), KUEFNER [90]), SCHENK [91]), MASSA [92]), HOFFMANN [93]), SWIETEN [94]), WALL [95]), CULLEN [96]), THOUVENEL [97]) aliique [98]), procul a nobis

89) De moschi virtute antepileptica in proprio filiolo observata (Nova Acta Ac. N. C. Vol. 5. 244.).

90) Pharmacoliterion s. medicamenta secund. ordinem effectuum alphabet. Ingolst. 1522. (cum vino albo).

91) Diss. de moscho. Jen. 1667.

92) *Journ. étranger Juillet.* 1760. p. 235. (Rc. Moschi orientalis grana decem, nitratis antimonii scrupulum unum, extracti chamomillae q. s. ut fiat bolus. Cap. Sic virginem octodecim annorum gravissima epilepsia febrem intermittentem insequente detentam, binis remedii dosibus ante paroxysmum exhibitis auctor sanavit).

93) Med. rat. Syst. T. IV. p. 23. 25. 531.

94) Commentar. in BOERHAAVE aphor. T. III.

95) *Medical tracts. Oxf.* 1780.

96) *Anfangsgr. d. pr. Arzneyk.* p. 376.

97) *Mém. sur les principes et les vertus des substances animales medicamenteuses. Bourdeaux* 1779. p. 357. et *Abh. f. pr. Aerzte.* 10. B. 2. St. p. 352.

98) Nova acta N. C. Vol. V. obs. 63. MOEBIUS diss. de epilepsia. Jen. 1659. FEUERSTEIN diss. de epilepsia. Goett. 1792. MAURER diss. de med. antepilept. p. 25. REINECK de moscho naturali et artefacto. Jen. 1784.

bis sit, moschum ex serie antepilepticorum fugare velle. *Castoreum*, quod RIVINUS [99]), JUNKER [100]), NEUMANN [1]), ALEXANDER [2]) aliique vituperarunt, si optimae, uti in Rossia, haberi queat indolis, in *epilepsia nervea* ad potiora pertinet auxilia. Pulvis illius extractis resolventibus junctus [3] et narcoticis plus vice simplici nobis in epilepsia praesertim uterina satisfecit. Conveniunt cum nostris et aliorum observationes [4]). *Oleum animale* DIPPELII. Binis propriis exemplis, aliisque nonnullis Patris mei laudem adversus epilepsias praesertim uterinas huic pharmaco a DIPPELIO [5]), ALBERTO [6]), HOFFMANNO [7]), JUCHIO [8]), LUDOL-

FIO

99) Censur. medic. offic. C. 2. §. 8.

100) Conspect. med. theor. pract. Tab. 37. Cent. 35. et Tab. 35. Cent. 5.

1) *The chem. works of* CASPAR NEUMANN. p. 566.

2) *Experimental Essays*, p. 87.

3) R. Pulveris castorei drachm. semis. Extracti fumariae, graminis, ââ drachmas tres. Extracti rhei aquosi drachmam unam. M. f. pil. pond. gr. trium. Consp. pulvere florum chamomillae. S. Bis, terve, de die No. octo capiat.

4) THOUVENEL l. c. v. *Abh. f. pr. Aerzte.* 10. *B.* 2. *St.* p. 357.

5) Disquisitio de vitae animalis morbo et medicina. L. Bat. 1711. p. 89.

6) Diss. de med. quadam efficaci in motib. nat. exacerbatis. Halae 1718.

7) Obs. phys. chem. select. L. I. obs. 14.

8) Diss. sist. facillimam ac certiss. method. epilepsiam curandi. Erf. 1741.

FIO [9]), MAUCHARTO [10]), VATERO [11]), MODELIO [12]), MORANDO [13]), WERLHOFFIO [14]), THOUVENELIO [15]), DREYSIGIO [16]), LEPREUX [17]) aliisque [18]) impertitam, confirmare possumus. At vero centies illud incassum adhibuimus! Idem THILENIUS fatetur [19]). Praeterea olei animalis DIPPELII foetor intolerabilis, quominus in praxi privata saepius in usum deduci possit, impedit [20]). Connubium cum aethe-

9) Resp. TRESSELT de olei animalis praeparatione et modo agendi. Erf. 1748.

10) Diss. de oleo animali DIPPELII. Tub. 1745.

11) Diss. de specificorum antepilepticorum, sigillat. olei animal. virtutib. Viteb. 1725.

12) *Recréations physiques* etc. *Paris.* 1774.

13) *Journ. de méd. T.* 35. p. 565.

14) Op. med. colleg. WICHMANN. P. I. p. 88. (Bis de die a guttis XXX—XL.)

15) l. c. *Samml.* 16. *B.* 1. *St.* p. 137.

16) l. c. p. 322.

17) *Huile animale de* DIPPEL *comme remède contre la teigne et contre l'épilepsie* (*Ann. de la Soc. de Montpell. T.* 18. p. 316.).

18) KORTUM diss. de epilepsia. Duisb. 1766. *Breslauer Samml.* 1721. p. 661. BAUMER de oleo anim. DIPPELII, morboque comitiali observationes quaedam in Act. Mogunt. Vol. I. p. 297.

19) *Bemerkungen* etc. p. 112.

20) Juvenis adhuc, cum olei anim. DIPPELII saltatori quodam Italico epilepsia detento praescripserim, parum abfuit, quin me cum pharmaco per fenestras dejicerent.

aethere sulphurico 21), aut forma *clysterum* 22) aptissima est. *Phosphorus.* A multis in epilepsia commendatus 23), a nobis nec usurpatus, nec aliis utpote periculosissimus commendandus. Quod fere et de *cantharidibus* valet 24). Interea non reticendum, *partes animales* phosphorum largientes ab omni aevo in epilepsia sananda sibi laudem promeruisse. Hujusmodi sunt: *sanguis* non solum variorum animalium 25) sed ipsius adeo homi-

21) R. Olei animalis Dippelii, aetheris sulphurici āā drachmam unam. D. S. ter quaterve de die a guttis quindecim ad triginta.

22) *Auswahl d. wirksamst. einfachen und zusammengesetzten Arzneymittel*, 2. *Aufl.* 1. *B.* p. 359.

23) Kramer in Commerc. literar. Norimb. 1723. p. 137. 1732. p. 180. P. I. Hartmann resp. Fietz. Diss. usum phosphori urinarii internum medicum a nuperis opprobriis vindicans. Francf. ad Viadr. 1786. I. I. Hartmann. resp. Elfoenberg. Diss. de noxio phosphori urinae in medicina usu. Aboae 1773. Feuerstein Diss. de epilepsia. Goett. 1792. Quarin. animadv. pract. p. 23. Cfr. Hufeland's *Journ.* 7. *B.* 3. *St.* p. 110. et *Med. National-Zeitung. Jul.* 1799. p. 639.

24) Stocker diss. de usu cantharidum interno. Goett. 1781. p. 34. Clara *sur l'efficacité des cantharides dans le traitem. de l'épilepsie.* Sedillot *R. pér. de la Soc. de méd. de Paris. T.* 53. p. 455.).

25) e. c. leonis (Wirding nova medicina spirituum p. 151.), felis nigrae (Bierling medicus. p. 944.), asinae gravidae (Formey *Versuch e. med. Topographie von Berlin.* p. 193.), aquilae (Aldrovandus ornitholo-

hominis [26]), *secundina* humana [27]) et vitulina [28]), *testi-*

gia. L. I. N. 1.), corvi (ibid. L. XII. N. 13.), talpae (Reusner obs. N. 12.), testudinis (Plinius hist. nat. L. XXVII. C. 4.), vituli marini (Caelius Aurelianus. p. 314.).

26) e. c. gladiatoris jugulati (Celsus L. III. C. 23.), hominis recens occisi (Bierling l. c. p. 435.), patris (Popp *Handbüchl.* p. 116.), ex pollice pedis aegri epileptici (Aetius Tetrab. II. Serm. 2. C. 15. Camerarius Sylloge memorab. Cent. XVI. N. 34. 43.), menstruus (Ettmüller Opp. T. I. p. 780. Schroeder Pharmacop. p. 826.), cruor humanus generatim (Bartholinus obs. Cent. II. hist. 78. Langius Epist. I. N. 14. Schaper diss. med. curiosae specimen I. de odio 2. de potu sanguinis calentis e corpore humano contra epilepsiam. Rostoch. 1705.). Quanto cum damno horrenda ista medendi ratio in usum deducta sit, ex observationibus apparet Tulpii (L. IV. C. 4.), Verzaschae (Obs. med. Cent. N. 7.) aliorumque (*Breslauer Samml.* 1720. 2. *B.* p. 447. — 1721. p. 654. 1723. p. 559.).

27) Zacutus Lusitanus Med. Pr. Hist. L. II. N. 62. Schurig Embryolog. p. 879. Finkius Enchirid. dogmat. hermet. C. 5. Lentilius Misc. Vol. I. p. 37. Langius Opp. Vol. II. 137. Bernhardus Albinus, professor in academia ad Viadrum, ut efficax epilepsiae remedium secundinam foetus humani in umbra siccatam et pulverisatam a scrupulis duobus ad drachmam unam in aqua spirituosa tanaceti exhibendam commendavit, referente Dietrico in diss. de epilepsia. L. Bat. 1684. §. 31.

28) Populare Lithuanorum remedium.

testiculi [29]) *hepata* [30]), *cor* [31]) *et cerebra* [32]), *cranium humanum* [33]), *urina* [34]), *stercus* [35]), *ossa* [36]), *sericum* ustum [37]) et maxime *ungula alcis* [38]).

11. *Ra-*

29) e. c. asini (Gesner hist. mirab. L. I. p. 9.), vulpis (Lentilius misc. Vol. III. p. 136.), verris (ib.), galli (Alexand. Trallian. L. I. C. 31.).

30) Hominis (Aretaeus cur. chron. L. I. C. 4.), lupi (Borellus obs. Cent. II. N. 95.).

31) Lupi (Paullini Cent. obs. 65.).

32) Hominis Hirschel *Gedank. v. d. fallenden Sucht.* §. 4. — *Mém. de Paris. An.* 1765. *hist.* 51. *homme épileptique agé de* 28. *ans, guéri par la cervelle humaine qu'on lui fait manger pendant* 10. *jours, sans qu'il le sut)*, cameli (Plinius Hist. nat. L. XXVIII. C. 8.), coturnicis (Camerarius memorab. Cent. XVI, N. 42.), ranae (Blankard Collect. med. phys. Cent. IV. N. 89.).

33) Plinius hist. nat. L. XXVIII. Cap. 1. Henault Ergo epilepsiae cranium humanum. Paris. 1611. Quercetanus tetras gravissimorum capitis affectuum. p. 325.

34) Cael. Aurel. p. 320.

35) Humanum (Ettmüller Opp. Vol. I. p. 215.), caninum (Al. Trall. L. I. C. 21.), pavonis (Borelli obs. Cent. III. N. 15.).

36) Ex vertice carpionis (Baricellus hortulus genialis. p. 312.), truttae fluviatilis (Velsch hecatost. Vol. II. obs. 90.).

37) *Breslauer Samml.* 1718. p. 698. Heimreich de holoserico remedio antepileptico, aetiologice considerato. (Act. A. N. C. Vol. 4. p. 76.). Die 7. Apr. 1815. Centurio militum, Polonus, epilepsiâ (cujus caussa in onania, timore et laesione tendinis Achillis quaeri posset) a viginti annis laborans, meum exposcebat consilium, ajens, se quidem nunc a morbo liberum esse,

Pharm. ex regno vegetabili petita.

11. *Radix valerianae officinalis.* Quamvis decem epilepsiis huic pharmaco rebellibus, unam tantum eo sanatam opponere valemus, et quamvis

a quo scilicet tempore serico nigro usto *(gebrannter schwarzer Sammt)* a cive quodam illi commendato utitur, quamvis jam pluries prodroma adventantis paroxysmi, alias certissima, perceperit. Quid dein cum hoc aegro contigerat, ignoro.

38) Cum viderim *ungulam alcis* ingrediens celebratissimum omnium specificorum antepilepticorum constituere, eamque adhuc suffragia vulgi Lithuaniae colligere, eo magis illam novis experimentis subjicere statui, cum pharmaca hujus generis vel ab ipso Fr. Hoffmanno ad tumultus nervosos compescendos commendantur (Cfr. P. II. Vol. I. Sect. I. C. I. §. VI. 27.). Equidem fabulam de epilepsia alcis (sylvarum Lithuaniae incolae), non bestiae ferocis, ut Swietenius narrat (l. c. §. 1085. p. 454.), haud ignoro; sed in ea versor opinione, quod si fabulae nos a pharmacorum usu absterrere deberent, vix unum illorum adhiberi jam amplius posset. Quid enim aliud sunt, nisi fabulae, hypotheses de actione pharmacorum jactatae? Sed ad rem revertor. Exhibita plurimis epilepticis ungula alcis, praeter unum, nullum sanavi, sed iste unus, cujus historiam alibi narravi (P. II. Vol. I. Sect. I. C. IX. §. XLII. 1. (100.)), epilepsia laborabat cunctis aliis auxiliis rebelli. Tanta erat hujus aegri in hoc pharmaco fiducia, quod, cum in Germaniam profectus esset, ac ibi in pharmacopoliis ungulam alcis reperire non potuerit, eam ex myropoliis Vilnensibus desumeret. (Cfr. C. X. §. LI. N. 5. (57.) ubi de pulvere etiam ungulam alcis continente quaestio est, cujus ope chorea epidemica sanabatur).

vis encomia a TISSOTO illi impertita [39]) haud parum restringere debeamus; nihilominus fateamur oportet, in epilepsia *nervea*, omni complicatione experte [40]), radicem valerianae officinalis, non ex locis paludosis, sed ex montibus desumtam, debitis cautelis exsiccatam, recenter in pollinem subtilissimum redactam, hac sub forma [41]) bis terve de die adultis a scrupulo ad drachmam semis, per nonnullorum mensium spatium porrectam, primum inter vegetabilia antepileptica locum occupare. Compara hanc nostram sententiam cum observationibus FABII COLUMNAE [42]), DOMINICI PANAROLI [43]), SCHUCHMANNI [44]), CRU-

GERII

39) l. c. p. 303. „*Cette plante est celle qui mérite la première place sur le catalogue des meilleurs anti-épileptiques.*"

40) Vide infra. N. 18.

41) Si aeger pharmaca volatilia perferre queat, tinctura aetherica valerianae c. drachma una radicis in uncia aetheris sulphurici infusa, quandoque pulveri palmam eripit.

42) Phytobasanes. Neapol. 1592. p. 97. Ed. II. Mediol. 1740. (Vir alta stirpe natus, epilepsia ipse mulctatus, botanices studio, scopo auxilium adversus proprium morbum inveniendi, addictus, feliciterque valerianae ope sanatus).

43) Iatrologismorum seu medic. histor. pentecostae quinque. Romae 1643. Pent. I. obs. 33. p. 26.

44) Valeriana epilepsiae euporiston. (Misc. A. N. C. Dec. III. An. 4. p. 116.).

GERII [45]), ROSINI LENTILII [47]), MORCHANDII [48]), CHOMELII [49]), HALLERI [50]), SCOPOLII [51]), HILLII [52]), QUARINI [53]), THILENII [54]) aliorumque [55]) atque eam experientiae consonam invenies. *Radix paeoniae.* Antiquissimam hoc pharmacum antepilepticum [56]), ut plurimi recentiorum auctorum monent [57]), immerito obsoletum, binis a nobis

45) Eph. N. Cur. Dec. III. An. 7.

47) Ibid. Dec. III.

48) *Hist. de l'ac. des sc. An.* 1700. p. 355. et *An.* 1706.

49) *Abrégé de l'hist. des plantes usuelles. T. I.* p. 71.

50) Hist. stirpium indigenarum. Helvet. T. I. p. 92.

51) Flora carniolica. p. 347.

52) *Von d. Tugenden des Baldrians. Nüremb.* 1765.

53) Animadv. p. 23. Nov. Acta N. C. Vol. V. obs. 63.

54) *Med. u. chir. Bemerk. nach dem Tode d. Verf. herausgeg. v. d. Sohne* H. C. THILENIUS. 2. *Th. Frankf. a. M.* 1714. p. 111. (adhibebat et oleum essentiale valerianae a guttis duabus ad sex).

55) *Samml. ausserl. Abh. f. pr. Aerzte.* 4. *B.* p. 311. HUFELAND'S *Journ.* 2. *B.* p. 256.

56) BERGER *Bericht v. wunderbarl. Kraft d. Paeonienwurzel wider das Vergicht. Frankf.* 1599. FRIDERICI Diss. de paeonia. Jen. 1670. HUENERWOLF anatomia paeoniae. Amst. 1680.

57) HUFELAND *Bemerk. üb. d. natürl. u. inoculirten Blattern, verschiedene Kinderkrankh. u. s. w.* 3. *Aufl. Berl.* 1798. p. 316. THOM *Erfahr. aus d. Arzney-Wundarzney-u. Entbindungswiss. Frankf.* 1799. CULLEN *Anfangsgr. d. prakt. Arzneyk. nach d. viert. engl. Ausg. übersetzt mit Anmerk. u. Zusätzen.* 2. *Ausg.* 3. *B. die Zusätze.* p. 389. 390.

nobis vicibus tentatum, minime satisfecit. Mereretur nihilominus ulterioribus subjici periculis. Propriam desideramus experientiam de virtute antepileptica radicum *pyrethri* [58]), *doronici pardalianches* [59]), *dictamni albi* [60]), *heraclei spondylii* [61]), *tussilaginis petasitis* [62]), *scillae* [63]), *colchici* [64]), *cepae* [65]), et herbarum *anagallidis amarae* [66]), *cardamines pratensis* [67]), *sedi acris* [68]),
[illegible] *galii*

58) Alexand. Trallian. L. I. C. 21.

59) Gesner. Epist. p. 18. 66. 74.

60) Störk lib. de flammula Jovis C. 2. p. 38. (Essentia a guttis viginti ad sexaginta ter de die). Radix dictamni albi ingrediens est pulveris antepileptici ad Guttetam v. Pharm. Wirtemb. p. 151. — Orvietanum p. 133.

61) Orne in *medical papers, communicat. to the Massachusetts med. Soc. Vol. I.* (Quinquies contra epilepsiam tentata, ter profuit. Dosis pulveris a drachmis duabus ad drachmas tres).

62) Cranz Mat. med. P. II. p. 162. (uncia una radicis ad hydromellis libram unam, cujus aliquot unciae mane jejuno ventriculo per longum tempus potantur subjuncta bis vel ter de mense medicina laxante).

63) Riverius obs. commun. p. 672. *Gardane gazette de santé.* p. 223.

64) Raven in *the Lond. med. and surg. Journ.* 1817.

65) *Journ. de méd.* 1787. v. Hufeland *neueste Annal. d. französ. Arzneyk.* 2. *B.* p. 38. (succus expressus ad uncias tres quotidie).

66) Dioscorides mat. med. L. II. C. 209. Gasser observat. N. 57.

67) Berger de remed. specif. in epilepsia. Francf. 1795.

galii lutei [69]) et *molluginis* [70]), *lunariae redivivae* [71]), *androsaces lacteae* [72]), *taxus* [73]), *rutae* [74]), *nico-*

p. 11. Dufresnoi in Fourcroy *médecine éclairée*, *T. IV*. Nagel Diss. sistens cardamines pratensis characterem botan. et usum medic. Francf. 1793. p. 13. Nil praestitisse Baker (*med. Trans. T. I.* p. 445.) refert.

68) Zschorn in Hufeland's *Journ.* 13. *B.* 2. *St.* p. 167. Gaulay *emploi du sedum acre (joubarbe) et du nitrat d'argent dans l'épilepsie* (*Ann. d. l. Soc. d. M. de Montpel. T.* 17. p. 182.). Peters (ib. 1815. *Mai.* p. 19. (Pulvis herbae siccae a granis decem ad scrupulum unum bis de die propinatur).

69) Chomel *Plant. usuelles. T. II.* p. 24. Bonafos in Heutesierk *recueil. Vol. II.* p. 443. v. *Abh. f. pr. Aerzte.* 1. *B.* 3. *St.* p. 101. Gardane *Gazette de santé* 1773. p. 19. — 1776. p. 73. — 1777. p. 9. Müller Diss. de clematitide vitalba. Erl. 1786. Wendt *klin. Annal.* p. 146. (Succus expressus ad uncias duas, vel quatuor mane sumendus).

70) Extract. v. Goppner in Hufeland *Journ.* 1817. *Jul.* p. 93.

71) *Russische Samml. f. Naturwiss. u. Heilk.* 2. *B.* 2. *H.* 1816. p. 248. (Remedium populare in Rossia).

72) Ibid. P. 251.

73) Extract. aquosum foliorum taxus a grano uno ad duodecim, spatio diei. Commendatur praecipue in epilepsia defectu catameniorum instructa. Lege Harmand *Journ. de méd.* 1700. *Vol.* 73. p. 214. Hufeland *Annal. d. französ. Arzneyk.* 1. *B.* p. 147. Loder diss. de taxo baccato. Jen. 1794. p. 17. 18.

74) Alexander Trallianus L. II. C. 32. Plinius Op. c. L. XX. C. 13. (Decoctum ante accessiones).

nicotianae [75]), *daturae stramonii* [76]), *hellebori* [77]) et *atropae belladonnae* [78]). *Hyoscyamum* [79]) incassum

RIEDLIN Lin. med. 1698. p. 877. SCHENK obs. L. I. N. 228. VALLERIOLA obs. L. VI. N. 7. STENZEL diss. de ruta medicamento et veneno. Viteb. 1735.

75) ZACUT. LUSITANUS. Prax. admirab. L. I. obs. 26. (succo nicotianae sanata). SENNERT Paralip. ad L. I. med. pr. N. 13. (Syrupus). HANNEMANN de epilepsiae cura (in infante mediante clystere, ex decocto foliorum nicotianae constante) Misc. A. N. C. Dec. II. an. 3. p. 159.

76) STOERK libellus, quo demonstratur Stramonium, hyoscyamum etc. esse remedia in multis morbis maxime salutifera. Viennae 1762. SIDRÉN diss. de usu Stramonii in convulsionibus. Upsal. 1772. COOPER *diss. on the proprieties and effects of the datura Stramonium. Philadelph.* 1797. HUFELAND *Journ.* 9. *B.* 13. *St. N.* 4. DREYSSIG l. c. p. 300.

77) CELSUS L. III. C. 23. SCHULZIUS de helleborismo veterum. Hal. 1717. *Tinctura Hellebori nigri* in morbis convulsivis ex retentione menstruorum commendatur a MACLEAN in *Edinb. med. and surg. Journ.* 1818. *Jul.*

78) MÜNCH *Beob. der angewendeten Belladonna bei d. Menschen. Stendal.* 2. *St.* p. 66. MÜNCH (filius) diss. continens obs. pract. circa usum belladonnae in melancholia, mania et epilepsia. Goett. 1785. THEDEN *neue Bemerk. u. Erfahr.* etc. 2. *Th.* p. 209. STOLL rat. medendi. P. III. p. 407. EBERS *Hannöv. Magazin.* 1783. p. 99. HUFELAND l. c. 9. *B.* 3. *St.* p. 100. Oppositas observationes collegerunt GREDING *sämmtliche Schriften.* 1. *Th. N.* 4. THILENIUS l. c. 2. *Th.*

cassum hucusque in epilepsiis adhibuimus. Idem post multa pericula de *foliis aurantiorum* 80), jactato antepileptico 81), cum aliis 82) fateri adigimur. Nec aliter de *visco betulino*, *corylino*, *querno* seu *quercino* 83) judicare possumus, si agatur

p. 112. ALLAMAND *obs. sur l'usage de la belladonne dans quelques affections nerveuses et épilept. et notamment sur ses heureux effets dans une maladie convulsive singulière. (Ann. de la Soc. de méd. de Montpell. T.* 19. p. 47.).

79) STÖRK op. c. COLLIN obs. med. T. 2. p. 148. STOCKAR DE NEUFORN diss. de hyoscyami virtute med. Erl. 1797. p. 68. 69. BALDINGER *Magazin.* 3. *B.* p. 340. HUFELAND *Bemerk. üb. d. natürl. u. inocul. Blattern.* p. 334. — Et hae GREDINGII observationibus felicioribus oppositae sunt. Op. c. 1. *B. N.* 1. et LUDWIG adversaria. P. I. N. 2.

80) Dosis *pulveris* a drachma semis ad drachm. un. bis terve de die. *Infusum* ex uncia una foliorum ad coloraturam librae paratum.

81) HAEN rat. med. P. VI. C. 7. §. 4. LOCHER obs. pract. circa luem veneream, epilepsiam et maniam. C. 2. p. 56. CRANZ mat. med. P. I. p. 31. HANNES epist. de puero epileptico, foliis aurantior. recent. servato. Lips. 1776. et varia Diarii HUFELANDII loca. 2. *B.* p. 256. 9. *B.* 3. *St.* p. 103. 12. *B.* 1. *St.* p. 169.

82) QUARIN animadv. p. 23. Nova Act. N. C. Vol. V. obs. 63. TISSOT l. c. „*J'ai vû, que dans l'épilepsie elles (les feuilles d'orangers) faisoient quelquefois du bien (!); je n'ai pas vû qu'elles guerissent.*"

83) PLINIUS Hist. mundi. L. XVI. C. 95. T. II. p. 42. BACHWALD Diss. analysis visci ejusque in diversis

tur de genuina epilepsia, et non solum de convulsionibus puerorum, quo in casu quandoque profuisse [84]) et propria docet praxis [85]). *Muscum terrestrem clavatum* [86]) non adhibuimus. *Cortex cinchonae* praeter virtutem in febre *intermittente larvata epileptica*, a plurimis observationibus confirmatam [87]), et illam exerit epilepticos a venere et

 nimiis

morb. usu. Hafn. 1753. Lebenwald de visci querni admiranda (in epilepsia) virtute. Misc. Ac. N. C. Dec. II. An. 2. p. 203. Colbatch *Abh. v. d. Mistel u. dess. Kraft geg. d. Epileps. Alt.* 1776. Boyle de utilitate natur. philosoph. P. II. Sect. 5. C. 7. Cartheuser Fund. mat. med. Sect. 15. C. 27. T. II. p. 528. 2. edit. Hannes l. c. p. 39. Haen op. c. p. 5. C. 4. §. 2. Fraser *on epilepsy and the use of viscus quercinus in the cure of that disease. Lond.* 1806. *Efficacité de guy contre l'épilepsie (Ann. de la Soc. de M. de Montp. T.* 17. p. 249.).

84) Eadem est Boerhaavii observatio (de morbis nervorum p. 841.). Pfündel de spasmis tonicis visco persanatis. Jen. 1783.

85) *Pulverem* bis terve de die a scrupulo uno ad drachmam semis exhibere soleo, superbibendo decoct. saturatum ejusdem visci e. c. ex uncia una ad colaturam librae unius.

86) W. Wedel de musco terrestri clavato ejusque usu epilept. et drastico. (Misc. Ac. N. C. Dec. III. An. 5. et 6. App. p. 98.).

87) Werlhoff de febrib. Sect. 1. §. 4. Sect. 4. §. 4. Grainger Febris anomala Batava. p. 112. L. Frank in *Salzb. med. chir. Zeitung.* 1792. 1. *B.* p. 427. Hirschel l. c. §. 26. Tode *med. chir. Bibl.* 2. *B.*

nimiis evacuationibus exhaustos recreandi [88]). Exhibetur sub forma *infusi frigidi* cum *lacte*. Generatim tamen cinchona neutiquam remediis ant epilepticis adscribi potest. Adscribunt vero illi flores *anchusae officinalis* [89]), *convallariae* [90]) e pollen *coryli* [91]). Inter semina, nucleos et fructus virtutem antepilepticam patefecerunt *saba dilla* [92]), *cocos nucifera* [93]), *faba Sti Ignatii* [94]) *strych*

1. *St.* p. 160. Tissot l. c. Art. 27. p. 336. Ban Act. R. Soc. med. Havn. Vol. I. p. 106. Dumas *ob servation sur une espèce d'épilepsie ramenée à la for me périodique par une methode nouvelle, et guéri sous cette forme par l'administration du Quinquina, lu à l'Instit. le* 5. *Nov.* 1810. (Sedillot *Rec. pér. d la Soc. de méd. de Paris. T.* 39. p. 351.).

88) Ruer diss. de cort. peruv. vi antispasmod. Argent 1787. *Neue Samml. med. Wahrnehm.* 3. *B.* p. 217.

89) Bruz *prakt. Beob. üb. d. Heilkräfte d. Blumen d Ochsenzunge in d. Epilepsie.* v. Baldinger's *Ma gaz. f. Aerzte.* 7. *St.* p. 604.

90) Lenkenberg diss. de lilii convallii ejusque inpri mis baccae viribus. Goett. 1737. p. 29. (Baccarun pulvis. Et *pollen* florum *lilii candidi* cum sacchar et magnesia pro antepileptico declaratur. v. Voigte *Arzneymittellehre.* 2. *B.* p. 410.).

91) Ettmüller valetudinarium infantile etc. Eph. N C. Dec. III. An. 1. obs. 97. Hünerwolff de ante pilepticorum praesertim pulveris farinacei ex coryl effectu diverso (Misc. Ac. N. C. Dec. III. an. 1 p. 195.).

92) Schmucker *verm. Schriften.* p. 1. Loefler *Beytr z. Wundarzneyk.* 2. *B.* (cum melle).

trychnos nux vomica[95]), et *amygdalae amarae*[96]). *Aqua laurocerasi*, nobis ab experto medico[97]) adversus epilepsias commendata, hoc quidem in morbo in permultis tentaminibus non satisfecit, attamen conduxit in plurimis convulsionum speciebus, quorum caussa in affectione morbosa nervorum cardiacorum locata videbatur. — Quid vero de virtute antepileptica *opii, camphorae, assae foetidae, camphorae* et *olei terebinthinae*, dicendum? — *Opii* usus, antiquitus adversus epilepsias commendatus[98]), nunc, omnium consensu

93) Thunberg *Reise durch Europa, Asia und Africa.* 2. *B.* p. 203. (nuclei in pulvere).

94) Stein diss. de faba Sti Ignatii. Erlang. 1793. Act. med. Berol. Dec. II. Vol. 16. p. 12.

95) Langguth Progr. de nucis vomicae virtute medica, non ita fallaci. Witteb. 1771. Sidrén Diss. de nuce vomica. Upsal. 1780. Act. med. Suec. Vol. I. Upsal. 1783. p. 397. *Abh. f. pr. Aerzte.* 8. *B.* p. 552. Hartmann Diss. continens spicilegia ad nucis vomicae usum medicum pertinentia. Traj. ad Viadr. 1785. Cappel Diss. de nucis vomicae viribus et usu. Jen. 1784. Rese Diss. de nuce vomica. Jen. 1788. p. 20. — Hufeland *Journ.* 1. *B.* p. 109. (Dosis quarta pars grani, ter quaterve de die, ascendendo). Lichtenstein l. c. (grana duo bis de die).

96) Ludike *Einige Beobachtungen über die Anwendung der Blausäure in Nervenkrankh.* (aqua amygd. amararum a guttis octo ad quindecim pro dosi).

97) Golz quondam medicus Seren. Principis Czartoryski.

98) Aetius Tetrab. IV. Serm. I. C. 96. Sennertus

sensu [99]), ac jure meritoque, ad sequentes solum restringitur casus: videlicet, dum epilepsiae paroxysmi (absentibus indiciis congestionis sanguinis ad cerebrum, aut ad alia viscera) ab animi pathematibus, aut a dolore [100]) provocantur, dumque cum somno aut vigiliis cohaerent [1]). Exhibetur *laudanum liquidum* Sydenhami ante paroxysmum. *Camphora*, suffragiis plurimis suffulta [2]), in epilepsia ex onania, inprimis perstantibus pollutionibus nocturnis indicatur; hocque in casu, adjuvantibus et aliis pharmacis, cum magno successu adhibuimus. Item in epilepsia puerperii sequela. Dosin majorem, quam unum alterumve granulum de die, non porrigimus, utque aeger vasculum emulsionis amygdalinae vel limonadae superbibat, suademus. Tali pacto vel ipsa hora somni camphora sumi potest [3]). *Assam foetidam*, encomiis non

med. pract. L. I. Par. 2. C. 31. T. p. 730. Riverius, Quercetanus, Turpin l. c. Rehfeld Progr. sist. hist. morbi catalept. epilept. opio potissimum sanati. Gryphiae 1788.

99) Tralles usus opii Sect. 3. p. 16. Tissot l. c. Art. 26.

100) Cfr. N. 4.

1) Haen ratio medendi. P. V. C. 4. §. 3.

2) Hannes l. c. p. 47. Locher l. c. p. 42. Collin *v. d. Wirkung. d. Camphers. N.* 8. Tissot l. c. p. 338. §. 172. Pinel *philosoph. Krankheitslehre. A. d. Fr. Kopenh.* 2. *Th.* 1800. p. 102.

3) Tissotus usum vespertinum reprobat. l. c.

non carentem [4]), in epilepsiis de complicatione verminosa suspectis, vel alterius abdominalis originis, cum aliis pharmacis, saepe saepius adhibuimus. Pluries aegroti inde irritabantur, quod Burgrave et Tissot [5]) jam animadverterant. Bonum illud experti sumus, quod symptomata nervea, quae in nonnullis epilepsiis unum alterumve inter paroxysmum epilepticum molesta fiebant, ab assa foetida mitigabantur; sed epilepsiae legitimae, hujus tantum remedii ope sanatae, nullum novimus exemplum. *Oleum terebinthinae* in epilepsiis non solum a vermibus [6]), sed et in aliis nerveis, et potissimum maniacorum [7]), ad doses incomprehensibiles [8]), recentiores Angli [9]), — utinam

4) Commentar. Lips. Vol. IV. p. 72. Berger l. c. p. 13. Lange tentamen de remed. Brunsuicens. domesticis. Brunsuigae 1765. p. 83. Hoven *Versuch üb. d. Nervenkrankh. Nürnb.* 1813. §. 188.

5) l. c.

6) Latham in *med. transact. published by the college of Physicians in Lond.* 1815. *Vol. V.*

7) *The Dublin hospital reports and communications in medecine and surgery. Vol. I.*

8) R. Olei terebinthinae, sacchari ââ unciam unam. Misce terendo, affunde aquae menthae piperitidis libras duas (!) S. Bis terve de die cochlear majus (!!) Vel: R. Olei terebinthinae drachmas tres. Aquae fontis libram unam. S. omni quarta hora uncias duas. v. *The Lond. med. and surg. and pharm. Journ.* 1814. *May.*

9) Young *remarks on palpitation of the heart, compli-*

utinam jure! commendant. Alia *olea essentialia* e. c. *foeniculi*[10]), *anisi*[11]), *majoranae*[12]); *cajepout*[13]), jam dudum ut antepileptica in usu erant. Ita *Benzoe*[14]).

Ph. ex regno minerali petita.

12. *Acidis vegetabilibus*, prius in epilepsia usitatis[15]), PARACELSUS *acida mineralia* substituit. Inter haec ut antepilepticum *acidum sulphuricum*[16]) laudem promeruit. Nobis praesertim *elixir acidum* HALLERI in usu fuerat, quo quidem

cated with dropsy of the chest and on use of the oil of turpentine in the cure of epilepsy. (*Méd. Tr. V.* 5. p. 257.).

10) Med. experimentalis Digbyan. Vol. 2. p. 315.

11) Ibid. p. 316.

12) LEDEL de usu olei majoranae insigni in epilepsia. (Misc. Ac. N. C. Dec. III. an. 9. 16. obs. 32. p. 47.).

13) WERLHOFF opp. T. III. p. 711. Commerc. litter. Norimb. 1731. p. 5.

14) HARTMANN diss. sistens varias epilepsiae medendi methodos. Francf. 1787. p. 11.

15) GALENUS Consil. pro puero epileptico. C. 4. Chart. T. X. p. 42. (oxymel). RIVERIUS obs. Cent. IV. obs. 10. (oxycratum).

16) AGRICOLA Comment. in POPPIUM de vitriolo. p. 386. Ab HEERS obs. med. N. 18. QUERCETANUS Tetras graviss. morbor. p. 360. RULAND Curat. emp. Cent. IV. obs. 96. DESAULX *Nouvelles découvertes concernant la santé et les maladies.* Paris 1727. p. 287. FEUERSTEIN diss. de epilepsia. p. 80. HILDENBRAND in HUFELAND's *Journ.* 9. *B.* 4. *St.* p. 34. 35. TISSOT l. c. Art. 30. (acidum sulphuricum seu spiritum sulphuris adhibet).

quidem cum pharmaco epilepticis, tumultum vasorum sanguiferorum ex nimia systematis nervosi sentiendi facultate extra paroxysmos obnoxiis, levamen attulimus, ac plurimos eorum ad remedia antepileptica calefacientia perferenda, idoneos reddidimus: sed nullum eo solo sanavimus. *Sulphatem zinci* in epilepsiis nunquam tentavimus, tentaverunt cum successu alii [17]). Ab *oxydo zinci*, saepe saepius in usum deducto, semel tantum, in epilepsia originis, uti videbatur, abdominalis, ac singultui nupta [18]), opes accepimus. Alii plus [19]), alii

17) Johnson *Bemerk. üb. d. innerl. Gebrauch d. weiss. Vitriols in d. Epilepsie u. d. Durchfalle.* v. *Med. Comm. v. Edinb.* 5. *B.* 1. *St.* p. 334. Wiel diss. de usu interno nucis vomicae et vitrioli albi in pertinaci morbo curando conspicuo. Witeb. 1775. Lettsom in *Mem. of the med. Soc. of Lond. Vol.* 3. *N.* 18. Stolle diss. de vitriolo albo ejusque usu medico-chir. Goett. 1792. (Dosis a grano uno ad quinque, duodecim bis de die).

18) In virgine Vindobonensi.

19) Gaubius advers. var. argument. p. 113. Neumann. Praelect. Chem. p. 1876. Metzger Advers. med. P. II. p. 98. Percival *med. Comm. v. Edinb.* 2. *B.* p. 316. de la Roche *Journ. de méd. T.* 42. p. 518. Rush *med. Comm. v. Edinb.* 3. *B.* p. 105. Crell diss. de zinco med. Helmst. 1780. in Weiz *neue Anzeig.* 16. *B.* p. 35. Ranoe Act. Soc. med. Hafn. Vol. I. p. 451. 457. Stark *Einricht. d. klin. Instituts zu Jena.* p. 89. 178. Osiander *Denkwürdigkeiten.* 2. *B.* 1. *St.* p. 188. Aasheim Act. R. Soc. med. Havn. 3. Vol. p. 268. Hart diss. de Zinco. L. B.

alii minus [20]) obtinuerunt. *Oxydum Bismuthi*, in epilepsiis nerveis originis abdominalis ulterioribus experimentis commendamus [21]). *Oxydum magnesii* *) sine omni fructu pluriès tentavimus. *Ferrum* iisdem rerum positionibus, sub quibus corticem cinchonae proposuimus, quadrat. Immo illud scopo roborandi, et emmenagogo cortici anteponi potest. Dubitamus caeterum, num unquam mars epilepsiam genuinam per se debellaverit. *Aquae minerales martiales* ut *Spaa*, et *Pyrmont*, in epilepsiis ex imbecillitate functionum viscerum abdominalium et pelvis, caute, nunquam vero in epilepsiis encephalicis adhiberi queunt [22]). Principio addicti, aegrotis nequaquam ea pharmaca praescribendi, quae ipsi loco eorum sumere

1772. Richter *med. chir. Bemerk.* 1. *B.* p. 137. Hirschel *med. chir. Nebenstund.* p. 161. 190. Humann diss. quaestiones super flor. zinci usu interno continens. Traj. ad Viadr. 1778. Kerksig diss. sistens observationes et experimenta circa usum med. calcis zinci et bismuthi. Hal. 1792. p. 22. (Dosis a grano semis, ad grana quinque, octo, bis terve de die). Bell in *med. and philos. Comment. by a Soc. in Edinb. Vol. I.* p. 103. et 204. Haygarth ibid. *Vol.* 3. p. 212. White ibid. *Vol.* 4. p. 326.

20) Cullen mat. med.

21) Cfr. Cap. XIV.

*) Jacques in *Journ. gén. de méd., chir. et pharm.* 1814. *Déc.* (a granis decem, duodecim cum saccharo, bis de die).

22) Tissot l. c. Art. 27.

sumere non auderemus [23]); *nitratem argenti fusum (lapidem infernalem)*, utpote pharmacum rodens ac periculosum, quamvis a summo viro [24]) commendatum, in usum internum necdum deduximus *). Veluti miracula ab eo narrant Mudie [25]), Bostock [26]), Cappe [27]), Curvie [28]), Sims [29]), Powel [30]), Badely [31]), Fauchier [32]), Valentin [33]), Goulay [34]), Heim [35]), aliique [36]) [illegible] atta-

23) P. I. Vol. I.

24) Boerhaave elementa chem. P. II. p. 466.

*) Nuper tentamen frustratum institui.

25) Kühn *physisch-medicinisches Journal*. 1800. p. 456. (granum semis (!) bis de die).

26) Kühn ibid. p. 169. (Duo grana in quadraginta pilulis. Bis de die pil. duo).

27) Duncans *Annals of medecine for* 1798. p. 456. (quarta pars grani ter de die).

28) *Auserl. Abh. f. pr. Aerzte.* 22. *B.* p. 361.

29) *Mem. of the med. Soc. of London.* 4. *B. N.* 29.

30) *Medical trans.* 1813. *N.* 8. Cfr. *Allgemeine Hallische Literaturzeitung.* 1815. *N.* 9.

31) *Medico-surg. trans. publ. by the med. surg. Soc. of Lond.* 1818. Vol. 9. P. 1. (a gr. uno ad granum unum et semis, ter de die!!)

32) *Obs. sur l'usage du nitrate d'argent dans l'épilepsie* (*Ann. de la Soc. de m. de Montp. T.* 7. *P.* 1. p. 360.).

33) *Obs. sur l'usage du nitrate d'argent et le sucre de saturne dans l'épilepsie* (ib. T. 8. P. II. p. 301.).

34) *Emploi du sedum acre et du nitrate d'argent dans l'épilepsie* (*Ann. de la Soc. de m. de Montp. T.* 17. p. 182.

35) Egregius medicus Berolinensis sequenti utitur for-

attamen non sine omni contradictione [37]). Mirum, sub *nitratis argenti* protracto usu plerumque cutis colorem in coeruleum commutari [38]). Jam vero ad pharmacum, omni alio a nobis hucusque adhibito superius, pervenimus, — ad *cuprum* scilicet *ammoniacale*. Quoties enim in epilepsiis curandis aliae indicationes quam illa genus nervosum specifice aggrediendi, deficiunt, toties nos ad medicamentum istud non sine successus spe convertere solemus. Rationem inde aegrorum sanatorum ad non sanatos, ut alii fecerant [39]), exacte statuere arduum nimis est, satis quod plurimos, inter multos, et magis adultos quam pueros juvit. Oportet vero ut pharmacum rite para-

mula. Lapidis infernalis grana decem. Opii puri grana sex. Extracti conii maculati drachmas duas. Succi liquiritiae drachmam unam. M. f. pil. ponderis granor. duor. Consp. pulv. liqu. S. Mane et vespere 3—5. pil. capiat.

36) Kausch op. c. N. 14.

37) Magennis in Kühn op. c. 1802. p. 168. Kinglake ib. p. 772. Höger apud Streintz *üb. d. ärztl. Anwend. d. salpetersauren Silbers Prag.* 1817. p. 32.

38) Fourcroy *médecine éclairée p. les sciences phys. T. I.* p. 342. Butini de usu interno praeparationum argenti. Albers in *med. chir. Trans. published by the medico-surg. Soc. of Lond. Vol.* 7. *P. I.* Cfr. *Salzb. med. chir. Zeitung.* 1817. *N.* 18.

39) Michaelis *medicinisch pr. Bibl.* 1. *B.* 3. *St.* (Inter 7. aegrotos, 4. sanantur).

paratum sit [40]. Dosis illius quarta pars grani cum saccharo bis terve de die. Jejunus ventriculus rarius illud fert, caeterum vel ex diu continuato usu nullum observavimus detrimentum. Observationes virtutem antepilepticam cupri ammoniacalis confirmantes inveniuntur apud WEISMANN [41], DUNCAN [42], CULLEN [43], STORER [44], WALKER [45], BALLY [46], GREDING [47], THILENIUS [48], THOMASSEN A THUESSINK [49], WECZENBREYER [50], BATT *) aliosque bene multos [51].

13. *Balnea frigida* tum fluviatilia tum marina. Balnea.

40) Modus cuprum ammoniacale secundum pharmacopoeam Rossicam parandi, plane erroneus, nam paratur per *evaporationem* ad siccitatem (l. c. p. 199.); — hinc vale ammonia!

41) Nov. Act. N. Cur. Vol. I. p. 276. (Auctor usus remedii in epilepsia. An. 1756.).

42) *Krankheitsgeschichten*, *a. d. Engl. Leipz.* 1771.

43) Mat. med. vers. cit. p. 31.

44) *Med. Commentar. v. Edinb.* 7. *B.* p. 31. 91.

45) Ibid. 10. *B.* 2. *St.* p. 33.

46) In DUNCANS *Annals of medecine for* 1781.

47) *Vermischte Schriften.* 1. *B.* p. 103.

48) *Med. chir. Bemerkungen.* 1. *Ausg.* p. 103.

49) *Verhandelingen van d. Genootschap te Vlissing.* 14. *Deel.* v. *Abh. f. pr. Aerzte.* 17. *B.* p. 380.

50) Diss. de cupro medicato. Erf. 1783.

*) l. c.

51) *Liquorem cupri ammoniacalis* cum *mercurio*, necdum expertus sum (v. KÖCHLIN in *Salz. med. chir. Zeitung.* 1819. *N.* 33.).

rina, aestate, cum debitis cautelis et immergendo [52]) potius, quam per diuturnam moram in aqua adhibita, in adultorum epilepsia nervea omni plethora experte vel ob id commendari merentur, quod aegros sensiles admodum ad usum internum pharmacorum calefacientium e. c. valerianae, sustinendorum, idoneos reddunt; quae singula observationibus CAELII AURELIANI [53]), FLOYERI [54]), TURPINI [55]), TEMPLEI [56]), LENTINII [57]), DE BEUNIE [58]) et TISSOTI [59]), confirmantur. *Balneis tepidis* alibi commendatis [60]) vix in epilepsia, nisi uterina [61]), locus est.

14. Quo-

52) Ipse in aquam frigidam lapsus epilepsiam sanavit in Eph. Nat. C. Dec. II. An. 9. obs. 190.

53) Chronicor. Lib. I. C. 4. p. 312.

54) *Psychrolusia on the histor. of cold bathing both ancient and modern. Lond.* 1773. p. 160.

55) l. c. p. 274.

56) *Praktische Arzneykunst, a. d. Engl. übers. mit Anmerk. von* MICHAELIS. *Leipz.* 1794.

57) HUFELAND *Journ.* 7. *B.* 2. *St.* p. 160.

58) *Samml. ausserl. Abh. f. pr. Aerzte.* 8. B. p. 577.

59) Op. c. Art. 32.

60) N. 6. (38.).

61) JONDINET *mém. et obs. sur des convulsions épilept. survenues au travail de l'enfantement, et sur les bons effets du bain tiède et de l'eau à la glace, dans ces cas morbides diversement modifiés. (Ann. de la Soc. de méd. de Montpell. T.* 8. p. 81. Cfr. EMBRY *reflex. crit. sur l'obser. de* JONDINET (ib. *T.* 15. p. 371.) et JONDINET *Réponse aux refl. crit.* D'EMBRY (Ib. *T.* 16. p. 11.).

Electr. galvanismus, magnetismus.

14. Quoties *electricitatem* in epilepsiis adhibuimus, toties id cum evidenti detrimento factum est. Propria hinc infausta tentamina vix cum aliorum felici experientia [62]) conciliare possumus; qua de re non soli conquerimur [63]). Interea electricitatem forte iis in epilepsiis adhuc tentare liceret, quae paralysin sociam habent [64]), quaeque amenorrhoeae *), vel caussis traumaticis originem debent. Quibus in casibus *galvanismus* forte electricitati consuetae anteponendus foret.

Non-

62) *Rapport de Mr.* Cornier, Meloet etc. *sur les avantages de l'électricité dans l'épilepsie et catalepsie p.* Comus. *Paris.* 1783. Albanus *u.* Boese in *den Material. f. Elektriker.* 2. *Lief.* p. 74. Deiman *v. d. gut. Wirkung. d. Elektricität in verschied. Krankh.* 2. *B.* p. 187. 2. *B.* p. 160. Feuerstein diss. de epileps. p. 81. Hodgson in Hufeland, Schreger *u.* Harles *Journ. der ausl. med. Liter.* 180. 2. p. 81. Pomu et Arnaud in *neuesten Ann. d. franz. Arzneyk.* 2. *B.* p. 327.

63) Linnaeus resp. Zetzel diss. cont. electrico-medica. Ups. 1754. Kühn *Gesch. d. med. u. phys. Electric. Leipz.* 2. *B.* p. 240. Electricitatem vel nil boni, vel detrimentum attulisse observarunt quoque Quarin animad. pract. Vind. 1786. p. 30. Mauduyt in *Mém. de la Soc. R. de méd. An.* 1771. et Fourcroy *méd. éclairée. T.* 3.

64) Deshais diss. de hemiplegia per electricitatem curata. Montp. 1794. p. 19.

*) Spengler *Briefe u. Erfahr. üb. d. Wirk. d. Electricität in Krankh.* 4. *B.* p. 39. Hermbstaedt in *Actes de la Soc. de méd. à Bruxelles. T. I. P. I.* p. 159.

Nonnulla saltem pro eo loquuntur facta [65]. De modo applicationis, a quo multum pendere videtur, legatur egregius WALTHER [66]. Unicum, quod in epilepsia uterina cum magnetismo animali instituimus, frustratum periculum, observationes WEINHOLDTII [67], FRICKE [68] aliorumque [69] non confirmavit. *Magnetem* [70] et *Perkinismum* [71] non tentavimus. Parum saltem ab eo expectandum [72].

Amuleta. 15. De *amuletis* nostram jam alibi exposuimus opinionem [73]. Mirum certe non foret, si ... metal

65) BURDACH *Handbuch d. neuest. Entdeck. in d. Heilmittellehre. Leipz.* 1806. p. 233. 234. WHITTAM *medical phys. Journ. Vol.* 14. p. 527. *Abh. f. pr. Aerzte* 23. *B.* p. 630. MARCUS *Magazin f. Therapie u. Klinik.* 1. *B.* p. 349. 353. 355.

66) *Ueb. d. therapeut. Indicationen des Galvanismus* C. VI.

67) *Heilkr. d. thier. Magnetismus. Erst. Fall u. der folgende.*

68) *Geschichte einer durch den Lebensmagnetismus geheilten Epilepsie. Halle* 1812.

69) WOLKERS et HENDRIKSZ.

70) *Gazette de salut. Bouillon.* 1761. HEINSIUS *Beytr. Mém. de la Soc. R. de méd.* 1779. p. 636.

71) *Recherches sur le percinisme ou de l'infl. des tracteurs métalliques, inventés p. le Dr.* PERKINS *sur certaines maladies telles que les douleurs . . . . et l'épilepsie (Ann. de la Soc. de méd. de Montp. T.* 29. p. 274.).

72) UNZER *Beschreibung eines mit d. künstlichen Magnet angestellten Versuches. Alt.* 1775.

73) P. II. Vol. I. Sect. I. C. 1. §. VI. 56.

metalla e. c. aurum [74]), utpote electricitatis conductores, sique radices paeoniae [75]) et aliae [76]), quatenus aromaticae, corpori appensae, in sensile nervosum epilepticorum systema, imperium aliquod exercerent! Quod imperium metallorum aliarumque rerum externarum in corpus epilepticorum cum et nocivum evadere posset, sequitur ut medici ad domicilium, cubiculum, lectum, vestes, ornatum, subfumigia etc. hujusmodi aegrotorum, respiciant.

16. Quid *lapidis* cujusdam *viridis*, sic dicti *nephritici*, sub cute introductio ad epilepsiam depellandam valeat [77]), experientia docebit [78]).

Introductio lapidis viridis sub cute.

17. *Vi-*

74) ALEXAND. TRALLIANUS. L. I. C. 21.

75) GALENUS de simpl. medicam. facult. L. VI. ZACUTUS LUSITANUS Med. Pr. hist. L. I. hist. 22. GRÜBEL Epilepsia per annulum appensum curata (Misc. Ac. N. C. Dec. II. An. 10. p. 80.).

76) SCHULTZ de amuleto epilepsiae (radice Ostrutii, seu Imperatoriae recens dissecta et pollicibus manuum et pedum alligata) cum addendis LENTILII (Misc. Ac. N. C. Dec. I. An. 4. et 5. p. 38. Dec. III. An. 3. App. p. 86.).

77) HAUTERIVE *obs. sur une pierre verte dont se servent les sauvages de la riv. d'Orenogue contre l'épilepsie.* in *Mém. de l'ac. R. de Paris. An.* 1724. p. 18. — *Rimedio nuovo decantato contro l'épilepsia (una pietra verde, che si trova alle sponde dell' Orenooc la quale si introduce con una picciola incisione sotto la cute, ove si porta per qualche tempo). Giornale della Soc. med. chir. di Parma. Vol.* 6. p. 59.

Regimen diaeteticum.

17. *Victus* in epilepsia gastrica commendatus [79]) omnino et *nerveae* quadrat. Si ista ex affectione nervorum partium genitalium, a spermate aut vehemente coeundi desiderio irritatorum, pullulet, — *matrimonium* [80]), alias epilepticis, nisi forte menischesi laborantibus [81]), vix concedendum. Maxime vero mutatio coeli epilepticis conducit *). *Machina rotatoria* [82]) et hic com-

78) Dux militum Polonus epilepsia mulctatus ejusmodi lapidem in usum deduxit; videbatur ab initio conducere, sed paululum serius malum eadem ratione ut prius perstabat. Scio nuper in clinico instituto, quod Landshuti floret, lapidem nephriticum adhibitum fuisse, et ut ferunt, cum successu; num perpetuo?

79) N. X.

80) Krünitz de matrimonio multorum morborum remedio. Francf. 1749. Dolaeus de febre et epilepsia amatoria matrimonio curata (Misc. Ac. N. C. Dec. III An. 2. p. 91.). Stegmann de epilepsia diuturna virginis post congressum cum viro sublata, sed eo denegato postea in furorem uterinum mutata (Misc. Ac. N. C. Dec. III. An. 1. p. 29.). Stahl diss. de dispositione haereditaria ad nonnullos morbos. Hal. 1786 p. 48. Moreau in *Mém. de la Soc. méd. d'émulat.* 2. *B.* p. 189.

81) Cumme epilepsia ex retentis menstruis venere et puerperio sanata. (Misc. Ac. N. C. Dec. I. An. 1. p. 204.)

*) Hippocrates Aphor. Sect. II. N. 47. Hoffmann diss. de peregrinationibus sanitatis causa instituendis Hal. 1701. p. 22. Swieten l. c. Guyon *leçons diverses. T. II.* p. 78. Roncallus hist. morbor. observationibus auct. Brixiae 1741. p. 21. Lentin *Beytr.*

commendata est *). Ita mora in *stabulis vaccinis* 83). Quoad *regimen mentis* generatim quies animi, fuga irae et terroris conveniunt, etiamsi speciales extent casus epilepsiarum, a vehementi animi motu, e. c. a terrore 84) sanatarum.

18. Exposito praeceptorum multifarias *epilepsiarum complicationes* curandi, limites hujus capitis excedent. Lex generalis esto: curandi rationem semper conditioni singulari aegrotantis adaptare, et non praecipitanter ad pharmaca antepileptica pervenire, sed antea obstacula, quae effectum

C. Ep. complicatae.

Dd 2

ausüb. Arzneywiss. 3. *B.* p. 175. et HUFELAND's *Journ.* 14. *B.* 3. *St.* p. 17.

82) P. II. Vol. I. Sect. I. C. XXV. §. CXI. p. 791.

*) Cox op. c. vers. germ. p. 203. Quantum concussiones corporis aliquando adversus epilepsiam valere possint, exemplum epilepsiae a lapsu curatae docet, quod WINCKLER (in Misc. Ac. N. C. Dec. I. An. 6 et 7. p. 145.) narrat; aliudque teste BOUCHERO (*Observation sur une épilepsie guérie par une chute* in *Mém. de Paris an.* 1767. *hist.* p. 28.), et virgae adversus epilepsiam in usum deductae sunt. GERBER de epilepsia duorum annorum virgis curata, in Misc. Ac. N. C. Dec. III. An. 7 et 8. p. 306.).

83) PINEL *Rapport sur le traitement ds l'épilepsie par un séjour prolongé dans une étable à vaches. Bulletin de l'Ecole de méd. et de la Soc. de Paris. An.* 6. *A.* 1815. p. 26.

84) PAULLINI epilepsia ex terrore aqua (a lapsu in aquam frigidam) curata. Misc. Ac. N. C. Dec. II. An. 9. p. 353. SEGER epilepsia igne (seu lapsu in ignem) curata (Misc. A. N. C. Dec. I. A. 2. p. 28.).

effectum illorum pharmacorum eludere possent removere; aut, aliis verbis, antea morbum al omnibus complicationibus liberare et ad suan perducere simplicitatem [85]).

Secreta antepileptica.

19. Quodsi indicationes rationales frustra ex antlatae fuerint; ex variis *secretis antepileptici* (quae ceterum a nemine medicorum ignorari de bent) unum alterumve eligi posset. Hujuscemod sunt: *remedium ragolinum* [86]), *pulvis de Gutte da* [87])

85) Ait TISSOT (op. c. Art. 21.) „*je dirai seulement ... 2. que souvent cependant, s'ils ne réusissent pas (le remédes antépileptiques) c'est par ce qu'on néglige, avan de les employer, de mettre le corps dans l'état dan lequel il seroit à souhaiter qu'il fut avant d'en fair usage; on les regarde comme spécifiques absolus, o veut par là même, qu'ils guérissent toutes les épilepsie on les ordonne indistinctement dans toutes, sans faire at tention, que toutes les causes ne sont pas de nature à être vaincus par leur effet, et que comme ils sont tou de la classe de fortifiants, si on les employe dan le tems, qu'il y a pléthore, tension, sécheresse, dispo sition à l'inflammation; embarras dans les premières voyes, putridité, obstruction, constipation, loin de faire du bien, ils font un mal réél et certain; on le essaye tous successivement; tous nuissent, et tous au roient été utiles, si on avait donné au corps la disposition, qu'il devait avoir.*"

86) A medico Hispaniae MENDOLA propositum et ab alio RAGOLO confirmatum. Variae sunt opiniones circa partes illud constituentes. Constat nempe illud, teste KNOPF, ex R. Radicum Valerianae drachma una. Foliorum Aurantiorum scrupulo uno. Salis ammonia-

a [87], *pulvis Marchionis* [88], *pilulae balsamicae* *tahlii* [89], *essentia dulcis* [90]) et *electuarium di* *Brera* [91]).

Caput

ci granis duobus. Olei Cajepout guttis quatuor. M. f. pulvis. (Baldinger's *Magazin f. Aerzte. II. B.* p. 232.); teste Gmelin ex R. Rad. Valerianae minoris drachma semis, magnesiae albae, salis ammoniaci depurati ââ granis tribus, olei cajepout guttis duabus. M. D. (Crell's *chem. Annal.* 1793. 12. *St.* Feuerstein diss. de epilepsia. p. 33.) et, teste alio, ex agarico muscario, rad. valerianae et oleo essentiali. (*Allg. Literat. Zeitung.* 1793. N. 245.). Lege *Abh. v. d. berühmt. u. wirksam. Ragoloischen Mittel z. Heilung d. Epilepsie v. deutsch. Aerzten z. Druck befördert. Leipz.* 1788. et Dreyssig l. c. p. 370.

87) R. Rad. Cassamuniar, dictamni albi, paeoniae, visci quercini, vel corylini, seminum paeoniae, ââ semiunciam. Cranii humani, ungulae alcis ââ drachmas tres. Castorei Rossici, corallii rubri ââ drachmas duas. Rad. valerianae sylvestris unciam unam. M. f. pulvis, cui adde olei dest. rutae, saccharo excepti, guttas triginta.

88) Radicum paeoniae uncias tres. Visci querni, rasurae eboris, ungulae alcis, cornu cervi, spodii, coralliorum rubrorum, alborum, margaritarum praeparatarum ââ drachmas duas. Foliorum auri puri N. XX. F. pulvis subtilissimus (Dosis a granis decem ad drachmam semis).

89) Zuch diss. sistens facillimam ac certissimam methodum curandi epilepsiam. Erf. 1741. (Formula non reperitur in L. Vogelii *Formul. od. Recept-Lexicon. Erf.* 1804—1806.).

90) Gohl de admiranda essentiae dulcis Hallensium effi-

Caput XII.
De Paralysi.

§. LIX.
Definitio. Literatura. Divisio.

Definitio. 1. *Paralysis* [92]) dicitur fibrarum muscularium immobilitas, nixu voluntatis aut stimulorum consuetorum vix aut ne vix quidem superanda, haud raro cum abolitione sensus in parte, nulla laesione externa visibili detenta. Paresis [93]) ejusdem morbi minor est gradus.

2. Mo-

cacia in epilepsia infant. mesenterica periodica. (Act. Ac. N. C. Vol. I. p. 267.). Woellner diss. de epilepsia ejusque curatione medicamento specifico, essentia dulci nominato. Leid. 1706. v. Vogel l. c. Vol. I, p. 377.

91) Ad secreta spectat formula; hoc tamen non ignoratur, corticem peruvianum et valerianam ad partes illius constitutivas pertinere.

92) A Gr. Παρὰ, vitiose, et Λύσις, debilitas seu resolutio. *Synonyma.* Apoplexia (apud ipsum Hippocratem in Coac. praen. C. 3. vox apoplexiae pro paralysi significanda occurrit). Resolutio nervorum, Celsi. Sideratio aliorum. Germ. *Lähmung.* Gall. *Paralysie.* Angl. *Palsy.* Russ. Параличь. Pol. *Paraliž.*

93) Latine Remissio. Laxatio.

2. Modesti hujuscemodi morbi literatura, comparate ad illam tumultuariae epilepsiae, egena est. Enim vero si excipiamus principes medicorum, e. c. HIPPOCRATEM 94), GALENUM 95), CAELIUM AURELIANUM 96), CELSUM 97), ARETAEUM 98), AETIUM 99), AEGINETAM 100), AVICENNAM 1), ZACUTUM LUSITANUM 2), QUERCETANUM 3) et WILLISIUM 4), utpote qui passim et paralyseos doctrinam dilucidaverant; — si excipiamus, qui idem praestiterunt, compendiorum medicorum auctores potissimum SWIETENIUM 5), BURSERIUM 6) et CULLENIUM 7); — si excipiamus dissertationum de paralysi scriptores, inter quos excelluerunt SEN- Literatura.

94) Loc. cit.

95) L. IV. C. 5. de locis affectis. De tumoribus praeternaturalibus. C. 11.

96) Morb. Chron. L. II. C. 1.

97) Lib. III. C. 27.

98) Chron. Lib. I. C. 7.

99) Lib. VI. Cap. 28. p. 109.

100) Lib. III. C. 18. p. 31.

1) Canon. Lib. III. Ten. 2. Tract. 2. C. 2.

2) Lib. I. Prax. med.

3) Art. med. pract. T. III. de paralysi. p. 188. Tetras gravissimorum totius capitis adfectuum morb. 1606. v. HALLER bibl. med. pract. Vol. II. p. 202.

4) De anima brutorum. Patholog. C. 9.

5) Comment. T. III. Paralysis §. 1057 — 1070.

6) Institut.

7) First lines.

SENNERT [8]), BADILI [9]), SCHENK [10]), WEDEL [11]), VATER [12]), DANCKWERTS [13]), BURCHARD [14]), ALBERTI [15]), CREVECOEUR [16]), ESCHER [17]), FABRICIUS [18]), AURIVILLUS [19]), BÜCHNER [20]), GARIOCH [21]), PEREBOOM [22]), VAN ROSSUM [23]); — si excipiamus col-

8) Diss. de paralysi. Wittemb. 1600.

9) Diss. de paralysi. Basil. 1645.

10) Diss. de paralysi. Jen. 1668.

11) Diss. de paralysi. Jen. 1677. Diss. aegri paralysi laborantis. Jen. 1682. Pr. de paralysi torquente. Jen. 1690. Pr. de paralysi. Jen. 1691. Pr. de paralysi particulari. Jen. 1695. Pr. paralysi universali et particulari. 1696. Diss. de paralysi ex epitome prax. clin. Jen. 1707. Diss. de paralysi. Jen. 1719.

12) Diss. de hemiplegia. Wittemb. 1700.

13) Diss. ratio paralyseos anatom. Helmst. 1735.

14) Diss. de affect. paralyt. earumque ab aliis impotentiarum generib. differentia. Rost. 1736.

15) Diss. de hemiplegia. Hal. 1744.

16) Diss. obs. circa varias affectionum paralyt. species. Hafn. 1748.

17) Diss. de paralysi artuum infer. Bas. 1753.

18) Diss. de paralysi musculor. capitis extensor. Lips. 1754. HALLER Col. Diss. §. 1. N. 8.

19) Diss. de paralysi. Upsal. 1765. v. BALDINGER Sylloge. Vol. I.

20) Diss. de paralysi sine nerv. et arter. laes. Hal. 1766.

21) Diss. de paralysi. Lugd. Bat. 1771.

22) Diss. de paralysi inprimis nervea. Hoornae 1773. v. SCHLEGEL thes. pathol. Vol. I.

23) Diss. de paralysi. Lovan. 1784. v. DOERING Vol. I. p. 158.

collectores observationum, ut FORESTUM 24), RIVERIUM 25), WEPFERUM 26) aliosque citandos; — si excipiamus, qui speciatim de morbis cerebri 27) et medullae spinalis 28) egerunt, si, inquam, hos singulos excipiamus, non nisi paucos de paralysi indicare valemus scriptores, quorum inter opera nullum, quod omnibus numeris absolutum dici possit, invenitur. Nemo saltem libros VERZASCHAE 29), JEBBI 30), KIRKLANDI 31) et COPELANDI 32) absolutis monographiis adscribet. — Attamen paralysis, testantibus vel ipsis sacris paginis 33), hominum omnis aevi ad se traxit attentionem. Ac re quidem vera! inter corporis nostri infirmitates, vix aeque lamentabilem et adspectu miserandam invenies, quam paralysin. Unde pulchre

24) Lib. X. obs. 84. sq. 90. 91. 121.

25) Cent. I. obs. 74. Cent. II. obs. 98. Cent. IV. obs. 4. 29.

26) Observ. p. 686.

27) P. II. Vol. I. Sect. I. Cap. 1. §. I. 2.

28) Cap. 1. §. I. 3.

29) Exercit. de apoplex. et paralysi. Bas. 1662.

30) *Select cases of the disorders commonly termed of paralysis of the lower extremities. Lond.* 1782.

31) *Comment. of apoplectic and paralyt. affect. Lond.* 1792.

32) Op. c. (v. Cap. 1. §. I. N. 3. (57.).

33) Paralytici novi testamenti medico et philos. commentari illustr. Hafn. 1653. RICHTER Progr. paralysis alio sensu priscis, alio recentioribus sumta. ad paralyticos novi testamenti accomod. Goett. 1789.

pulchre ait WEDEL 34): „miserum est tortores experiri dolores, horumque facibus accensis noctu diuque ingemiscere . . . . ast nec sentire nec ad imperium moveri posse non punctam sectamve retrahere manum, omni tristi sensatione est miserius." Qua de caussa et medico nil gratius, quam adspectus aegri prius paralytici nunc proprio motu libere obviam euntis! Faxit hinc benignum numen, ut ista, quam tradituri sumus, doctrinae pars e voto succedat.

Divisio. 3. Ut vero in symptomatibus paralyseos tradendis debito incedamus ordine; paralysin in *internam* et *externam*, nec non in *universalem* et *partialem*, dividemus. Dari enim *paralysin internam* pro re nata linguam, laryngem, oesophagum, pulmones, cor, diaphragma, ventriculum, intestina, vesicam urinariam, illorumque sphyncteres, renes et uterum aggredientem, jam ARETAEUS jure docuit 35); ac plus vice simplici de illa in doctrinis aphoniae, dysphagiae, asthmatis, anginae pectoris, asphyxiae, bulimiae 36), lienteriae, hydropis, ischuriae, enuresis et morborum puerperarum, quaestionem instituemus. Quid quod praeter systema musculorum, et *alia corporis*

34) Diss. an. 1677. Prooemium.

35) l. c.

36) De fame canina et lienteria ex pyloro ita relaxato, ut omnes manus digitos junctim compositos admitteret, lege RUYSCHIUM (obs. med. chir. Cent. obs. 74. p. 68.).

ris humani systemata paralysi affici posse, verisimile est 37). *Paralysis universalis externa*, *paraplexia*, seu *paraplegia* salutatur. *Paralysis externa partialis* detinet aut unum idemque *corporis latus*, tunc *hemiplegia;* aut brachium unius et pedem alterius lateris *paralysis* seu *hemiplegia transversa;* — vel speciatim *musculos faciei*, *colli*, *thoracis*, *abdominis*, *brachii* et *cruris*. Tandem ad paralysin peculiaris Indiae morbus vulgo *Beriberi* seu *Barbieres* revocari solet.

§. LX.

Symptomata. Autopsia cadaverum.

1. Paralysis vel fulminis instar ingruit, vel lente insidias struit. Ibi praecedit aut sequitur apoplexia encephalica 38), rhachialgica 39), neuralgica 40). — Hic malum annuntiatur a dolore, formicatione, torpore, stupore, tremore, concussionibus involuntariis, anaesthesia, atrophia et a difficultate movendi partium ad paralysin dispositarum. S. prodroma.

2. Praesente jam paralysi, eaque perfecta, omnis motus abest, parsque affecta neque extendi, neque contrahi, neque in motu tonico mane- S. generalia.

37) Haase, *üb. d. Erkenntniss u. Cur d. chronischen Krankheiten. Leipz.* 1817. 1. *B.* p. 85.
38) P. II. Vol. I. Sect. I. Cap. V. §. XXV. 2.
39) Sect. II. Cap. III. §. XIV. 5. 6.
40) Cap. V. §. XXII.

manere, neque proprio motu transferri in alium locum potest. Feriantur haec motus organa, musculi flaccidi, laxi ac veluti elumbes ac enervati subsident, alias e contrario rigent [41]). *Sensus* saepe simul cum motu desideratur, alias perstat sed imminutus, vel et normalis, vel ut cum aliis [42]) vidimus, adeo acutus, ut pars paralytica non solum frictiones, sed levissimum quoque attactum respueret. Aliquando stimuli mechanici plus quam chemici, et vice versa, percipiuntur. Calor animalis in loco affecto saepe minor sano, quandoque major, cum motu arteriarum aucto, et venarum turgore. Interea et arteriarum pulsatio in parte paralytica defecisse est visa [43]). Nutritio saepe perstat, saltem pro tempore; enim vero in longum deducto morbo atrophia vix evitari potest. Absconditur interdum ab oedemate.

Paraplegia.

3. *Paraplegia* [44]) exhibet resolutionem omnium

41) Hais diss. de hemiplegia. p. 31. Sequitur inde monente Wardrop (de paralysi in Websteri Syst. prax. T. II. p. 186.) *laxam musculorum immobilitatem* in definitione paralyseos a Boerhaavio stabilitam (Aph. 1057.) nequaquam admittendam esse.

42) Senac *de la struct. du coeur*, *T.* 2. p. 291. (brachium unum erat paralyticum cum sensu acutissimo, alterum vero brachium omni carebat sensu, sed motu naturali gaudebat).

43) Stover in *Transact. of a Soc. for the improvement of med. and chir. knowledge. Vol. III. N.* 32.

44) A Gr. Παραπλήσσω percutio: Hippocrati audit

um partium infra caput positarum (hinc trunci et extremitatum [45])) perstantibus functionibus cordis et pulmonum. Quin immo in gravissimo hujus morbi exemplo [46]) et linguam partemque mu-

sculo-

paralysis membri cujusdam corporis ex praegressa apoplexia aut epilepsia orta; Aretaeo: sensus et motus in parte jactura. Galenus solius linguae paralysin dicit paraplegiam. (De loc. aff. L. IV. C. 2.).

45) Boerhaave de morb. nervor. T. I. p. 559.

46) Mense Majo 1818. festinanter ad virum 27. annorum vocatus fui, morbo, ut ajebant, haud definiendo extemplo correptum, sub quo, perstantibus singulis animi et sensuum viribus, aeger extremitates tum superiores tum inferiores amplius movere haud poterat (remanente in iis, minori tamen in gradu, sentiendi facultate), loquela balbutiente, deglutitione impossibili, respiratione sublimi anhelante redditis, urina sponte secedente. Pulsus ad centum non sine vi micabat. Ex anamnesticis compertum habui, aegrotum rhachiticum et scoliosi laborantem, syphilidem sub forma cephalaeae perpessum ac hyeme praecedente febre rheumatica, gravi capitis dolore insignita, detentum fuisse; relicto inde cruciatu occipitis et cervicis ad hoc usque tempus durante. Morbo pro *paraplegia* ex affectione cerebelli et medullae oblongatae, nec non cervicalis declarato, prognosique vix non absolute lethali instituta, venaesectionibus, hirudinibus, capiti et ano admotis, fonticulis ad basin cranii, aegrum non solum inter vivos hucusque, adjuvante Deo, servavi, sed spatio sex mensium ita restitui, ut nunc expedite loqui, facile deglutire, brachia omnino movere, libere respirare, urinam retinere possit. Immo et gressus sat libere instituere jam potuerat, quam vero facultatem iterum

sculorum faciei a paralysi correptos invenimus, aegro a capite usque ad calcem resoluto; perstantibus cunctis animi facultatibus. In secundo paraplegiae casu [47]) extremitates inferiores, sphyncteres

(praevia lumbagine, hirudinibus, cauteriis et setaceo rebelli) amisit. Deambulat nempe non nisi baculi auxilio, et crura post se trahens. Quo primum deglutire poterat, solutio tartari emetici, lenia evacuantia, salina, digitalis, pro usu interno inserviebant.

47) Rusticus 38. annorum, quatuor abhinc annis super dorsum vehementer verberatus fuit, ita ut per nonnullas dies decumbere deberet. Convaluit, relicto tamen sensu doloris ad spinam, sub gravibus laboribus inprimis manifestum. Die 18. Aprilis 1819. ebrius iter quatuor miliarium super carro instituit, vento frigido tergum allidente. Recordatur se horrorem tunc percepisse et toto corpore resolutum a rusticis transeuntibus super solo inventum fuisse. Domum deportatus tentatisque nonnullis auxiliis domesticis die 23. Aprilis ad Clinicum nostrum delatus est. Invenimus facultates animi et sensus omnino in statu normali, brachia pectori admota torpentia, et dextrum paresi tentatum, inspirationem profundam impeditam, plagam gangraenosam ad nates dextras, abdomen tensum, ischuriam, alvum clausam, pulsum regularem ad 84. et extremitates inferiores omni motu et sensu destitutas. Declarato morbo pro paraplegia, apoplexiae spinalis traumatico-rheumaticae effectu, ad venaesectiones, hirudines, cucurbitulas scarificatas lateribus spinae admotas, ad fonticulos ignis ope ibi excitatos, ad mercurium, arnicam, chenopodium ambrosioidem et *nucem vomicam* confugimus. Quo ultimo auxilio extremitates superiores et respiratio ab omnibus liberabantur

cteres vesicae urinariae et ani paralyticos illosque omni sensu destitutos, brachium dextrum paresi laborans, alterum sanum, invenimus, perstantibus et hic cerebri sensuumque functionibus. In tertio aegro [48]) universi corporis paresi laborante, mente integra, quaevis syllaba speciatim articulari debuerat. Alia celebrata paraplegiae exempla apud GALENUM [49]), BOERHAAVE [50]) et DU VERNAY [51]) leguntur. Legatur et ZIMMERMANN de paralysi brachiorum et crurum post dysenterias [52]).

4. *Hemiplegia* [53]) est paralysis unius lateris, ple- Hemiplegia.

incommodis urina saepe sine catheteris auxilio, secedebat, alvus sat regulariter deponebatur, extremitates multis involuntariis motibus agitabantur, et nisu voluntatis attrahi poterant. Hac sub rerum positione aeger die 30. Junii, ob ingruens vacationis tempus, domum portatus, ibi, nulla amplius usus medela, obiit.

48) Juvenis Vilnensis 18. annos natus, post febrem, ut fertur, typhodem, in paralysin universi corporis incidit, deficiente simul loquela, ita ut aeger, quamvis mentis compos, per sex menses ferae instar ejulare deberet. Restituta tandem loquela, verba tamen aliter pronuntiare haud poterat, quam syllabas sejunctim articulando. De dolore inter scapulas conquerebatur.

49) l. c.

50) l. c.

51) l. c.

52) *Von d. Ruhr unter d. Volke.* p. 143. (Duo exempla).

53) A GR. Ἥμισυ, medietas, Πλήσσω, percutere.

plerumque sinistri [54]). Malum plurimos aegrotos a capite ad calcem detinet. Tunc visus, auditus in latere affecto laedi solent [55]), imo adest diastrophe, seu oris et linguae in partem sanam distorsio, cum loquela impedita. Praeterea magna mentis irritabilitas, et infantilis quasi mobilitas observatur, quo fit, ut vel minima oblata opportunitate aeger, aetate quamvis provectus, modo in fletum, modo in risum prorumpat. Si vero caput immune sit, tunc resolvitur residui tantum corporis pars dextra vel sinistra, ita tamen, ut plerumque brachium gravius afficiatur, quam artus inferior. Sicuti in aliis paralyseos formis, ita et in hemiplegia, tactus nunc deletur, nunc per-

54) Inter decem hemiplegias vix duae lateris dextri mihi obvenire solent. Convenit cum isto et CALDANI calculus, asserentis, hemiplegias lateris sinistri ad eas lateris dextri se habere ut 11. ad 3. (Animadvers. in CALDANI experimenta et obs. ad illam cerebri partem attinentes, in qua fibrae medullosae ejusdem praecipue decussantur). In nosocomio Parisiensi St. Ludovici inter 63. hemiplegias, 36. latus sinistrum, 27. latus dextrum occupabant (BOURDON *Essai sur l'infl. de la pesanteur sur quelques phénomènes de la vie.* v. *Journ. général de méd. T. LXVIII. de la seconde série. N.* 273. *Août* 1819. p. 155.). Ex diss. inaug. Dr. CABARD (Paris. 1815.) elucet inter 45. paralyses, 24. hemiplegias lateris sinistri obvenisse.

55) Miror, Cl. YELOLY sensus in hemiplegia parum affici contendere. v. *Med. chir. Abh. d. med. chir. Gesellsch. in Lond. A. d. E. v.* OSANN. *Berl.* 1811.

perstat, nunc acutior evadit, nunc pruritu molestatur. Quandoque brachium aut crus nequaquam in toto ambitu aequo pacto paralyticum est, quod dum accidit, pars affecta sub movendi conatu pro re nata plus minus introrsum, extrorsum, antrorsum, postrorsum flectitur. Aegrotus, ut nisum partem resolutam movendi faciat, excitatus, plerumque ad id efficiendum, latus sanum movet. Fertur, quod per visum aeger adjumentum obtinuerat [56]). Hinc inde latus hemiplegicum motibus involuntariis, convulsivis, rigiditate *), tentatur. Alias convulsiones latus hemiplegico oppositum agitant. Sphincteres vesicae urinariae et ani nunc mali participes fiunt, nunc immunes manent. Crines et ungues lateris resoluti lentius, aut nequaquam [57]) crescunt. Pulsus ibi plerumque, at certe non semper, debilior; quandoque irregularis. Porro latus hemiplegicum saepe ephidrosi, decubitui, atrophiae et oedemati obnoxium.

5. *Paralysis* seu *hemiplegia transversa* resolutionem brachii unius et pedis alterius lateris exhi- Paralysis transversa.

56) Haldat in *bulletin de la faculté de méd. de Paris.* 1809. p. 146.

*) Aegrum hemiplegia laborantem coram oculis habeo, cujus crus paralyticum ita *riget*, ut ligneum videatur. Pedis digiti sursum tracti et erecti cernuntur. Manus paralytica nec vi adhibita explicari posset.

57) Act. Nat. Cur. Vol. IV. obs. 111.

exhibet. Rara haec paralyseos forma doloribus veluti arthriticis stipata, a CONRADO FABRICIO descripta [58]), post dysenterias malignas epidemicas, adstringentibus et opiatis praemature suppressas, observata est. Vidimus illam ut apoplexiae effectum [59]).

Paralysis faciei.

6. Paralysis musculorum faciei, cujus exempla FRIEDERICH [60]), VERSCHUIR [61]), POWELL [62]), SCHOENEMANN [63]), LABONNARDIERE [64]) collegerunt, nosque plurima vidimus [65]), plerumque unum

58) Diss. de paralysi brachii unius et pedis alterius lateris, dysentericis familiari. Helmst. 1750. v. HALLE*Samml. ac. Streitschr.* CRELL's *Auszüg.* 1. *B. Helmst.* 1779. p. 117.

59) Die 25. Aprilis an. 1817. pto viro 30. annorum herculeae constitutionis in consilium deductus fui, qui stirpe plicosa descendens, haemorrhoidibus et spasmi vexatus, ante tres hebdomades, sine ulla nota causs in apoplexiam inciderat, relicta paralysi seu hemiplegia transversa. Paralysi enim laborabant brachium sinistrum et crus dextrum. Et lingua tota resoluta erat aegroto balbutiente.

60) De paralysi musc. faciei rheumat. Würceb. 1797.

61) Diss. de paralysi musculor. faciei sic dicta rheumat. Gröning. 1804.

62) In *medical transactions publ. by the Coll. of Physic. in London* 1815. *Vol.* 5.

63) In HUFELAND *Journ.* 21. *B.* 2. *St.* p. 149.

64) *Journ. général de médecine. T.* 27. p. 22.

65) Morbus iste in regionibus septentrionalibus tam communis est, ut spatio quindecim annorum viginti duo mihi obvenerint exempla.

ınum latus (hemiplegia facialis), saepissime dexrum occupat. Morbus extemplo oriri solet[66]) quandoque illum veluti rheumatismus acutus faciei eu potius neuralgia facialis rheumatica[67]) praecelit[68]). Facies in latus sanum trahitur; ac saepe isum sardonicum exprimit. Praeterea impotenes sunt alii vel frontem et supercilia corrugani[69]), vel palpebras rite claudendi[70]), aut apeiendi[71]), vel labium superius et alam nasi atollendi[72]), vel naricem dilatandi[73]), vel angu-

66) Septem aegrorum meorum optima sanitate fruebantur, cum matutinis horis lectum deserentes, ex fenestris, vel parte illarum (vulgo *Was ist das*) prospectabant, retracto vero mox, ob auram frigidam faciem allidentem, capite, faciei paralysin adstantibus in cubiculo jam patefaciebant. Juvenis dolore dentium lateris sinistri detentus, partem affectam per totam diem strophiolo coopertam tenuit. Vespere theatrum adivit, epoto ibi *Punsch*, excalefactus foras petiit, ac tantum per horae momentulum partem denudavit, jam inde paralyticam redditam. Alter ex nuncio mortis uxoris in eundem incidit morbum. Ita vetula ex moerore et ira.

67) Cap. VI. §. XXX. N. 8.

68) Memorabilis casus habetur mulieris, in qua dolor diversa capitis loca successive occupabat et mutationem loci dolentis sequebatur paralysis diversarum partium corporis (*Acad. des sc. l'an.* 1742. p. 52.).

69) Ex paralysi musc. frontalis et corrugatoris supercilii.

70) Ex paralysi musc. orbicularis palpebrarum.

71) Ex paralysi musc. levatoris palpebrae superioris.

72) Ex paralysi musc. levatoris labii superioris et alae nasi,

lum oris elevandi [74]), vel os claudendi et efflu xum salivae aut regressum ciborum impediendi [76]), vel buccas aëre, aut aqua implendi [77]). Facie lunae phases sequi est visa [78]). Generatir omnes, qui paralysi faciei laborant, de anaesthesi praecipue ad labium superius conqueruntur. Ra ro masticatio impedita. Nec lingua, nisi qui apoplectici lateat, laedi solet. Contra autem ve risimile est, musculos maxillam inferiorem addu centes [79]) in senibus paresi laborare; saltem con tinuus maxillae motus masticatorius, cui indulgen solent, aliter vix explicari potest, quam per re petitos nisus labentem per proprium pondus ma xillam attollendi [80]).

7. *M*

73) Ex paralysi musc. compressoris nasi.

74) Ex paralysi musc. levatoris anguli oris et musc. zyg maticorum.

76) Ex par. musculi orbicularis seu sphincteris oris.

77) Ex par. musc. buccinatoris.

78) *Traité médico-philos. sur le rire*, p. Denis-Pr dent-Roy. *Paris.* 1814. (Kerkringius feminam v dit solo plenilunio physiognomiam admodum regul rem et compositam exhibentem. Mutabatur vero vu tus decrescente luna; tunc enim oculi, nasus, os, a unum convertebantur latus, ac ita quidem, ut aegr vigente hac rerum conditione, conspectum hominu fugeret).

79) M. temporalis, masseter, pterygoideus internus.

80) Brückmann *Untersuch. d. Ursachen, woher d. b ständige Beweg. der untern Kinnlade bey alten Leut rühre. Braunschw.* 1752.

7. *Musculorum colli, caput sustinentium* [80] *aralysis*, pulchre a Quelmalz [81] et Rust [82] escripta est. Hic caput antrorsum veluti sub omno profundo super sedile capto, pendulum bservatur. Legitur puer post lapsum habuisse ianus et brachia et quosdam musculos capitis aralyticos, ita, ut caput nunc antrorsum, nunc trorsum dilaberetur, simul ac truncum corpo- s huc illucve inflecteret [83]. Alias aegroti, sani- te fruentes, solum capiti debitum situm aliter nciliare nequeunt, quam propriis vel alienis anibus, seu artificio quodam. Sunt inter eos, ii loquantur, alii non nisi ejulatus edere queunt. ensus in musculis affectis perstare solet.

Paralysis colli.

8. De *paralysi musculorum thoracis et abdo- inis* [84] mentionem jam injecimus [85] et alibi lhuc [86] injiciemus.

Paralysis musculorum thoracis et abdominis.

9. *Paralysis extremitatum superiorum*, prout usculi huc spectantes vel omnes vel partim re- luti sunt, varia exhibet phaenomena. Nequit enim

Paralysis extremitatum superiorum.

80) Musc. biventer cervicis et complexus, m. splenius capitis, m. trachelomastoideus.

81) Progr. de musc. capitis extensorum paralysi. Lips. 1754. v. Haller *Samml. acad. Streitschr.* Crell's *Auszüg.* 1. *B. Helmst.* 1779. p. 134.

82) l. c. p. 78. sq.

83) *Acad. des sciences l'an.* 1741. hist. p. 104.

84) Copeland l. c. p. 12. 13.

85) Cap. I. §. II. 4. 5.

86) P. III. Vol. II.

enim saepe *humerus* modo extendi et ad thoracem adduci [87]), modo retrorsum trahi [88]), modo elevari [89]), moto intus [90]) aut extus [91]) converti; — interdum nequit *antibrachium* flecti [92]), extendi [93]), supinari [94]), pronari [95]). Eadem impotentia respectu motus *carpi* locum invenit [96]). *Digiti* nequeunt nunc extendi [97]), nunc flecti [98]), nunc ad latus moveri [99]). Sic et *pollex* [100]), *digitus*

87) Ex paralysi m. pectoralis majoris.

88) Ex paralysi m. latissimi dorsi.

89) Ex par. m. deltoidei et coracobrachialis.

90) Ex par. m. subscapularis.

91) Ex par. musc. supraspinati, infraspinati, et teretis minoris.

92) Ex par. musc. bicipitis brachii seu coraco-radialis et brachialis interni.

93) Ex par. musc. tricipitis s. m. anconaei magni et anconaei parvi.

94) Ex par. m. supinatoris longi et brevis.

95) Ex par. m. pronatoris rotundi et quadrati.

96) Ex par. musc. flexorum carpi, radialis et ulnaris, — extensorum carpi radialis longi et brevis, nec non ulnaris.

97) Ex par. m. extensoris quatuor digitorum communis.

98) Ex par. m. flexoris quatuor digitorum sublimis et profundi, nec non lumbricalium.

99) Ex par musc. interosseorum internorum et externorum.

100) Ex par. m. extensoris pollicis longi et brevis, — ex par. m. flexoris pollicis longi et brevis, — ex par. m. abductoris longi et brevis, ex par. m. adductoris et opponentis pollicis.

itus *index* [1]), et *auricularis* [2]). Quandoque *li-amenta* cum musculis resolutis commercium rope alentia *relaxantur*, unde *luxationibus spon-aneis* ansa porrigitur [3]).

10. *Paralysis extremitatum inferiorum* nisi erfecta sit, impedimenta motus partiatim prodit. ic desideratur aliquando potestas *femur* elevan-i [4]), aut femur elevatum retrorsum extendendi [5]), xtrorsum vertendi [6]), aut femora invicem addu-endi [7]), divergendi [8]), aut femur unum alteri mponendi [9]), aut *crus* extendendi [10]), flecten-i [11]), aut *pedem* flectendi [12]), extendendi [13]), in-us [14]), extus [15]) vertendi, aut *digitos pedum* flecten-

Paralysis extremitatum inferiorum.

1) Ex par. m. extensoris indicis proprii; ex par. m. abductoris indicis.
2) Ex par. m. flexoris brevis, abductoris, adductoris.
3) Cap. II. §. VIII.
4) Ex par. m. psoae et iliaci interni.
5) Ex par. m. glutaeorum.
6) Ex par. m. glutaeorum, pyriformis, gemellorum, obturatorii interni et externi, quadrati femoris.
7) Ex par. m. bicipitis femoris, pectinaei.
8) Ex par. musc. glutaeorum, praesertim maximi et medii.
9) Ex par. m. gracilis et sartorii.
10) Ex par. musc. recti femoris, vasti externi et interni, cruralis.
11) Ex par. musc. bicipitis femoris, semi-tendinosi, semimembranosi, poplitaei.
12) Ex par. tibialis antici, peronaei secundi et tertii.
13) Ex par. gastrocnemiorum, solei, plantaris.
14) Ex par. m. tibialis postici.

flectendi [16]), extendendi [17]), a se invicem removendi et appropinquandi [18]), aut *hallucem* extendendi [19]), flectendi [20]), a reliquis digitis abducendi [21]), adducendi [22]). Ex *ligamentis relaxatis* eadem ut supra mala.

Symptomata Beriberii.

11. Aegri *Beriberi* laborantes, (de quo morbo Jac. Bontius [23]), Mangeti [24]), Tulpius [25]), Sauvagesius [26]) et Thomas [27]) legi merentur), genubus retractis elevando crura tanquam oves progrediuntur. Praeter debilitatem universalem sensus et motus extremitatum est imminutus, cum vocis exilitate, raucedine; immo accedit non raro pectoris musculorum crampus, qui anhelitum et vocem intercludit.

Autopsia cadaverum.

12. *Paralyticorum cadavera* obtulerunt in *ence-*

15) Ex par. m. peronaei longi.
16) Ex par. m. flexoris quatuor digitorum longi et brevis, lumbricalis.
17) Ex par. m. extensoris digitorum longi, brevis.
18) Ex par. musc. interosseorum internorum et externorum.
19) Ex par. m. extensoris hallucis longi, brevis.
20) Ex par m. flexoris hallucis longi et brevis.
21) Ex par. m. abductoris hallucis.
22) Ex par. m. adductoris hallucis.
23) Medic. Indiae oriental. Lib. II. Cap. 1.
24) Biblioth. pract. (asseritur, hunc morbum jam *Erisistrato* fuisse notum).
25) Obs. Lib. IV. Cap. 5.
26) Nosolog. method. Classis IV. Gen. 22.
27) *The modern practice of phys. New-York.* 1817.

encephalo, atque hîc, si pauca excipias exempla [28]), in *latere resolutioni opposito* [29]): cariem cranii [30]), festucas cerebrum comprimentes [31]), indurationem portionis cerebri [32]), serum in ventriculis [33]), corpus striatum degeneratum [34]), omnino a cerebro separatum [35]), pus in sacco inclusum [36]), steatoma pugni magnitudinis inter cerebrum et cerebellum [37]), tumorem ad pontem Varolii [38]), in *columna vertebrali*, atque hìc concessis paucis exceptionibus [39]), in *latere paralysi respon-*

28) Schlichting traumatologia. Bianchi *Storia medica d'un apostema nel lobo destro del cerebello che produsse la paralisia della parte destra in una giovinetta. Rimini* 1772. Reil mem. clin. Fasc. IV. N. 4.

29) Du Pui diss. de homine dextro et sinistro. Caldani in *Saggi scientif. e letterar. dell' acad. di Padova. T.* 1. 1786. Monteggia Fasc. pathol. Bichat *anatomie générale. T. I.* p. 121. Mehlis commentat. de morb. hom. dextri et sinistri. Goett. 1818.

30) Eph. N. C. Cent. IX. obs. 14. Rhodius Cent. I. obs. 34.

31) Heister *Wahrnehmungen.* 2. *B.*

32) Aesculap *v.* Weber *u.* Ruland. 1. *B.* p. 283.

33) Pezold obs. med. chir. N. 60. (saepius vidi).

34) Wenzel op. c. (in capite praecedente).

35) Morgagni de sedibus et caus. morb. epist. XI. 2.

36) Prochaska Annotationes academicae. Prag. 1784. Fasc. 2. Sect. 2. Cap. 2.

37) Drelincourt in Boneti sepulchr. anat. Lib. I. Sect. I. p. 123.

38) Yelloly in *medico-chir. transact. Vol. I. N.* 16.

39) Sic ex Soemmerringii verbis concludimus: „laeso

respondente [40]): gibbositates varias infra accuratius describendas, tumores sese inter processus spinosos ad ipsum specum insinuantes [41]), spinam bifidam [42]), vertebrarum mollitiem [43]), cariem [44]), destructionem [45]), luxationem [46]), fracturam

vero spinae medullae latere, *plerumque idem corporis latus* afficitur." (De corp. hum. fabrica. T. 4. §. 85. p. 87.).

40) SALICETO chirurg. libri V. p 330. RIOLANO p. 349. MORGAGNI epist. anatom. XIII. Art. 20. 21. DUPUI l. c. Sect. 2. Cap. 1. §. 5. ANDERSON *medical Journ. Vol. II.* HALLER Physiol. T. IV. p. 134. aiens: „in medulla spinali . . . . . id latus corporis resolvitur, in quo ea medulla vulnus passa est, aut pressionem." RACCHETTI l. c. p. 270.

41) COPELAND op. c. p. 7.

42) Cap. IV. §. XVII. N. 3.

43) FRANK orat. acad. de vertebr. columnae in morbis dignitate. LUDWIG de distorta spina dorsi v. adversar. med. pract. Vol. 2. RACCHETTI l. c. p. 292. BOSTOCK in *medico-chir. Trans. published by the med. and chir. Soc. of Lond. Vol.* 4. 1813. (Ex analysi chemica vertebrarum dorsalium emollitarum apparet; ossa hoc in morbo dimidium minus materiae terreae possidere).

44) COWPER *Anatomy of human body.* v. HALLER Bibl. chir. Vol. 1. p. 519. (Innumerabilia exempla paralyseos ex carie vertebrarum mea suppeditat praxis).

45) LUDW. FRANK *Storia d'una paralisia.* v. *Nuovo Giorn. medico-chir. di Milano. T.* 4. KILIAN apud COPELAND l. c. p. 63.

46) CELSUS L. VIII. C. 4. COLLOMB *med. chir. Werke.* obs. 49. Cfr. C. 1. §. 1.

sturam 47), cartilaginum intervertebralium ossificationem 48), intumescentiam corporum vertebralium 49), depositionem materiei osseae ad illa 50), serum 51), ichorem 52), sanguinem in specu extravasatum *), taeniam hydatigenam ibi nidulantem 53), ulcus intra canalem 54), meninges spinales incrassatas 55), vasculosas 56), medullam spinalem induratam 57), consumtam 58), quasi divisam 59), exsiccatam 60), illius fungum 61), excre-

scen-

47) Act. Nat. Cur. Vol. II. obs. 51.

48) Copeland l. c.

49) Pott op. c. (in cap. nostro I. §. I. (32.)).

50) Rarius id contingere asserit Copeland l. c. p. 5, idem asseruit Götz de morb. ligamentorum. Berol. 1799.

51) Copeland l. c. p. 7.

52) Home *clinische Versuche*. p. 267.

*) Du Verney v. Duhamel Reg. Scient. Acad. hist. An. 1683. Sect. 5. C. 2. p. 264. Rahn *Museum d. Heilk.* 4. *B.* p. 397. Copeland p. 5. (Multae propriae observationes idem docent).

53) Chaussier in *Journ. de méd. continué. Vol.* 14. p. 231.

54) Cowper l. c.

55) Copeland l. c. p. 4. (**) p. 55.

56) Idem l. c. p. 26.

57) Maty in *medical obs. and inquiries.* 3. *Vol.* p. 25.

58) Copeland l. c. p. 26.

59) Ploucquet hist. morbi singularis paralytici. Tubing, 1806.

60) Salzmann Act. Nat. Cur. T. II. obs. 102.

scentias [62]), degenerationem [63]), incrassationem vaginae nervi duri [64]), — aortam vinctam [65]), musculos membrorum paralyticorum incompletos [66]), albidi coloris [67]), in substantiam informem similem illi, quae in steatomatibus deprehendi solet, degeneratos [68]).

§. LXI.

C a u s s a e.

C. praedisponentes.

1. *Disponunt* ad paralysin: vitium haereditarium [69]), aetas infantilis et senilis, sexus masculinus, temperamentum sanguineum et cholericum, quies musculorum nimis protracta [70]), obesitas

61) Philips in *the new Lond. med. Journ.* 1792. *Vol. I. Par.* 2. Cfr. Richter *chir. Bibl.* 15. *B.* p. 77.

62) Act. Nat. Cur. Vol. II. obs. 102.

63) Harless *u.* Ritter *Journ. d. ausländ. med. chir. Liter.* 8. *B.* 1. *St.* p. 59.

64) Friederich l. c.

65) Vieussens neurographia universa.

66) Salzmann diss. de plurium pedis musculorum defectu. 1734.

67) Morgagni op. c. Epist. LXIX. 2.

68) Salzmann l. c. *Journ. des sçavans.* 1735.

69) Lentin *Beyträge.* p. 103. et propriae observationes.

70) „Videmus hoc evidenter in mulieribus, quae pessimo more loricis, ex balaenarum ossibus factis, corpus stringunt, diu saepe noctuque: in illis totus truncus corporis sustinetur hac lorica, hinc musculi dorsi validissimi, qui truncum corporis erectum firmant, otiantur. Unde miserae mulieres, quae a prima juventute

sitas [71]), opificia varia, systematis nervosi labefactatio, constitutio scrophulosa [72]), rhachitica, plicosa et tandem rerum positiones encephalitidi, apoplexiae, rhachialgitidi, hydrorhachitidi et neuralgiis faventes.

2. *Excitant* paralysin violentiae externae [73]), ut lapsus, praesertim super caput [74]) et columnam vertebralem [75]), harum partium concussiones [76]), nisus [77]); vulnus orbitae [78]), perinaei contusio [79]), ner- C. excitantes.

his loricis usae fuerunt, illas postea deponere nequeunt, quin antrorsum collabatur totus truncus corporis." SWIETEN l. c. §. 1060.

71) „In nimis obesis saepe languent musculi compressi ab abundante pinguedine, non tantum incumbente musculis, sed et interposita ubique inter musculorum fibras." SWIETEN l. c. §. 1059.

72) Hanc veram POTTII observationem illustris PALETTA vix admittit l. c.

73) PLATER obs. L. I. p. 132. FORESTUS L. X. obs. 95. et quotidiana experientia.

74) GAHRLIEP Diss. viri ex lapsu lente deficientis casus. Lugd. Bat. 1662. HALLER Coll. diss. pract. Vol. VIII. N. 247.

75) POTT, PALETTA, COPELAND, RUST, et plurimae propriae observationes, inprimis in Italia ob foliorum mororum collectionem.

76) Quandoque sine omni in sensus cadente laesione. NYSTEN in *Journ. de méd. continué. Vol. XIV.* p. 267.

77) NEBEL à laboribus durioribus gibber et mors. v. Acta Acad. Nat. Cur. Vol. 5. p. 387.

78) *Journal de médecine. T.* 37. p. 268.

79) KOCH *vom Gesundbrunnen in Lauchstädt.* p. 35.

nervorum laesiones [80]) e. c. a venaesectione in brachio [81]), a pressione [82]), a morsu canis [83]), a scari-

80) Levesque - Lasource in *Journal de méd. continué.* 1810. *Juin.* p. 424.

81) Eph. Nat. Cur. Dec. III. An. 9. et 10. obs. 247.

82) Craftman 1758. Dec. v. *Hamb. Mag.* 22. *B.* 2. *St. N.* 3. Virum sub ebrietate totam noctem capite brachio et manu dextra suffulto profundo somno transigentem, cum paralysi hujus extremitatis evigilatum conspexi.

83) Puer quatuordecim annorum mense Martio 1819. a cane non rabido ad partem inferiorem antibrachii dextri mordetur. Tria inde oriuntur vulnera cruorem largientia. Deligantur linteis. Ad sanitatem hisce ulceribus jam jam fere deductis, puer in partem affectam ex alto cadit. Aperiuntur denuo ulcera, nunc pus fundentia, accedit dolor ex articulo cubiti sese ad digitos extendens; qui dolor, clausis post duos menses ulceribus, in torporem desinit, accedente paullo post impotentia brachium elevandi, supinandi et pronandi. Suscepto aegro mense Octobri ad Clinicum, cicatrices ulcerum ad faciem posteriorem et inferiorem ulnae, brachii quodammodo extenuati, conspeximus. Cutis a cubito usque ad digitos erat frigida, livida, veluti macerata, ac sensu ita orbata, ut neque acus puncturam aeger perciperet. Musculi subjacentes flaccidi. Caeterum antibrachii motus non omnino denegatus fuit. Vera enim paralysis solum digitum auricularem et annularem prehenderat. Declarato morbo pro paresi antibrachii, ex laesione nervi ulnaris, ope balneorum sulphuricorum, ope telae ceratae, qua brachium continuo obtegebatur, ope frictionum varii generis, et praecipue ope *fonticuli* per lapidem causti-

scarificatione inter scapulas [84]), a steatomate [85]), tumore glandularum [86]), a vesica distenta [87]), a graviditate [88]), a partu [89]), plethora [90]), — suppressio haemorrhoidum [91]), menstruorum [92]), lactis

cum ad locum prius vulneratum facti, relicto solo quodam in parte affecta torpore, sanatus est.

84) Fabricius Hildanus. Cent. V. obs. 71.

85) Salmuth Cent. II. obs. 76.

86) „Vidi sic tumentes et scirrhosas glandulas subaxillares paralysin brachii fecisse.“ Swieten l. c. §. 1059.

87) Wichmann *Ideen z. Diagnostik.* 3. *Th.* p. 18. (paralysis extremitatum inferiorum).

88) Percival *Essays. Vol. II.* p. 220. v. *Abh. f. pr. Aerzte.* 2. *B.* 2. *St.* p. 90.

89) Zacutus Lusitanus Prax. admirab. L. I. obs. 35.

90) Nov. Act. Nat. Cur. Vol. V. obs. 7. Swieten comment. §. 1060. Autenrieth *Physiologie.* §. 589.

91) Fabricius Hildanus Cent. II. obs. 11. Hoffmann de nervorum resolutionibus obs. 7. opp. Vol. III. p. 205. Quanta haemorrhoidum in paralysi excitanda potestas sit, jam Hippocrates cognoverat, aiens: „Ex haemorrhoide parum apparente vertigines obortae parvam siderationem brevi futuram significant.“ (Coacar. Praenot. N. 346. Charter T. VIII. p. 871.). „Tunc enim ait Swieten (l. c. §. 1060. p. 355.) natura evacuationem superflui molitur quidem, sed non perficit, et sanguis, per inferiora haec vasa exire non potens, superiora vasa urget et distendit.“ Sic vir, de quo alibi locutus sum (P. II. Vol. I. Sect. I. C. V. §. XXV. N. 1. p. 313. (*)) an. 1818. vernali tempore in diarrhoeam haemorrhoidalem cruentam incidit. Quamvis eam sollicitaverim, attamen citius

ctis [93]), dysenterici fluxus [94]); calor nimius [95]), frigus [96]), inprimis refrigerium aestuante corpore susceptum [97]), humiditas [98]), catarrhus [99]), exanthema-

quam voluissem, cessavit, subsequente apoplexiae insultu, cum linguae paralysi. Sanatus fuit aeger. An. 1819. eodem anni tempore, en de novo diarrhoea haemorrhoidalis cruenta. Memor eam praeterito anno apoplexiae insultum annuntiasse, illico venam pedis tundi jussi. Hac vice nulla secuta est apoplexia.

92) Ex menstruis circa cessationis periodum copiose fluentibus et incaute cohibitis, nonnulla exempla paralyseos conspexi.

93) Puzos *traité du dépot laiteux, ou lait repandu.* v. *Abh. f. pr. Aerzte.* 1. *B.* 1. *St.* p. 7.

94) §. LX. N. 5. (58.).

95) Hippocrates monuit paraplecticos fieri homines, si caput repente solis ardoribus expositum, aut frigore correptum fuerit (de aëre, locis et aquis text. 14. Charter. T. VI. p. 191.).

96) Hippocrates de liquidorum usu Cap. II. Charter T. VI. p. 444.) „cerebrum, quaeque ex eo oriuntur, frigido quidem offenduntur, calido vero delectantur.“ Sic observavit Galenus, ani et vesicae sphincteres resolutos fuisse, dum lapidi frigido diu insederant homines vel inter piscandum has partes diu alluerant: idem malum et nonnullis in aqua frigidà natantibus contigisse monet. (De locis affect. L. I. C. 6.). De paralysi ex lapsu in mare frigidum narrat Martini *Ein Dutzend Beobacht. N.* 6.

97) Cfr. scriptores de morbis climatum calidorum in P. I. Vol. I. §. IX. N. 4. citati. Et in climatibus frigitis permultae paralyses ex suscepto refrigerio cor-

themata praepostere fugata [100]) ut scarlatina [1]), morbilli [2]), variolae [3]), achores [4]), plica inprimis resecta [5]), metastasis lactea [6]), febres intermittentes suppressae [7]), errores diaetae [8]), vermes [9]), flatus [10]), vitia hepatis aliorumque visce-

rum

pore, culpa balneorum vaporis, liquorum fermentatorum, animi pathematum aestuante, ortas, vidi.

98) Hippocrates notavit, post tempestatem austrinam et pluviosam paraplegias endemico more grassatas fuisse (Epid. I. Charter. T. IX. p. 63.).

99) Paralysis brachii ex suppresso catarrho narratur apud Burggrav *medicin. Fälle.* p. 72.

100) Kortum in Hufeland *Journ.* 20. *B.* 3. *St.* p. 52.

1) Delius Diss. de paralysi utriusque brachii post scarlatinam orta. Erl. 1753. (Plurima exempla propria exhibet praxis).

2) Lucas in *Lond. medical Journ.* 1790. 4. *Vol.* *N.* 1. Cfr. P. I. Vol. II. C. XII. §. LVIII. 3.

3) Eph. Nat. Cur. Dec. I. An. 4. et 5. obs. 9. Dec. III. an. 4. obs. 1. Cfr. op. c. C. XIV. §. LXVIII. 3.

4) De Haen ratio medendi. Vol. I. p. 185.

5) De la Fontaine *med. chir. Abh.* p. 55. op. c. C. XXXVI. §. CXLIV. 2. p. 519. Sed et quin plica resecetur, plicosi, potissimum ex animi pathematibus et transpiratione suppressa, facile in paralysin incidunt.

6) Garn *Krankengeschichten.* *N.* 6.

7) Percival l. c.

8) Cael. Aurelianus p. 342. Percival *Essays.* 2. *Vol.* p. 220. *Philos. trans.* *N.* 277. Cfr. Trampel *Beob.* 2. *B.* p. 139. et Marcard *Beschr. v. Pyrmont.* 2. *B.* p. 169.

9) Salmuth Cent. I. obs. 44. Paullini Cent. IV. Frank Prax. II. I. 2.

rum abdominalium [11]), hypercatharsis [12]), podagra retropulsa [13]), syphilis [14]), metalla [15]), ut mercurius [16]), arsenicum [17]), maxime vero plumbum [18]), alia venena [19]), animalium illis non exce-

obs. 17. Eph. Nat. Cur. Dec. II. An. 5. App. 15. *Journ. de méd. T.* 30. p. 44. *T.* 80. p. 344. Mönnich in Hufeland's *Journ.* 1817. *Sept.* p. 114. (Brachii paralysin horarum nonnullarum a vermibus ipse observavi).

10) Helwig obs. 84. (Transitoriam a flatibus paralysin brachii sinistri conspexi).

11) Percival l. c.

12) Helwig obs. 83.

13) De Meza in Act. Soc. Med. Havn. Vol. I. Mense Julio 1819. vir nobilis 70. et ultra annorum, evolutionem insultus podagrae ad pedem sinistrum adhibitis frictionibus spirituosis impedivit. Brevi post iter instituens, susceptoque aestuante corpore refrigerio sub ipso opere pulverem ex pyxide manu sinistra sumendi in hemiplegiam ejusdem lateris incidit.

14) Wepfer obs. p. 689. Lange in Schmuckers *vermischte Schrift.* 2. *B.* p. 232. Hourtet in *mémoires de l'acad. de chir. T.* 4. p. 141. *Samml. med. Wahrnehm.* 1. *B.* p. 84.

15) Tuchlan diss. de paralysi metallariorum. Ultr. 1693.

16) Thomann Annalen ad 1800. p. 68.

17) Forestus L. VIII. obs. 5. Brandis *üb. d. Wirkung d. Eisenmittel.* p. 155. 170.

18) Borellus Cent. IV. obs. 32. Fabr. Hildanus Cent. V. obs. 71. Stóll rat. med. P. II. p. 416. Percival *Essays.* v. *Abh. f. pr. Aerzte.* 2. *B.* 2. *St.* p. 70. Bauer in *Arzneyk. Abhandl. v. London.* 3. *B.* p. 309. Cfr. auctores de colica pictonum.

exceptis [20]), animi pathemata [21]), potissime terror [22]), ira [23]) et moeror [24]), dolor [25]), fulmen [26]), fumus carbonum [27]).

3. *Caussa proxima paralyseos* a Boerhaavio in impedito fluore liquidi nervosi a cerebro in musculum paralyticum, vel liquidi arteriosi in eundem, quaerebatur [28]). Rebus certis stando, id solum compertum habemus, paralysin oriri a caussis aut cerebrum aut medullam spina- C. proxima.

Ff 2 lem

19) e. c. infusum baccarum laurocerasi in vino (Commerc. Liter. Norimb. 1733. p. 390.).

20) e. c. morsus viperae (Fontana *üb. d. Viperngift*), camelorum aestuantium (Larrey *de l'expédition d'Egypte.* p. 413.).

21) Auctores P. II. Vol. I. Sect. I. C. 1. §. III. 9. citati.

22) De Haen Rat. med. P. I. p. 105. Hoffmann de nervorum resolutionibus obs. 5. opp. Vol. III. p. 204. Eph. Nat. Cur. Dec. I. An. 4. et 5. obs. 9. Bellum Lithuaniae An. 1812. plurimas paralyses ex terrore reliquit.

23) Wolff obs. med. chir. L. II. N. 5. Cfr. P. II. Vol. I. C. XX. §. LXXXVII. 2. (54.).

24) Schenk obs. Lib. I. N. 176. Vicat delect. obs. pract. N. 34. Bartholinus Act. Havn. Vol. III. obs. 39.

25) Swieten l. c. §. 1060.

26) Theden *neue Bemerk.* 3. *B.* p. 177. Gastellier in *mém. de la Soc. méd. d'émulat. An.* 5. p. 462. Vidi nuper Viennae Polonum, hemiplegia lateris dextri laborantem ex ictu fulminis, quo percussus fuit.

27) Stoll Rat. med. P. VII. p. 92.

28) Swieten l. c. §. 1058.

lem aut pulpam nervorum singulorum vehementer comprimentibus, solventibus, lacessentibus, destruentibus, aut principium vitae, quo partes hae instrui deberent, quocunque demum pacto vel non largientibus, vel exhaurientibus.

§. LXII.

Diagnosis.

Generatim.

1. Pulchre hinc dicit WEDELIUS [29]): „Inter istos morbos, qui vivae mortis imaginem sistunt, praecipue est paralysis, facile dignoscenda, et sensibus obvia. Cum enim vita consistat in sensu, consistat in motu, quid est mors viva, etiam hic, si haec non est."

Paralysis origo.

2. Paralysis *originem* trahit, ex *encephalo*, ex *spina*, ex *nervis*, et ex plurimis locis simul: — natura illius est *traumatica*, *inflammatoria*, *rheumatica*, *metastatica*, *gastrica*, *arthritica*, *scorbutica*, *nervea* et *venerea*.

P. encephalica.

3. *Paralysis originis encephalicae* a morbis cerebri, dolore videlicet capitis [30]), encephalitide [31]), hydrocephalo [32]), apoplexia [33]), vertigine [34]) etc. annuntiatur, vel iis stipatur. Offenduntur inde maxime sensus, facultates animi, degluti-

29) Diss. cit. GÖLLERI.
30) P. II. Vol. I. Sect. I. C. II. §. XI. 2. p. 192.
31) Cap. III. §. XVII. 4. p. 242.
32) Cap. IV. §. XXI. 7. p. 274. §. XXII. 4. p. 290.
33) Cap. V. §. XXVIII. 3. p. 347. 6. p. 351.
34) Cap. XVI. §. LXXI. 1.

glutitio, respiratio, circulus sanguinis (utplurimum lentior redditus), musculi faciei, linguae ac illi lateris dimidii corporis, affectioni encephali plerumque [35]) oppositi, quod mirabile phaenomenon doctis animadversionibus [36]) de *chiasmo nervorum*, aut potius de *chiasmo substantiae cerebri* |*ad corpora striata* [37]), *pyramidalia* [38]), et de illo *cerebelli ad medullam oblongatam* [39]), nec non

35) Hippocrates docens (de morb. vulgar. L. XII. Foes. Sect. 7. p. 1218. N. 38.) latus paralyticum illi affectionis cerebri oppositum esse, tamen rem non semper ita se habere monet. (De capitis vulneribus. Cap. XXVI. T. 2. p. 705. Edit. Lind.).

36) Fundamenta hujus doctrinae Aretaeus, Lancisius, Santorini jecerunt, ac Morgagni, Scarpa, Soemmerring, Gall aliique confirmarunt, ut docte Cl. Racchetti exposuit. op. c. p. 262. 274.

37) Caldani (l. c.) corpus striatum lateris hemiplegiae oppositi plerumque multum pati asserit. Jam Willisius motus et sensus principium in corporibus striatis quaesivit. (De anima brutorum. P. II. C. 9.).

38) In opere posthumo Santorini, a Girardi edito, legitur (p. 29.): „qua calami scriptorii apex est, ibi et foraminulum, quod si dirigente stylo diducatur, atque aperiatur, iidem tractus medullares aversi conspiciuntur, quos pyramidalia corpora efficere dicimus; hi paulo infra calami scriptorii apicem, sic ad decussim feruntur, ut id negare pervicaciae, aut non cernere caecitatis esse arbitrer."

39) „*La ragione poi per la quale, stante pur il picciol tratto, in cui si discerne questo incrociamento dei fasci midollari nel luogo anzidetto (delle piramidi); pure*

non *ad pontem Varolii* (nervorum encephali et ipsius medullae spinalis communi origine) ansam praebuit. Caussae paralyseos originis encephalicae tum ex autopsia cadaverum paralyticorum, tum ex consideratione morborum, qui paralysin antecedunt, vel eam comitantur, elucent. Violentiae cranio illatae, crassities meningum, plethora sinuum, liquores variae indolis in cavitates vel in substantiam cerebri et cerebelli extravasati, haec, inquam, omnia in eo conveniunt, quod partibus in encephalo contentis comprimendo vel irritando vim inferunt. Ad paralysin si[c] excitandam aliquando minorem quam ad apople[xiam] xiam gignendam vim requiri, ex eo, quod ill[a] hanc interdum annuntiat, apparet. Apparet itidem paralysin originis cerebralis potius *effectum aliorum morborum quam morbum per se* consti-tuere

le lesioni del cervello, anche in altre sue parti quin[di] discoste, presentano i fenomeni della paralisia nel lat[o] contrario, si è questa, che nella midolla allungata [e] nel ponte del Varolio concorrono certamente la sostanza del cervello e quella del cerveretto, le quali s[i] uniscono in questo centro commune, che dà commun[e] origine ed ai nervi del cervello, ed al gran cordon[e] della midolla spinale; il che dimostra benissimo, com[e] nel intreccio de' fasci nervosi entro la midolla allungata risieda la cagione organica de[l] frequente eccitarsi le convulsioni e la paralisia ne[l] lato opposto alla parte offesa nel cervello; bench[è] questa parte fosse pure discosta dal luogo delle piramidi." l. c. p. 267.

tuere. Habetur interea pro *primaria*, dum alterius morbi praesentia minus evidens est. *Paralysis originis encephalicae* saepissime a *congestionibus* et *plethora* gignitur, — *inflammatoria* dicenda. Socia illi signa sunt *encephalitidis* aut *apoplexiae*, atque instar hujus morbi derepente adoritur. Gravissime morbus urget, si rupturis vasorum et extravasatis cruentis stipatur. Praeter istam paralyseos cerebralis speciem altera datur plerumque lentius praeviis signis inflammationis chronicae meningum ingruens et a caussis *rheumaticis* 40), *arthriticis* et *metastasi* originem nanciscens, indeque nomen desumens. A secretione seri cerebrum comprimentis aliisque inflammationum reliquiis, e. c. a meningum incrassamentis, repetenda ea videtur. Nec tertiam paralyseos originis encephalicae speciem ex *inanitione* praeteribimus, effectum evacuationum nimiarum quandoque ipsarum venaesectionum, nec non inediae, narcoticorum, animi pathematum, *nervea* seu *spasmodica* 41) nuncupanda. Quarta species, *paralysis* scilicet *encephalica traumatica*, sponte intelligitur.

4. Quae ex *spina* proficiscitur *paralysis*, implicatissima omnium est. Praeter signa enim generalia, sensum scilicet constrictionis ad columnam verte- P. spinalis.

40) Cavallini *Storia d'una reumatica paralisia curata con l'unzione mercuriale. Venezia* 1769.

41) Cap. XIV. §. LXX. 3.

vertebralem [42]) et resolutionem musculorum abdominalium [43]), signa adhuc specialia observantur, prout pars cervicalis, dorsalis, lumbalis, sacralis spinae separatim, vel tota columna vertebralis simul laeditur; quod ex tradita doctrina [44]) et ex observationibus E. Home [45]) abunde elucet. Docent praeterea istae: quod sanguis coagulatus superficiem externam durae matris, quae medullam spinalem a quarta vertebra cervicali ad secundam dorsalem investit, comprimens, paralysin extremitatum tum superiorum tum inferiorum, laesa simul evacuatione urinae et faecum, producit; — quod sanguis in centro medullae spinalis, inter sextam et septimam vertebram colli extravasatus, paralysi extremitatum inferiorum, nequaquam vero superiorum, ansam praebet; quodque ex fractura septimae vertebrae colli, dilacerata medulla respondente, partes omnes sub loco affecto paralyticae redduntur, deglutitione valde dolorifica facta. Paralysin ex affectione spinae, plerumque in latere, caussae morbosae respondente, obvenire, jam monuimus [46]). Ratio in defectu *chiasmi* substantiae medullae spinalis quae-

42) Armstrong, Yelloly, Copeland l. c. p. 9.

43) Copeland l. c. p. 13.

44) Cap. I. §. II.

45) Op. c. (v. P. II. Vol. I. Sect. I. C. IV. §. XII. 7. (100.)) p. 270.

46) §. LX. 13.

quaeritur [47]). Porro cum medullae hujusmodi ambitus, comparate ad illum cerebri, parvus sit; violentiae illi illatae raro ad *unum* modo latus restringi solent, sed plerumque *totam* medullae circumferentiam occupant: ex quo vir Cl. [48]) explicare satagit, cur ex affectione spinae frequentius paraplegia, quam hemiplegia oriatur. Quae opinio per *paralysin ex cyphosi*, quatenus ut plurimum utrique cruri infensam, comprobatur. *Paralysis* ista, alias *cyphosis paralytica* dicta, graphice a POTT, PALETTA, RACCHETTI, COPELAND [49]) aliisque [50]) descripta est. Maxime illa infan-

47) RACCHETTI l. c. p. 274.

48) Idem l. c.

49) Op. c.

50) WEDEL paralysis pedetentim ingruens a gibbere v. Misc. Ac. Nat. C. Dec. I. An. 2. 1671. p. 333. CONR. HENR. A ROY comment. de scoliosi. Lugd. Bat. 1774. v. WEIZ *Neuen Auszug aus Diss. für Wundärzte.* 15. *B.* p. 108. COOPMANS diss. de cyphosi. ibid. 1775. LUDWIG advers. med. pract. T. I. p. 712. T. II. p. 327. CHESELDEN Osteographia. Tab. XLIV. SANDIFORT mus. anat. Tab. I. II. III. XXXVII. fig. 5. 6. Vol. I. Sect. 4. p. 127. N. I. p. 129. N. II. III. p. 167. N. CIV. Tab. XXXVI. p. 168. N. CV. Tab. XXXVIII. p. 181. N. CCIX. p. 182. N. CCX. Tab. L. usque ad LIII. p. 183. N. CCXI. Tab. LIV. LV. p. 184. N. CCXII. Tab. LVI. usque ad LVIII. p. 188. N. CCXIII. Tab. LIX. LX. LUDWIGII Lib. I. Tab. XII. fig. 2. p. 7. 25. §. XVIII. Tab. XIV. fig. 1. p. 9. N. 26. §. XXI. WALTER *Anat. mus.* 2. *B.* p. 59. N. 420. 430. VOIGTEL *Handb. d. path. Anatomie.* 1. *B.* p. 310.

infantiae et pubertatis epochae familiaris cern tur. Verum et adultis non parcet [51]). Annunti tur languore, inertiâ, frigore pedum, doloribu crurum, cute flaccida circumdatorum, verbo co sumtione. Aegrotuli pedibus instare recusant, si jam gressus fecerint, deambulandi potestate rursus amittunt. Quodsi aliorum ope suffulti a motum adigantur, crura aut antrorsum projiciun aut post se trahunt, aut cum iis semicirculu describunt. Sedentes crura decussatim Turcaru more collocant. Plurimi prominentiam stern respirationem laboriosam, thoracem emaciatun abdomen inflatum, exhibent, ac de dolore regi nis epigastricae conqueruntur. In nonnullis brachi

Dolbeare *case of curvature of the spine.* v. *Tran act. of the college of physic. of Philadelphia. Vol. P. I.* p. 45. Crell. Puellae gibbosae sectio et caus hujus mali in eadem detecta v. Act. Ac. Nat. Cu Vol. 9. p. 229. Portal *obs. anat. sur une bosse pa ticulière* v. *Mém. de Paris. A.* 1776. hist. p. 42. mém p. 242. Nebel l. c. Kok *obs. d'une paralysie de extrémités inférieures avec courbure de l'épine dorsal* v. *Act. de la Soc. de méd. des Bruxelles;* aegrotan tibus T. I, P. 2. p. 177. N. W. Appleton *accoun of the successfull treatment of a paralysis of the lowe limbs, occasioned by a curvature of the spine.* v *Med. papers communicated to the Massachusets med Soc. Nrb. I.* p. 56. B. Cevasco *Cifosi paralitica cu rata. Giorn. della Soc. med. chir. di Parma. Vol.* 4 p. 155.

51) Morgagni Ep. X. 13. 14.

rachiorum paralysis accedit. Crescente morbo xtremitates inferiores omnino resolvuntur, quin amen sentiendi facultatem plane amittant, et andem paralysis ipsam attingit vesicam urinaiam. Explorata in *provectiori morbo* [52]) columna ertebrali, pars illius a recto tramite deflectere c sub forma anguli prominere cernitur (*cyphois*). Substantia vertebrarum affectarum nequauam tumet, ut quondam docuerant, sed, teste Cl. PALETTA [53]), mollior erosa, consumta et in ultem, instar illius, quae in steatomatibus inveiri solet, conversa, non sine suppurationis [54]) t anchyloseos [55]) vestigiis, detegitur [56]). Mirum inc non est, columnam vertebralem, ita labefatatam, capitis ponderi et actioni costarum vix esistere posse, ac super et infra locum affectum, ntrorsum flecti debere. Sedes cyphoseos communissima, vertebrae dorsi et lumborum. Notari neretur, quod non solum partes *infra* cyphosin ocatae, sed aliquando et illae, quae *supra* positae sunt,

52) COPELAND jure monet, cyphosin solum provectiori morbo supervenire, immo, ipsam aliquando cariem jam vertebras detinere, quin extus adhuc aliquod in conspectum veniat signum. l. c. p. 9. 10.

53) l. c.

54) VOIGTEL l. c. p. 312. GHIRLANDI in *Giornale di medicina pratica di* BRERA. *Vol.* 4. 1813. *Settemb.* e *Ottob.*

55) VOIGTEL l. c.

56) RACCHETTI l. c. p. 196.

sunt, paralyticae fiant [57]); quodque magnitud vitii vertebrarum non semper cum gradu paraly seos cohaereat [58]). Generatim tamen HIPPOCRATI observatio, quod scilicet vitium spinae *supra* re gionem diaphragmatis, quam maxime pectus, *in fra* vero, quam maxime abdomen, afficit [59]), con firmatur. De *caussa* cyphoseos paralyticae, vari modo sentiunt auctores, eam quaerendo nunc i vitio scrophuloso [60]), nunc in peculiari humo rum acredine [61]), nuncque in morbo ipsius me dullae spinalis [62]) (cyphoseos simulque paralyseo fonte). Ad nos quod spectat, opiniones hujus modi pro re nata, quot quot sunt, admittendo, ge neratim tamen originem cyphoseos paralyticae in caussis traumaticis spinae infensis et inflamma tionem chronicam, primum vertebrarum, dein meningum et tandem medullae ipsius, cum exiti bus

57) JEBB v. RACCHETTI l. c. p. 305.

58) POTT l. c. RACCHETTI l. c.

59) RACCHETTI l. c. p. 306.

60) POTT l. c.

61) PALETTA l. c.

62) LATOURE *mémoire sur la paralisie des extrémités inférieures, qu'on supposait dépendente de la courbure de l'épine du dos; avec des observations, qui prouvent, que cette maladie, avec ou sans vice vertébrale, derive de la lésion de la moelle épinière et qu'elle se guérit p. les fontanelles.* v. *Mém. de la Soc. méd. d'émulat. An.* 6. p. 62. RACCHETTI l. c. p. 311.

us inflammationi propriis, producentibus, quaemus; quae sane caussae dum in aegrotos labe uadam contaminatos agunt, effectus graviores, uam in caeterum sanis, producunt. Resolutio ariarum partium certe non indistincte a *compres-ione*, quam nervi spinae illas adeuntes per cyhosin experiuntur, derivari potest, cum autopsia adaverum, vertebras in cyphosi non tumere, sed otius erosas esse, doceat. At vero et vertebrae osae, dum a recto tramite deflectant, aliena loca ccupant, et luxationis spontaneae imaginem rérunt [63]), organis vicinis tenerrimis, ut nervis, m inferre posse nemo inficias ibit. Praeterea yphosin saepe anchylosin vertebrarum sociam gnoscere [64]) constat. Postremo cavendum, ne ıcommoda eorum, qui cyphosi laborant, *per ner-os* tantum explicare satagamus. Notum enim st, quod, dum columna vertebralis in cyphosi alde laeditur, cavitates pectoris et abdominis ıaxime angustantur, et vasa majora, inprimis orta, a recto tramite deflectunt [65]), unde pluriıa mala, certe non a nervis repetenda, expeanda sunt. Ne vero credamus, omnem, quae ex olumna vertebrali proficiscitur, paralysin absolute

63) Rust l. c. p. 73. „*Auch ist die sogenannte Pottische Lähmung weiter nichts als die Folge einer spontanen Verschiebung einiger Wirbelknochen von innen nach aussen.*"

64) Voigtel l. c.

65) Idem l. c. p. 314.

lute cyphosi vel alio externo vitio insignitam esse Aliorum [66]) nempe et nostrae observationes, per multas *paralyses spinales* sine omni externo ad columnam vertebralem indicio obvenire, docent Hujuscemodi sunt: 1° *Paralyses*, quae ex *inflammatione chronica* indolis traumaticae, rheumaticae, arthriticae, haemorrhoidalis *meningum*, spinalem medullam ambientium, aut *systematis venosi specus vertebralis*, oriuntur. (*Rhachialgitis paralytica* dici posset) — Frequentissime ea sane praesertim inter opifices, labores cum lumborum intensione perficientes, et inter milites atque rusticos vicissitudinibus aëris expositos obvenit Morbus, sub forma rhachialgiae incipiens [67]) lente insidias struit, tum per meningum callositatem, tum per destructionem partis medullae spinalis, tum per adhaesiones morbosas, tum per extravasata serosa, purulenta, cruenta. 2° *Paralyses*, quae *ex metastasi* antro vertebrali infensa pullulant, quaeque plus minus processui inflammatorio tribui possunt. Sic plurima *febrium rheumaticarum et typhodum*, peculiari medullae spinalis affectione stipatarum, imperfecta crisi solutarum, paralysi brachiorum pedumque terminata-

66) „Subinde tum hujusce morbi (spinae bifidae) tum cyphosis symptomata, sine ipso ad vertebralem columnam tumore, externo observari videntur." I. P. Frank l. c. Racchetti l. c. p. 305.

67) Cap. II. §. VII. N. 7.

ıatarum, vidimus exempla [68]). *Scarlatina* in ıydropem specûs vertebralis desinens, nisi morte ɔraecipiti, tandem paralysi terminatur. Idem, quamvis rarius, alia exanthemata efficiunt [69]. 3° *Paralysis* ex *ossificatione cartilaginum inter-vertebralium*, aut ex *tophis vertebrarum*, cui norbo, uti monuimus [70]), ut plurimum arthritis t syphilis ansam porrigunt. 4° *Paralysis* ex *apo-plexia specûs vertebralis*. Morbus istiusmodi, am alibi commemoratus [71]), saepe est apoplexiae ncephalicae aut *socius* [72]), aut *effectus* [73]); alias *er se* ingruit. Quo in casu apoplexia spinalis, ıt supra docuimus [74]), plerumque *paraplegiam* post

68) Inter haec luculentissimum nobilis Lithuani recordor, qui An. 1813. ex febre typhode convalescens, ita manuum usum amisit, ut a famulis nutriri deberet. Brachiorum motus liber remansit. Non ita crurum, sub deambulatione vacillantium, implicatorum. Universalis aderat macies. Fonticuli vere an. 1817. lateribus spinae admoti quid levaminis attulerunt, sed autumno subsequente aeger sub itinere morbo acuto inopinate e medio ablatus est.

69) §. LXI. N. 2.

70) Cap. II. §. VII. N. 10. 14.

71) Cap. III. §. XIV. N. 5.

72) e. c. casus MORGAGNI op. c. Epist. LX. 4. T. II. RACCHETTI l. c. p. 247. DE AGOSTINI in *Giorn. di med. prat.* 2. *Vol.* FODÉRÉ de apoplexia disquisitio theor. pract. Avignon. 1808.

73) P. II. Vol. I. Sect. I. C. V. §. XXIX. 2. (39.).

74) §. LX. 3.

post se trahit. Nisi morbus a caussa traumati excitetur, plerumque a rhachialgia annuntiari s let. Huic ansam utplurimum dederunt haemo rhoides, menstrua, lochia suppressa, praeserti in hominibus labe scorbutica mulctatis. Apopl xia more suo extemplo ingruit, relinquens vari rum partium ex loco affecto nervos desumentiu paralysin. Secto cadavere una alterave pars m dullae spinalis cruore aut sero cruento inunda reperitur 75). Cerebrum incolume obvenit. M rum hinc non est, exercitium facultatum anin vix aut ne vix quidem perturbari. Et 5° *Par lysis* ex *medullae spinalis atrophia* seu *inanitio* Aegritudo hujus modi, saepissime onaniae, in utr que sexu, effectus, cum *labe dorsali* connubiu inire solet. Interdum et venenis originem debe videtur. — Quocunque in casu, ad diagnos paralysium spinalium, sine evidentibus vitiis e ternis ad columnam vertebralem obvenientiu instituendam, maxime ut methodi spinae inte nae conditionem explorandi 76) memores simu opus est. Interea certissimum diagnosticon anamnesi desumitur.

Paralysis nervea. 5. Inter *paralyses, ex vitiis singulorum nerv rum* pullulantes, paralysis affectioni *plexuum ne vorum abdominalium* inprimis *mesaraicorum* or ginem debens, primum occupat locum. „Ner eni

75) §. LX. 12. (51.).
76) Cap. I. §. IV. N. 2.

enim mesenterii non tantum cum intestinis, stomacho, jecore aliisque visceribus communicant, sed etiam cum lumborum aliarumque partium nervis et consequenter cum artuum" [77]. Ac profecto! Nervi intercostales et vagi, plexus abdominales formantes, cum nervis cervicalibus et dorsalibus, plexum brachialem constituentibus, in gangliis cervicalibus invicem confluunt. Miror hinc SWIETENIUM dixisse: „Laetus recordor, me aliquoties brachiorum resolutionem, colicae pictonum succedaneam, feliciter curasse, dum frictiones, emplastra aromatica etc. *soli abdomini applicarem*, licet ex anatomica nervorum historia fatear me non intelligere, quomodo nervi, per abdominalia viscera dispersi, molestissimo et diuturno dolore excruciati, paralysin brachii inducant cum atrophia musculorum" [78]. Ex nervorum abdominalium affectione sequentes paralyseos species ortum ducere solent: 1° *Paralysis saturnina seu metallurgorum* a STOCKHUSIO [79], LANGIO [80], SUCHLANDIO [81], aliisque tum citatis [82], tum citandis [83], bene descripta. Detinet [illegible] morbus

77) WILLISIUS de anima brutorum. P. II. C. 15.

78) l. c. §. 1070.

79) Tract. de lithargyrii fumo noxio morbifico.

80) Epist. Lib. I. Epist. 13. p. 189 sq.

81) Diss. de paralysi metallariorum. Traj. ad Rhen. 1693.

82) Cap. IX. §. XLIII. N. 2. (43.).

83) P. III. Vol. I. Cap. de Colica pictonum.

morbus iste extremitates praecipue superiores, maxime manus; verum haud raro et crura saltem imbecillia sunt. Extremitates doloribus vagis excruciantur, eorumque musculi atrophia, in pollice manuum maxime obvia, laborant. Nec paralyseos vestigia in partibus internis desiderantur e. c. ad oesophagum, teste dysphagia, ad intestina, teste pertinaci alvi obstructione, maxime hic familiari. Origo *abdominalis* paralyseos metallurgorum vel ex eo comprobatur, quod morbus iste multis *signis arthriticis* stipatur, et utplurimum ex *colica saturnina* ortum ducit. Morbum illum signis arthriticis stipari jam SUCHLAND [84]) ex eo comprobare sategit; „quod tempore pluvioso dolor exacerbatur, quod tophis nodisque articuli perturbentur, ut et quod dolor in articulis, quam in reliqua membri parte major sit" [85]). Arthritidis vero praecipuam officinam ventrem esse, ut res demonstrata [86]) admittitur. Quod spectat ad *colicam saturninam*, haec signa, nisi *neuritidis*, saltem *neuralgiae* plexuum nervorum abdominalium, praecipue mesaraicorum exhibet [87]). Mirumne hinc, si ex neuritide aut neuralgia paralysis oriatur? „Sufficiebat mihi novisse, ait SWIETEN, in *nervis abdominalibus morbum habuisse originem,* et

84) l. c. p. 6.
85) l. c.
86) P. I. Vol. I. §. XII. 4.
87) l. c. Cap. de Colica.

et in aliis morbis jam didiceram, nervos multos habere mirum imperium in alias corporis partes . . . ." [88]). Cum vero non quaevis paralysis metallurgorum colicae saturninae succedanea sit [89]), cumque actio plumbi non solum ad speciales nervos circumscripta, sed in universum genus nervosum extensa sit [90]), origo abdominalis paralyseos saturninae dubiis adhuc subjici videri posset. Diluentur vero haec dubia considerando: a) non omnem paralysin, quae metallarios aggreditur, ideo ex plumbi actione repetendam esse, cum opifices istiusmodi et ex caussis rheumaticis aliisque [91]) paralytici fieri possint; — b) plumbum varia sub forma corpori insidias struere, et verisimiliter potissimum ex usu suo interno, utpote directe nervis abdominalibus infenso, colicam et inde paralysin originis abdominalis expectandam esse; (sic antequam adulteratio vini ope plumbi probe nota fuerat, ipsa ex vini qualitate derivari solebat colica saturnina et succedanea inde paralysis [92])) — et c) paralyses non solum colicam saturninam, sed et alterius generis colicas, quidquod multos alios morbos abdominales sequi. Qua de caussa stabilimus generatim 2° *Paralyses*

 ex

88) §. 1070.

89) Suchland l. c.

90) P. II. Vol. I. Sect. I. C. 1. §. III. N. 75.

91) Suchland l. c. p. 10.

92) Wepfer Misc. Ac. Nat. Cur. An. II. obs. 39.

ex colicis et dysenteriis. Exempla paralysium post colicas, quamvis non saturninas, collegerunt alii 93) ipsique vidimus 94). De *dysenteriae* in paralysin transitu jam monuimus 95). Cur paralysis ista plerumque 96) transversa sit, explicare non audemus. Opiniones etenim, hoc sub respectu allatae 97), nequaquam nobis satisfaciunt. 3° *Paralysis ex vermibus et flatibus intestinalibus.* Transitoria esse solet, maxime extremitatibus inferioribus infensa 98). 4° *Paralysis ex febribus intermittentibus.* Testatur de ea RIVERIUS 99), bilem accusans. A veritate minus alienum videtur

93) EPIPHANUS hist. N. 35. CRAMER diss. de colico dolore et illius symptomate paresi. Basil. 1614. KLOPFINGER diss. de colica passione ejusque symptomate illustriori paresi. Basil. 1618.

94) Medicus Lithuanus S. perpessis plurimis colicae insultibus, in manuum paralysin crurumque imbecillitatem incidit. Nulla apud eum plumbi suspicio locum obtinere potuerat. Matrona Viennensis R. et stirpe C. nata plures tumores, quorum unus magnitudinem capitis infantilis adaequabat, verisimiliter in mesenterio gerens, colica diu obnoxia, tandem brachiorum paralysin contraxit.

95) §. LX. N. 5.

96) ZIMMERMANN (*Von d. Ruhr unter d. Volke.* p. 133.) duo exempla paralyseos post dysenteriam affert, ubi manus et brachia simul resoluta erant.

97) FABRICIUS l. c.

98) MÖNCH l. c.

99) Prax. L. I. de paralysi. p. 106.

tur, compressionem plexuum nervorum abdominalium a visceribus vicinis obstructis [100]), vel a saburris pro caussa tanti phaenomeni admittere. Interea cum et medulla spinalis in febribus intermittentibus scenam ludere videatur [1]), fieri posset, paralysin illis febribus succedaneam quandoque et originis spinalis esse. Ad reliquos nervos quod spectat, ex eorum laesione paralysin oriri, innumeris observationibus confirmatum habetur. „Sic praeciso brachii nervo, qui ab illo actuatur, digitus riget. Sic praecisis digitorum nervis non semel vidimus hinc ad motus genera exercenda ineptos digitos, sive contracti maneant, sive rigidi et contractioni inepti" [2]). Spectat huc exemplum paralyseos brachii a laesione nervi ulnaris, quod supra retulimus [3]), aliudque Swietenii paralyseos brachii a glandulis subaxillaribus scirrhosis [4]). Resolutiones ex neuralgiis et neuritide [5]), ortum paralyseos ex affectione traumatica, rheumatica, arthritica etc. singulorum nervorum abunde confirmant. Indolis rheumaticae plurimae paralyses musculorum faciei, de quibus monuimus [6]), fuere.

6. Cum

100) Percival l. c.

1) Cap. I. §. II. 2.

2) Wedel Diss. an. 1677. p. 13.

3) §. LXI. 2. (83.).

4) Ibid. (86.).

5) Cap. VII. §. XXXIII.

6) §. LX. 6. (67.).

Par. compositae.

6. Cum cerebrum, medulla spinalis et nervi unum idemque efficiant systema, paralysin ex plurimarum illius partium *simultanea affectione* ortum ducere posse, intelligitur (*Paralyses originis compositae*). Nec satis. Ex tradita aetiologia constat, paralyses quoque caussam interdum in vitiis systematis vasorum sanguiferorum [7]), musculorumque ipsorum [8]) agnoscere, unde ille, qui in fonte morborum paralyticorum unice genus nervorum coram oculis haberet, a recta via valdopere aberrare posset.

§. LXIII.

Prognosis.

Periculum.

1. Periculum paralyseos bifario e fonte pendet, videlicet tum e loco systematis nervosi affecto, tum a musculo inde resoluto. Paralysis encephalica et spinalis, quo magis caussa circa medullam oblongatam et cervicalem urget, eo periculosior [9]). Istis enim locis affectis, musculi nobilissimi, ut cor, aliique respirationi et sensibus dicati resolvuntur. Colligitur inde *paraplegiam* periculosissimam omnium esse. Accedit *hemiplegia*, inprimis si ea apoplexiam praecedat, quae enim

7) §. LXI. (65.). Cfr. Swieten l. c. §. 1059.

8) Ibid. (66.).

9) Rolfinkius (method. cogn. at curand. affect. C. 1.) inquit: „quo cerebro sunt propiores spinae affectus, eo magis sunt periculosiores, quo vero remotiores, eo tutiores."

enim apoplexiam sequitur hemiplegia, haec melioris spei est, „quia tunc novimus morbi caussam minui et quasdam encephali partes liberari“ [10]. Idem de paraplegia, apoplexiae spinalis effectu, valere videtur [11]. Quae ex imo ventre ortum ducunt paralyses, caeteris paribus, facilius sanantur, dummodo atrophia non stipentur. Haec cum praesertim paralysin saturninam comitari soleat, illius prognosis sponte elucet. *Paralysis musculorum faciei,* si ex affectione ipsius cerebri pullulet, (quod ex aliis signis labem encephali indicantibus, potissimum ex sensuum, et ex animi facultatum laesione, cognoscitur) magna pericula et inter alia apoplexiae illud portendit; secus autem, si paralyseos caussa in ipsis nervis facialibus sedem figat. Optime hoc monuit Hippocrates [12]) dicens: „distorsiones autem in facie, si nulli alteri parti corporis communicant, cito sedantur, vel sponte, vel per necessitatem; reliqui vero apoplectici fiunt.“ *Paralyses partiales* quae ex vitiis columnae vertebralis originem ducunt, illorum

10) Swieten §. 1062. Sic apoplectici duo, de quibus alibi locutus sum (P. II. Vol. I. Sect. I. C. V. §. XXV. 1. (85. 94.), hemiplegia, in quam inciderant, plane sanati fuere, ac hodiedum, quo tempore haec scribo, optima adhuc fruuntur valetudine. Vidimus feminam hemiplegia laborantem, quae felicissime infantis sani partu absoluta est.

11) §. LX. 3. (46.).

12) Prorrhet. L. II. C. 17. Chart. T. VIII. p. 826.

rum vitiorum agnoscunt prognosin. Ominosae sunt paralyses ex carie vertebrarum; praesertim morbo jam multum provecto et aegroto labefactato.

Signa mala.

2. *Malum*, si sphincterum officium frangatur, si paralysis cum aliis morbis herculeïs complicetur, si pars paralytica simul sensu destituatur, si frigida, oedematosa, flaccida, gravis sit, si fiat gangraenosa [13]), atrophica. Unde merito monuit HIPPOCRATES [14]): „quibus una cum hoc, quod movere non possunt, morbosa pars corporis attenuatur, hi in sanitatem restitui non possunt: quibus autem colliquationes non accesserint, hi sani evadent." — Et CELSUS [15]): „Quacunque vero corporis parte membrum aliquod resolutum est, si neque movetur et emacrescit, in pristinum habitum non revertitur; eoque minus, quo vetustius id vitium est [16]) et quo magis in cor-

13) REMER in HUFELAND *Journ.* 1814. p. 40. (Sphacelus spontaneus digitorum manus).

14) l. c.

15) L. II. C. 8. p. 75.

16) „Haec est ratio, quare prudentes medici non multum sperent de curanda paralysi, quae per plures jam annos perstitit; quia jure metuunt, nervosam fabricam vel destructam esse, vel jam concretam adeo ut nil transmittere possit. Hinc in tali casu membrorum paralyticorum motus emendatur quandoque utcunque, sed raro vel nunquam in integrum restituitur, ut quotidianae observationes practicae docent." SWIETEN l. c. §. 1065.

corpore senili est;" — aut, ut Wedelii verbis utamur [17]) „si paralysis seni alterum pedem in cymbâ Charontis jam habenti accidat." Paralysis hyeme curatu difficilior, vere facilior.

Signa bona.

3. *Bonum* est, si febris, potissimum ea, quae horrore ingruit [18]), recenti paralysi superveniat; si pars paralytica tremore aut motibus convulsivis tentetur, si dolere incipiat, si sensus veluti puncturae acus in ea percipiatur [19]), si diarrhoea vires haud frangens in conspectum veniat, si paralysis descendat, et liberas partes superiores relinquat, si morbus aetati competat, sique prima medendi tentamina succedant.

Curae spontaneae et accidentales.

4. Paralysis evanuisse visa est, supervenientibus apoplexiae recidiva [20]), abscessu sub aure [21]), ad pelvim posteriorem [22]), fistula ani [23]), menstruorum eruptione [24]), blenorrhoeae restitutione [25]),

17) Diss. cit. p. 20.

18) Haec conditio requirere videtur, ut a febre, paralysi superveniente, quid boni expectari liceat.

19) Clifton Witringham de morb. quibusdam commentarii. Lond. 1752. v. *Abh. f. pr. Aerzte.* 8. *B.* 2. *St.* p. 228. *N.* 91.

20) Russel in *med. obs. and inquiries, Vol. I. N.* 24.

21) *Journal de médecine. T.* 81. p. 354.

22) *Recueil périod. de la Soc. de méd. à Paris. N.* 34.

23) Genga Anatomia chirurgica. v. Haller bibl. chirurg. Vol. I. p. 405. (Paralysis saltem imminuta).

24) Gilibert Advers. pract. p. 271. Gulbrand in Act. Soc. R. Havn. Vol. I. p. 82.

ne [25]), apostemate ad lumbos [26]), ad trochanterem [27]), alvi profluvio [28]), ira [29]), terrore [30]), gaudio [31]), risu [32]), imaginatione [33]), febre [34]), fulmine [35]) et sponte [36]). Quae singula medico naturae nutum sequenti haud raro viam medendi indicant.

§. LXIV.

25) GULBRAND Coll. Soc. Med. Havn. Vol. II. p. 194. CALLISEN in Act. R. Soc. med. Havn. Vol. II.

26) HUFELAND *Journ.* 1812. *Mai.* p. 34.

27) LIBOSCHITZ *Beyträge z. neuern Heilk.* 2. *B.* p. 133.

28) RANOË in Act. Reg. Soc. med. Havn. Vol. II. p. 30.

29) SCHENK obs. L. I. N. 182. PAULLINI Cent. III. obs. 89. Ephem. N. Cur. Dec. II. An. 5. App. p. 23.

30) SCHENK obs. L. I. N. 181. MARCELLUS DONATUS L. VI. C. 4. p. 640. VALLERIOLA L. II. obs. med. 4. PECHLINI L. III. obs. med. 26. DIMERBROECK obs. et curat. med. C. N. 10. LOEFFLER *Beyträge zur Wundarzneyk.* 1. *B.*

31) GASSENDIUS in vita Peirescii. L. IV. p. 26.

32) *Gazette de Santé.* 1814. *Mai.*

33) PECHLINI obs. 32. L. III.

34) LENTIN Lib. I. obs. 21. ELLER *med. u. chir. Anmerkungen.* p. 17. HERMAN App. ad MARQUET *traité de l'hydropisie.* p. 169. Cfr. *Journ. de méd. T.* 6. p. 148.

35) *Gazette salutaire.* 1781. *Août.* WILKINSON *The case of Ms.* WINDER. *Goett.* 1765.

36) MORISSET ergo paralysis repentinae solutio a natura. Paris. 1644.

§. LXIV.

C u r a.

1. Ad hanc viam prosequendam, prudentiâ et patientiâ opus est, totaque medendi ratio sedi et indoli morbi adaptanda. Generatim.

2. *Paralysis originis encephalicae,* praesertim recens, instar apoplexiae 37) curatur. Hic (si morbus inflammatorius) *venaesectio* ab antiquis commendata 38), tardius vero, ob varias hypotheses de paralyseos natura frigida 39) vel asthenica, plerumque omissa, ut sacra anchora commendari meretur *). Relate ad hemiplegias docte disceptatum C. paralyseos encephalicae.

37) P. II. Vol. I. Sect. I. C. V. §. XXIX.

38) CELSUS L. III. c. 27. ZACUTUS LUSITANUS Prax. admirab. L. I. obs. 38. 39. VALLERIOLA L. IV. N. 4. DU PORT Ergo paralysi venaesectio. Paris. 1588.

39) WEDELIUS in diss. BIELERI an. 1719. p. 19. restricto venaesectionis usu ad solam paralysin cum apoplexia, ait „Est enim morbus potius *frigidus* et a torpore sanguinis et defectu spirituum oriundus." Et SWIETENIUS methodum fere exclusive irritantem adversus paralysin commendat. §. 1668.

*) Casus hemiplegiarum, ubi phlebotomia profuit, enumerare amplius non possum. Quod spectat ad paralyses partiales, matrona quinquaginta et ultra annorum mense Majo an. 1817. paralysi lateris sinistri faciei, torpore linguae et dira cephalaea laborans, incassum a nonnullis hebdomadibus ruri per vesicatorium, arnicam et similia tractata, Vilnam venit. Jubeo venaesectionem e pede dextro, et illico facies, tanquam pars

tum est [40]), utrum cruor ex parte resoluta ve opposita detrahendus sit, — sane ex ista, utpot cerebri vitio respondente [41]). Interea, si febris boni quid promittens, paralysi superveniret, prius quam ad phlebotomiam deveniatur, effectus illiu observandi forent, ne scilicet salutare natura conamen intempestive temperemus. Conducent venaesectione ea, si verae plethorae urgeant symptomata, novum apoplexiae insultum minitantia post aliquod tempus reiteranda, iterumque reiteranda. Sic saltem misera procrastinatur existentia. Quodsi signa congestionis ad encephalon sine universali plethora adessent, ad *hirudines*, circa caput applicandas, confugiendum. Praesente statu haemorrhoidali, illae prope ani venas locum inveniunt [42]), at non sine urgente necessitate [43]).

Cum

laxata, quae reducitur, debitum in ordinem componitur. Sanam adhuc ducit vitam.

40) Detharding Diss. de paralysi et hemiplegia subjuncta quaestione: utrum venaesectio in parte sana vel affecta instituenda. Rostoch. 1739. Gehler diss. de sanguinis ex parte siderata per venam eductione. Lips. 1778.

41) Cfr. quaeso P. II. Vol. I. Sect. I. C. II. §. XII. p. 195. (*).

42) Vir quadraginta et ultra annorum an. 1818. apoplexia et hemiplegia mulctatus applicitis hirudinibus ano, jam postridie proprio marte gressus instituere potuerat. At vero tres menses serius, novus apoplexiae cum paraplegia insultus vitae finem imposuit.

43) Cfr. l. c. Cap. V. §. XXIX. 1. p. 352. (36.).

Cum apoplexia effectus suos saepe ad specum vertebralem extendat [44]), nilque sanguinem efficacius ab encephalo revellat quam *cucurbitulae scarificantes* lateribus spinae admotae, istud quoque auxilium non negligendum. Simul vero ad conditionem viscerum abdominalium, praesertim *hepatis*, raro plane in nostro morbo immunis, respiciendum, ne reali plethorae eas adscribamus congestiones ad encephalum, quae impedito cruoris per ventrem circulo adscribendae sunt. Generatim regula esto, ut in paralysi originis encephalicae, alvus quotidie semel bisve aperta sit; et quidem, si fieri posset, evitando clysteres (quatenus haemorrhoides ani excitant et intestina tenuia haud evacuant). Nisi salia media, rheum aut electuarium lenitivum debita dosi vespere sumta, postridie evacuationem alvinam producant, ad *colocynthidem*, *jalappam* confugiendum, ita tamen ne secessus liquidi fiant, quod vix unquam sine virium detrimento contingere solet [45]). Morbo jam jam provecto, systemati abdominali et alvinae evacuationi per *aquas medicatas saponaceas* et *salinas*, dummodo aut ob calorem aut ob gaz acidum carbonicum, aut ob aliam ignotam caussam, encephalo non infensas, prospiciendum. In recenti morbo, temperato impetu inflam-

44) §. LXII. Cfr. P. II. Sect. I. Cap. V. §. XXIX. 2. p. 354. (39.).

45) Legatur, rogo, Swieten. §. 1068. 3.

flammatorio, *tartratis stibii et potassae* parvae saepeque repetitae doses, verisimiliter opus transpirationis sustinendo, ad potiora spectant auxilia. *Vomitum* ipsum ut suadeamus [46]) ciere, nisi crapula invasioni morbi prope antecesserit, nunquam, ob metum congestionum ad caput, ausi sumus. *Balnea tepida* et *sulphurica*, in paralysi generatim commendata [47]), illi, quae ex encephalo ortum trahit, non nisi senescente morbo quadrant; si enim citius in usum deducantur, inevitabilis est novus apoplexiae insultus. Contra vero *embrocatio*, praesertim antiquitatis medicorum suffragiis suffulta [48]), tutissime adhiberi potest. Idem de alio antiquorum consilio, de balneis scilicet frigidis, praesertim ope *natationis* [49]), non audemus contendere. Ne mature nimis ad *vesicatorium* nuchae apponendum confugias! Quousque

46) Celsus L. V. C. 27. p. 179. Falconer *memoirs of the med. Soc. of Lond. Vol.* 2. *N.* 120. Swieten l. c. §. 1068.

47) Summer's *account of de success of warm bathing in paralytic disorders. Lond.* 1751. — *Narrative on the efficacy of Bathwaters in var. kinds of paralytic disorders. Lond.* 1787.

48) Cael. Aurel. p. 361. Paulus Aegineta L. IV. C. 56. Bang Act. R. Soc. med. Havn. Vol. I. p. 102. Copeland l. c.

49) Cael. Aurelianus morb. chron. L. II. C. I. p. 361. (monens: „partibus passione vitiatis adjungendas esse vesicas, quo natandi laborem minuant").

que nempe congestio sanguinis circa caput timenda est, aegros praecipitat. Non ita, deleto jam impetu morbi inflammatorio, inprimis si quid rheumatici aut arthritici lateat. Interea dum celer effectus haud requiritur, *fonticulos*, utrimque ad basin cranii cultri vel lapidis caustici ope institutos, vesicatoriis longe anteponimus. Immo fatemur, quodsi praeter methodum antiphlogisticam certum aliquod paralyseos originis encephalicae habeatur auxilium, id in fonticulis ad basin cranii consistere. Caveatur autem a ligamentis scopo vel vesicatoria vel fonticulos firmandi, circa collum applicandis; venas enim jugulares comprimendo omnis bonus eorum effectus destruitur. *Setaceum* ad nucham [50]) nimias excitare solet molestias. Juvat praeterea salivae secretionem per *sialagoga* promovere. Virtus auxiliorum hujusmodi externorum variis *pharmacis internis*, peculiaribus rerum positionibus adaptandis, sustinetur. Indicantur *flores arnicae montanae* [51]), si veri-

50) Cramer diss. de paralysi et setaceorum adversus eam eximio usu. Goett. 1760. v. Sandifort thesaurus. Vol. I. N. 7.

51) De arnicae in paralysi usu lege: Collin obs. circa morb. acut. et chron. Vol. IV. p. 5. V. p. 108. Plenk in Morenheim *Wiener Beyträge. 2. B.* Aaskow in Collect. Soc. med. Havn. Vol. 2. p. 162. De Meza Act. R. Soc. med. Havn. Vol. III. N. 20. v. *Abh. f. pr. Aerzte.* 13. *B.* p. 81. Conradi in Hufeland *Journ.* 6. *B.* p. 463. Angeli *osservaz. medico - prat.*

verisimile sit, paralysin extravasato, potissimum cruento, encephali ortum debere, si morbus provectus, recidivae apoplexiae effectus, si aeger exhaustus, sique pulsus mollis et facies pallida fuerint. Virtutem arnicae perbelle a seminibus *coriandri sativi*, a herba *origani majoranae* [52]) sustineri, experti sumus. Sub eadem rerum positione, sub qua arnicam commendavimus, inprimis si ventriculi vires langueant, aegerque notas diatheseos scorbuticae exhibeat, semina *sinapis nigrae* [53]), in sero lactis decocta, aut radix *Pyrethri* [54]) usurpari merentur. Ipsa *sanguinis transfusio* cum successu tentata est [55]). Quodsi extravasati potius serosi in encephalo, ut caussa paralyseos latentis, habetur suspicio, methodus adversus hydrocephalum chronicum indicata [56]) inservi

v. Weigel *Ital. Bibl.* 3. *B.* 1. *St.* p. 117—122. Morelli *Lettera in nuovo Giorn. di Milano* 1792. v. Kühn *Ital. Bibl.* 2. *B.* 1. *St.* p. 24.

52) Sic praescribo: R. Fl. Arnicae drachm. unam, seminum coriandri, aut herbae majoranae drachmas duas. Infunde cum s. q. aquae fervidae per quartam horae partem, colatura unciarum decem; cap. tribus vicibus curriculo nychthemeri. Plurimos senes paralyticos hac formula restitui.

53) Uncia semis ad colaturam librae unius.

54) Oxley in Kühn *phys. med. Journ.* 1802. p. 244.

55) Denis *lettre à M.* Sorbière *touchant l'origine de la transfus. du sang avec le recit d'une cure faite sur une personne paralyt. Paris.* 1688.

56) P. II. Vol. I. Sect. I. C. IV. §. XXI. 8.

serviret. Interea fatemur, *mercurium* nobis raro in paralysi originis encephalicae quid praestitisse, hocque pharmacum cane pejus et angue in hemiplegia senum, utpote plerumque diathesi scorbutica plus minus mulctatorum, fugiendum esse. Nec *digitalis purpureae* hic canere valemus laudem. Potius stipites *solani dulcamarae*, radices *arctii lappae*, *smilacis chinae*, lignum *guajaci* [57]), profuere, quorum vegetabilium decocta per nonnullarum hebdomadum spatium epota urinae secretionem promovent et paralyticorum arthriticorum constitutionem instaurant. Quae praeterea instauratio obtinetur, tempore vernali hujusmodi aegrotis succos expressos herbarum recentium, *hederae terrestris veronicae beccabungae*, *urticae dioicae*, *nasturtii aquatici*, *scandicis chaerefolii* et *fumariae officinalis*, per se vel cum jusculis carneis, viperarum, ranarum, testudinum exhibendo, non neglecta rusticatione, itineribus, animique recreatione. *Corporis* enim *motus*, in nonnullis paralyseos speciebus tam infensus, hic, dummodo modicus, juvat [58]); e contrario *electricitas*, quibusdam paralyseos speciebus accommodata, in paralysi originis encephalicae valde periculosa evadit [59]).

3. *Pa-*

57) Swieten l. c. §. 1068. 4. Verum nisi tenue admodum sit decoctum ligni guajaci, facile excalefacit.

58) Schwenke in *Harl. Abh.* 1. *Th.* *N.* 15. v. *Abh. f. pr. Aerzte.* 2. *B.* 2. *St.* p. 81.

C. paral. spinalis.

3. *Paralyses ex affectione medullae spinalis proficiscentes*, corporis *summam quietem* et *positionem horizontalem* exposcunt, quibus scilicet columnae vertebralis partes affectae minus concutiuntur minusque a super impositis comprimuntur. Memorabile, de quo agitur, praeceptum BARTONIO 60) et COPELANDIO 61) debemus. Interea non reticendum, *extensionem diuturnam corporis* jam prius, saltem in *cyphosi paralytica*, commendatam fuisse 62); ne loquamur de aliis *auxiliis mechanicis* 63), si vertebrae inflammatae aut carie detentae fuerint, potius damnosis quam utilibus. Positio corporis horizontalis optime obtinetur aegrum super *lectum pensile* ponendo. Lectum inter binos arbores appensum suadet COR-LES 64). Dolendum corporis illam quietem, indicatam-

59) QUARIN animadvers. STOLL. Rat. med. P. V. p. 401. FALCONER in *memoirs of the med. Soc. of London*, *Vol.* 2. *N.* 20. Sane! Nil rationi magis adversatur quam usus electricitatis in paralysi, apoplexiae cerebralis effectu; et nihilominus quotidie, ut ita dicam, tales absurdae curationes obveniunt.

60) Op. cit.

61) Op. c. p. 22.

62) LE VACHER *nouv. moyen de prévenir et de guérir la courbure d'épine*. v. *Mém. de l'ac. de chir. T.* *M.* p. 596.

63) Cfr. JAGWITZ *üb. d. glückl. Kur ausgewachs. Personen*, v. *Oekon. Nachr. der Gesellsch. in Schlesien* 4. *B.* p. 413. et Cap. I. §. V. N. 3. (29.).

64) GORDON diss. de morbo vertebrar. Edinb. 1813.

catamque decumbendi rationem, vix aut ne vix quidem ab infantibus impetrari posse! Eo majori cum sedulitate reliqua auxilia in usum deducenda sunt, et quidem 1° in *cyphosi paralytica*, antequam morbus omnino evolutus sit, inprimis si violentia externa columnam vertebralem attigerit, aut si pars illius dolere videatur, *hirudines* circa locum spinae de morbo suspectae, eo copiosiores, quo robustior aegrotulus, applicamus. His praemissis lintea complicata et aqua frigidiuscula cum aceto imbuta, pluries de die per breve temporis spatium, e. c. per horulam, parti affectae admovemus. Nisi aegrotulus tenellus sit, et anni tempus adversetur, eum in *flumen* vel *mare* immergere curamus. Tenellis, absentibus indiciis processus inflammatorii, tota columna vertebralis bis de die *spiritu* quodam *aromatico* perfricatur. Quibus singulis auxiliis *fonticuli*, ad utrumque latus spinae curvatae, diuque, per annorum scilicet curriculum, aperti, palmam arripiunt. *Methodus* ista Pottii dicta, quamvis Pottio longe antiquior sit [65]), saepius nobis satisfecit, unde eam praesenti aevo tot detractores invenisse miramur et dolemus. Caeterum non negamus, vertebris carie magna ex parte corruptis,

 cruri-

65) Jeffris, Cammerer, Mercurialis, qui in libro de morbis puerorum capite de paralysi et torpore ait: „quoad chirurgiam remedia quaedam sunt quae accommodantur, ut sunt cauteria etc."

cruribus omnino paralyticis, aegroto tabe correpto, et POTTII methodum non solum nil amplius praestare, sed miseros incassum excruciare interitumque properare [68]. *Fonticuli* ad latera spinae, in infantibus per *causticum* [69], in adultis per *ustionem* instituuntur. Ustionem jam HIPPOCRATES [70] et ALBUCASIS [71] commendarunt. Sunt qui et hic *setacea* [72] et *vesicatoria* [73] fonticulis anteponant. Quocunque in casu ulcerum artificialium actio per diaetam nutrientem, aërem purum, nec non per pharmaca congrua sustinenda est. Inter haec, si agatur de aegroto scrophuloso, *murias calcis* praeprimis indicatur [74]. Nisi alvus obstructa sit, potus, veluti cofea paratus, ex *glandulis quercus tostis* exhibetur. Vitio *rha-chitic*

68) Ait RACCHETTI: „*Io posso attestare d'aver conosciuto per esperienza, che ne' fanciulli deboli, macilenti, estenuati di forze, il lungo insistere in questo rimedio, invece di recar giovamento, ha condotto più presto il malato ad una consunzione mortifera.*" l. c. p. 317.

69) CARL BELL *System d. operat. Chirurgie. A. d. E.* *Berlin* 1815.

70) Op. c. De articulis. Sect. III.

71) Chir. P. I. C. 10.

72) KRAMER l. c.

73) PLENCK in MOHRENHEIM's *Wiener Beyträge.* 2. B. DICKSON in *med. obs. and inquiries. Vol. II.* p. 27.

74) Rec. Muriatis calcis drachmas duas. Aquae destillatae unciam unam. M. D. S. ter de die guttas decem - viginti. (Pro infante quatuor annorum).

chitico extractum *pampinorum vitis viniferae*, aut decoctum *radicis rubiae tinctorum* — et simplici *atoniae*, infusum *corticis cinchonae* frigidum aut *carbonas ferri* [75]) opponuntur. Si *venerei* quid lateret, ad *aethiopem antimonialem*, parva dosi [76]) at diu continuato usu, quod generatim de omnibus pharmacis intelligendum est, confugiendum. 2° *Paralysi ex inflammatione chronica metastatica partium in specu vertebrali contentarum*, si recens, et signis vigentis phlogoseos [77]) stipata, *venaesectionem* exposcit e brachio, si morbus a cervice et dorso, e pede, si a lumbis et osse sacro proficisci videtur. Sequuntur *cucurbitulae scarificatae*, et *hirudines*, illae prope spinae latera, hae praecipue ad vasa ani, non neglecto reliquo *regimine antiphlogistico*. Morbo jam provectiori, praeprimis rheumatico aut arthritico, super ipsam columnam vertebralem [78]), aut saltem ad latera illius utrinque strias *emplastri vesicatorii* latitudinis trium pollicum apponimus [79]). Usui interno tunc *diapnoica* alternatim cum *diureticis* inserviunt. Si malum indicatis auxiliis rebelle, sique in aegro ab omni crasi

scor-

75) Grana tria bis terve de die infanti octo annorum.

76) e. c. granum unum de die.

77) Cap. III. §. XII. N. 1.

78) Schmidt Commentatio de nerv. lumbalibus. p. 94.

79) Cfr. Percival *Essays*. *Vol. I.* p. 183. v. *Abh. f. pr. Aerzte*. 2. *B.* 2. *St.* p. 120.

scorbutica alieno, juvene et vegeto, extravasati serosi in cavitate specus vertebralis haberetur suspicio; *mercurius*, sub forma aut *unguenti* ad latera spinae illiniendi aut *calomel*, intus ad levem salivationem usque exhibendus est. Hydrargyrii virtus florum *arnicae decocto* sustinetur. Quae si incassum adhiberentur, *moxae* [80]) ad latera spinae locus est. Stupendos illius effectus, quandoque tantum temporarios [81]), pluries admirati sumus. Respuente aegro ignem, *fonticuli* aut *setacea* supplere possent. A balneis hic nil expectandum. Contra vero 3° in *paralysi ex ossificatione cartilaginum intervertebralium*, quo scilicet in morbo, praeter *ulcera artificialia*, prope locum affectum *balnea calida*, potissimum *sulphurica*, *extractum aconiti napelli*, *guajaci aquosum*, *tinctura guajaci volatilis* [82]) aliaque sic dicta remedia antarthritica indicata sunt, dummodo nil syphilitici lateat. Hoc videlicet in casu nec ulcera artificialia prodessent, nec a sulphure nisi damnum expectare liceret. 4° *Paralysis ex apoplexia specus vertebralis*; nisi in primo morbi limine, *methodo antiphlogistica* et inprimis evacuationibus sanguinis, tum universalibus, tum localibus, cum

80) Methodus Aegyptiaca: v. Alpinus medic. Aegypt. L. III. C. 12. p. 211.

81) Acta mea Instituti Clin. Vilnens. An. 11. p. 91.

82) Fothergill in *med. obs. and inquiries. Vol.* 5. p. 394.

cum successu aggrediatur, omnia artis conamina eludere solet. Interea nil impedit, quominus et hic auxilia, absorptionem liquidi in specu vertebrali extravasati promoventia, tentamini subjiciantur. Posset et *rhus radicans* [83]) et *capsicum annuum* [84]) tentaminibus ulterioribus subjici. 5° *Paralysis ex medullae spinalis atrophia seu inanitione*, *regimen tonicum* exposcit, deductis simul in auxilium pharmacis adversus paralysin originis encephalicae cum notis atoniae commendatis. Adde iis *camphoram* et *herbam chenopodii ambrosioidis* [85]). Et *nucis vomicae* vis antiparalytica [86]) actio-

83) Alderson *Essay on the Rhus toxicodendron. Hal.* 1794. *Medic. Comment. v. Edinb.* 2. *Dec.* 10. *B.* p. 126. *Abh. f. pr. Aerzte.* 17. *B.* p. 194. Van Mons *Actes de la Soc. de méd. de Bruxelles. T. I. P. II.* p. 136. *Abh. f. pr. Aerzte.* 20. *B.* p. 298. Brera *prospetto di risultamenti ottenuti nella clinica med. di Padova.* 1812. 13. (usque ad gr. sedecim spatio nychthemeri). De Mattheis ratio Instituti Clin. Romani. 1816. Tab. XVII. Cfr. Hufeland *Journ.* 1816. *Octob.* p. 127.

84) Horn's *Archiv f. med. Erfahr.* 1815. 2. *Heft.* p. 301.

85) Baldinger N. *Magazin.* 5. *B.* p. 496. Rudolph ib. 8. *B.* p. 235. Lentin *Beyträge.* 2. *B.* p. 212.

86) „*Dans les expériences cliniques que Mr.* Fouquier *a faites sur l'emploi de la noix vomique dans la paralysie, il a constamment vu que l'extrait alcoholique de cette substance donné de 6. à 24. grains par jour, determinait des légères contractions dans les parties paralysées et une ammélioration remarquable dans l'exercice des mouvements volontaires.*“ (*Gazette de*

actioni hujus pharmaci in medullam spinalem tribuenda videtur 87). At caute tali cum pharmaco incedatur! 88). Nec *electricitatem* adversus paralysin ex atrophia aut inanitione medullae spinalis plane excludendam esse censemus; quamvis propriae observationes hujusmodi auxilium, a multis 89) ad sidera usque elatum, in ea solum paralysi

santé. 1814. *Mai*). Cfr. FOUQUIER in *Journ. de méd. chir. et pharmacie p.* LEROUX. *T.* 38. (Contenditur, nucem vomicam prius musculos paralyticos, tetanicos reddere) et LESCURE *obs. sur l'emploi thérapeutique de la noix vomique dans la paralysie.* v. *Bibl. méd. Paris.* 1818. *Octob.* p. 81. (Monet ischuriam hoc a pharmaco saepe produci, quod et ego in aegro paraplegia laborante, de quo supra (§. LX. 3. (47.)), expertus sum. Suspicabar inde actionem specificam nucis vomicae in vesicam urinariam ac hanc ob rationem in ischuria paralytica senili valdeque rebelli adhibui, stupendo cum successu, ut debito loco palam fiet. (P. IV. Vol. II. de morbis vesicae urinae).

87) Cfr. Cap. XIII. §. LXVI. N. 2.

88) De damno et periculo nucis vomicae lege *Bibl. méd.* 1818. *Fevrier.* p. 196.

89) SIGAUD LA FOND *de l'électricité médicale.* p. 311. JALLABERT *expériences sur l'électricité. Génèv.* 1749. TRESKEN *Tagregister üb. d. Wirkung d. Elektricität, welche sich an e. gelähmten gezeigt hat. Königsb.* 1752. SANS *guérison de la paralysie par l'électricité. Paris.* 1778. NEBEL de paralysi electricitatis ope sanata. Heidelb. 1778. VAN DER BELEN diss. de usu electricitatis in curatione paralysis. vid. Coll. diss. *Lovan.* MAUDUYT in *mém. de la Soc. R. de méd.*

ysi, quae ex affectione singulorum nervorum oriur, commendent.

4. Incipiemus vero therapiam istiusmodi ge- C. paral. nerveae.
eris paralysium, a paralysi, quae ex affectione lexuum nervorum abdominalium pullulat; et uidem 1° a cura *paralyseos saturninae.* Vix herapia illius ab illa colicae saturninae separari otest. Praeter remedia hic indicata, paralysis, olicae effectus, tria potissimum agnoscit auxilia; *lectricitatem, mercurium et balnea sulphurica. Electricitas* praeter auctores supra allatos [90]), speiatim hic commendatur a BANGIO [91]) et VATERLIET [92]). Nunquam ea hac sub rerum positione si sumus. *Mercurius* plurima suffragia sub forna tum *calomel* [93]), tum *unguenti* [94]) collegit. Ad nos quod spectat, recenti neque ad extremum erducto malo, in *balneis sulphuricis* [95]), non neglecto

1777. et 1778. p. 201. — 1782. et 1783. *Vol. I.* p. 66. MERTENS observ. med. Vol. 2. C. 1. DESHAIS diss. de hemiplegia per electricitatem curanda. Montesp. 1749.

90) 3.

91) Act. Soc. R. Havn. Vol. III. N. 10.

92) *Auserl. Abh. f. pr. Aerzte.* 8. *B.* p. 634.

93) BURGER in HORN's *Archiv f. med. Erfahr.* 2. *B.* p. 346.

94) Sic pater meus nonnullos aegros paralysi saturnina laborantes sanitati restituit.

95) Viennae inter tot opifices plumbum pertractantes paralysis saturnina saepe obvenit, unde pluries opportu-

glecto victu nutriente et aëre puro, potissimun auxilium invenimus. Et *nitras argenti* in paralysi post colicam pictonum laudatur [96]. 2° *Paralysis* ex *colica* et *dysenteria*, indiciis inflammatoriis stipata, *venae sectionem*, ut suadent [97], simultaneam ex brachio et pede sano, exposcit Quodsi suspicio saburrarum adhuc latentium vigeret, alvus *rheo* movenda foret. Contra vero si praevia dysenteria aegrum debilitasset, sique i exhaustus omnia signa inanitionis exhiberet, ad *spiritum cornu cervi*, *tincturam succini* et *liquorem mineralem anodynum* Hoffmanni, nec non a *vinum* et diaetam nutrientem, confugiendum [98]. Hic et *balnea martialia*, et potus *aquarum acidularum martialium* locum invenit [99]. 3° *Paralysi ex vermibus et flatibus* consueta opponuntur *anthelminthica* et *carminativa*. Generatim paralyses originis abdominalis remedia exposcunt *al*

vum

nitatem aquarum Badensium stupendum effectum observandi habui. Cfr. Stoll rat. med. P. II. p. 416.

96) Roberts in *the Lond. med. Repository*, *Vol.* 5. 1816 *January*.

97) Chevalier animadversiones criticae in tract. de usu diversar. venaesectionum specier. in Nov. Act Erud. an. 1732. p. 229. Morgagni Epist. anat. §. 24 Fabricius l. c.

98) Fabricius l. c.

99) Lentin *Beob. epidem. Krankh.* p. 65. 90. *Beyträge*. p. 67. Marcard *vom Pyrmonter Brunnen*. *Vol* 2. p. 169. Hufeland *Journ.* 27. *B.* 2. *St.* p. 22.

um sollicitantia, de quo argumento ABERNETHY [100]) egisse non poenitebit. Quae remedia 4° et *parasi febrium intermittentium succedaneae* quadrare videntur, nisi atoniae et inanitionis adsint notae, nisique paralysis diatheseos periodicae adhuc vigentis sit effectus [1]), quo in casu ad *corticem cinchonae* recurrendum foret. — *Paralyses ex vitio topico singulorum nervorum passim in facie et extremitatibus decurrentium* variam prorsus curam exposcunt. Quo recentior morbus, quoque evidentiora neuralgiae et neuritidis signa, eo certior methodi antiphlogisticae, praesertim evacuationum cruentarum localium, successus. Sic paralysin musculorum faciei rheumaticam pluries *hirudinum* ad tempora et retro aures positarum et *diapnoicorum* ope debellavimus. Absente febre, et *sudoriferis* e. c. *tincturae guajaci volatili* [2]) locus est. Nisi haec auxilia sufficiant, *vesicatorium* prope partem affectam, et si agatur de brachio

100) *Surgical observations on the constitutional origin and treatment of local diseases, and on aneurismes.* 3. *ed. Lond.* 1814.

1) Num paralyses periodicae, de quibus fasti medici narrant (MUSGRAVE in *Phisosoph. transact. N.* 242. REMER in HUFELAND's *Journ.* 20. *B.* 3. *St.* p. 88. et SEILER Pr. de paralysi periodica. Vitcb. 1805.) revera ad febres intermittentes pertinuerint, determinare non audeo.

2) JOHNSTON in med. comment. Vol. IX. p. 388. v. *Abh. f. pr. Aerzte.* 10. *B.* p. 418.

chio aut crure, super ipsum membrum paralys detentum ponitur. Si actio diuturnior illâ vesi catorii optatur, *fonticuli*, *setacea*, *cortex meze rei*, *moxa* aliaque irritantia localia praesto sunt Enim vero jam CELSUS [3]) jubet „torpentis mem bri summam cutim exasperare vel urticis cae sam [4]), vel imposito sinapi, sic ut ubi rubere coe perit corpus, haec removeantur.“ Verum tamen haec non ita intelligenda sunt, ac si irritamenta partibus paralyticis indiscriminatim admovere li ceret, ab ista scilicet perversa curandi ratione pluries erysipelas, exulcerationes, oedema partium paralyticarum observavimus. Qua de caussa, quamvis ad paralysin, ex affectione topica nervorum externorum pullulantem, curandam nec supra indicata *ulcera artificialia*, nec frictiones ope *linimenti volatilis* [5]), *camphorae oleo terebinthinae solutae* [6]), *solutione phosphori* [7]), *oleo caje puti*

3) Lib. III. C. XXVII. p. 179.

4) De urticationis in paralysi virtute legantur: ARETAEUS de curat. morb. acut. L. I. C. II. p. 80. Eph. Nat. Cur. Dec. III. an. I. obs. 34. *Hist. de l'acad. des sciences.* 1741. p. 103. HUFELAND *Journ.* 11. *B.* 3. *St.* p. 115. etc.

5) DESAULT, *auserl. chir. Wahrnehm.* 7. *B. N.* 231.

6) SCHUMACHER *med. chir. Bemerk.* 1. *B.* p. 63.

7) Formula REMERI: R. Phosphori grana decem. Olei olivarum unciam semis. Calefiant, donec phosphorus solvatur. Adde adipis suillae unciam semis. Frigefactis admisce camphorae scrupulum unum. D. S. linimentum. (Hoc linimentum aegrum facile adurit, et

puti [8]), *unguento tartari emetici* [9]), *spiritu formicarum* [10]), *tinctura cantharidum* [11]), nec non alia irritantia [12]) reprobemus; attamen mitiorem medendi rationem eligere solemus. Consistit haec inprimis in *fotu* partis paralyticae ope vel *panni lanei sicci* excalefacti, vel *telae ceratae* subtilis, vel *pellis leporinae*, vel *emplastri de galbano crocato*, *saponaceo Barbettii*, *de pice Burgundica* etc. Consistit porro in *frictionibus lenibus* [13]) cum pannis laneis, subfumigio aromatico [14]) imbutis, in *fustigatione* sive *pulsatione* [15]) ipsaque [illegible] in

exulcerat, dosin hinc phosphori valde imminuerem). Quodsi jam usus externus phosphori periculosus sit, quid de illius usu interno dicendum erit? Responsum habetur apud Brera *Riflessioni medico prat. sull' uso interno del fosforo, particolarmente nell' emiplegia. Pavia* 1798. Cfr. Hufeland *Journ.* 1811. *Jan.* p. 78. 80.).

8) Pereboom in *nouv. mémoires de Berlin* ad 1774. p. 391. Thunberg diss. de oleo cajeputi. Upsal. 1797.

9) *Salzb. med. chir. Zeitung.* 1797. p. 295.

10) Eph. Nat. Cur. Dec. I. An. 4. et 5. obs. 128.

11) Andry et Carrère in *Hist. de la Soc. de méd.* v. *Abh. f. pr. Aerzte.* 6. *B.* p. 184.

12) Faciei paralysis irritantibus sanatae exemplum refert Rademacher in Hufeland's *Journ.* 1. *B.* 2. *St.* p. 130.

13) Hinc merito Celsus dixit: „membrum aliquod resolutum ipsius frictione confirmatur." (L. II. C. XIV. p. 89.).

14) P. II. Vol. I. Sect. I. C. 1. §. VI. N. 47. (83.).

15) „Utebantur ad hanc rem veteres ferulis parvis levi-

in *titillàtione* cum penna ànserina [16]), in *balnei vaporosis* [17]), *arenae* [18]), *sulphuris* et in *fotu animalium recenter mactatorum*; quae auxilia ita eligere solemus, ut constanter rigiditatis aut laxitatis musculorum paralyticorum rationem habeamus, ne forte illis pharmaca adstringentia, hi emollientia admoveamus. Si objiciatur: corpus humanum vivum aliter, quam corpora vita destituta, a rebus applicitis affici, respondemus, partes paralyticas, ut mortis imaginem referentes, privilegio partium vivarum minus gaudere. Quod Swietenius jam dudum intellexerat, ubi ait [19]) „Interim tamen haec, (unguenta aromatica), cum pinguibus et oleosis constent, forte *laxabunt* partes jam inde nimis flaccidas; hinc spirituos e

bus, mediocriter junctis, quibus percutiebant partem atrophicam, donec rubere et tumescere inciperet." Swieten l. c. §. 1069.

16) *Case of palsy cured by titillation with some obs. on the effects of titillation on the nervous system. By* I. Wardrop. v. *The Edinb. med. and chir. Journ. Vol.* 8. (Sanata paralysis brachii et manus sinistrae).

17) e. c. ope vaporis spiritus vini accensi. v. Wepfer obs. med. pr. obs. 32. p. 72. Swieten §. 1068. 4. Powell l. c.

18) „Et arenae calidae, et laconici, et clibani, et quarundam naturalium sudationum, ubi a terra profusus calidus vapor aedificio includitur." Celsus L. II. C. XVII. p. 93. Cfr. Baccius de thermis. L. IV. p. 118.

19) l. c. §. 1069.

et vapores illi aromatici videntur praeferendi: pulchrum tamen usum et haec habent, si debito modo applicantur. Solent enim in membris paralyticis flexores musculi, semper validiores musculis extensoribus, propria contractilitate breviores reddi, et articulos in continua flexione retinere, dum simul ligamenta articulorum diuturna quiete fiunt magis rigida: ideo unguenta talia post frictionem, si illiniantur musculis flexoribus et articulis, proderunt; dum simul spirituosis et vaporibus aromaticis emendatur laxitas extensorum, a praevalente contractilitate flexorum per longum tempus distractorum." Absit caeterum, ut istis principiis therapeuticis mechanicis eas postponamus notiones, quas recentiori aevo, vel per anatomiam pathologicam, vel per leges principii vitalis acquisivimus. Inter illas magni momenti censenda notio vitiorum, quae aut in pulpa nervea, aut in neurolemmate, aut in vagina externa nervorum, per *praeviam inflammationem* generantur. Loquimur inprimis de humoribus inter partes illas extravasatis, nec non de adhaesionibus morbosis. Quae si ut caussa paralyseos adesse videantur, *mercurius* ut praecipuum sese exhibet auxilium. Sic aliorum [20]), sic propriae [21]) docent

20) Friderich Pr. de paralysi musculorum faciei rheumatica.

21) Plures aegros paralysi musculorum faciei laborantes hydrargyri ope, addito interdum antimonio, sanavi;

docent observationes. Si *sensibilitatis defectus* nervi cujusdam paralyseos videatur caussa, ut post violentias externas contingere solet, non obliviscendum, *alcalia* virtute extinctam jam jam sensibilitatem reficiendi pollere [22]). Ac re quidem vera forte unguenta *ammoniam* continentia ipsa forteque *alcalia fixa* [23]), forte *balnea cum hepate sulphuris*, per illam virtutem paralysi aliquando medentur. Ex eodem principio vis *electricitatis* [24]), *galvanismi* [25]) (quae in paralysi ex affectione topica singulorum nervorum maxima est quaeque per ipsam membri paralytici frictionem evolvi videtur) et *magnetismi animalis* [26]) (dubia adhuc) explicari posset. Quae quidem singula hypothesium referre imaginem libenter concedimus. Realia magis sunt praecepta, paralysi e praepostere sanatis ulceribus et psora, instaurationem illorum opponendi [27]).

5. Pa-

e. c. R. Pulveris calomel, sulphuris aurati antimonii ââ granum unum. Sacchari grana sex. M. Cap. semel bisve de die talem pulverem.

22) P. II. Vol. I. Sect. I. C. 1. §. VI. 24. p. 128.

23) Stütz in Hufeland's *Journ.* 10. *B.* 4. *B.* p. 49.

24) Steinbuck hemiplegiam et paralysin musculorum faciei unius lateris ope electricitatis sanavit. v. Hufeland *Journ.* 1816. *Jan.* p. 147.

25) De paralysi musculorum faciei cum visus debilitate galvanismo sanata loquitur Thilenius *med. chir. Bemerk.* 2. *Th. Frankf.* 1814.

26) Weinhold *Heilkraft d. thier. Magnetism.* N. 5. 49.

27) Cfr. §. LXI. 2. (100.). Schlegel *Material. f. d.*

5. *Paralysis ex affectione plurimarum partium systematis nervosi ortum ducens, methodum compositam exposcit.* Ad quam methodum, saepe etiam ad temperandam aegrorum eorumque familiarum impatientiam, quin id absolute necessarium sit, confugimus. Quoniam enim rerum medicarum ignari, cur in paralysi faciei et extremitatum originis encephalicae et spinalis auxilia capiti et specui vertebrali, nequaquam vero partibus resolutis applicantur, intelligere nequeant, medicum saepe incuriae accusant, quae accusatio evitatur pharmaca ipsis paralyticis partibus prudenter admovendo. C. paralyseos complicatae.

Caput XIII.

De Tetano et Trismo.

---

§. LXIV.

Definitio. Literatura.

1. Musculorum externorum imperio voluntatis subditorum rigiditas permanens et immobilitas *tetanum* [28]) constituit. Idem morbus ad Definitio.

musculo-

Staatsarzneywissenschaft. I. Samml. N. 8. (scabiei restitutio).

28) Gr. Τέτανος. *Synon.* Rigor seu distentio nervorum.

musculos maxillae inferioris limitatus, oris apertionem impediens, *trismus* [29]) auditur.

Literatura. 2. Tetani HIPPOCRATES clare meminit [30]). Exactissime vero describitur ab ARETAEO [31]). Ulterior hujus aegritudinis notio FERNELIO [32]), maxime vero scriptoribus de morbis regionum tropicarum [33]), exercituum [34]) et observationum chirurgicarum [35]) debetur. Dissertationes et monographiae de tetano et de trismo diligenter elaboratae fuere a KEYSER [36]), FRIDERICI [37]), KRAUS [38]), WERL-

GERM. *Starrkrampf.* GALL. *Tetanos.* ANGL. *Tetanus.* POL. *Kurcz kołowaty.* ROSS. Оцепенѣніе.

29) *Synon.* Spasmus maxillae inferioris, gnathospasmus SWEDIAUERI (a GR. Γνάθος, maxilla) Tetanus maxillae. GERM. *Kinnbackenkrampf.* GALL. *Tic.* ANGL. *Locked-jaw.* POL. *Kurcz kołowaty szczęki niższey.* ROSS. Судорога въ челюстяхъ.

30) De morbis. Lib. III. C. 12.

31) De morbis acutis. Lib. I. C. 6.

32) Universa medicina. Francf. 1574.

33) P. I. Vol. I. Proleg. §. IX. 4.

34) LARREY *mém. de chir. militaire.* MACGREGOR *medical hist. of the British Armies in Spain and Portugall, during the late compaigns.* v. *medico-chir. Transact.* 1815. *Vol.* 6.

35) Locis in curriculo paragraphi citandis.

36) Diss. de rarissimo, nec non gravissimo humani corporis affectu, tetano. Altdorf. 1668.

37) Diss. de convulsione maxillae inferioris. Jen. 1672.

38) Diss. de spasmo cynico. Jen. 1677.

Werlhoff 39), Krüger 40), Brendel 41), Bilfinger 42), Mücke 43), Ackermann 44), Baumer 45), Bajon 46), Trnka 47), Starke 48), Storr 49), Andreas 50), Monro 51), Crochane 52), Stadtmann 53), Patuna 54), Dazile 55), Wil-

 son

39) Pr. de tenellorum convulsione maxillae inferioris, in Comm. Norimb. 1737. hebd. 27. p. 43.

40) Diss. de opisthotono, emprosthotono, et tetano. Helmst. 1754.

41) Progr. de spasmo maxillae inferioris infantilis. Goett. 1755. v. opp. Vol. I. p. 189.

42) De tetano liber singularis theoretico-practicus, monumentis veterum suffultus et obs. rec. propriisque illustr. Lindav. 1765.

43) Diss. hist. tetani nuper observati. Jen. 1770.

44) Diss. de trismo comm. Goett. 1775. Versio: *Abhandl. üb. d. Kenntniss u. Heilung d. Trismus. Nürnb.* 1778.

45) Diss. de tetano. Gies. 1776.

46) *Mém. pour servir à l'hist. de Cayenne et de la Guiane françoise. Vol. I. Paris,* 1777.

47) Commentarius de tetano. Vindob. 1777.

48) Diss. de tetano ejusque speciebus praecipuis. Jen. 1778. Commentatio theoretico-pract. de tetano ejusque speciebus. Jen. 1781.

49) Diss. de trismo. Tübing. 1780.

50) Descr. spasmi maxillaris inter infantes per Hispaniam endemici. App. ad compend. Riverii.

51) Praelect. v. *Abh. f. pr. Aerzte.* 5. *B.* p. 219.

52) Diss. de tetano. Edinb. 1784.

53) Diss. de tetano. Argent. 1785.

54) *Memoria sopra il trismo dei fanciulli recentemente nati. Gorizia.* 1785.

SON [56]), HEURTELOUP [57]), CLERKE [58]), BAUMES [59]) CROOKS [60]), SIEBOLD [61]), BOURKE [62]), JONES [63]) HAUSCOME [64]), CZEKIERSKI [65]), THOMSON [66]) WALROOD [67]), LEMZON [68]), STÜTZ [69]), SCHNEIDER [70]), PASQUIER [71]), VALENTIN [72]), PARRY [73])

LESAI

55) *Observations sur le tétanos. Paris.* 1788.

56) Diss. de tetano. Edinb. 1788.

57) *Précis sur le tétanus des adultes. Paris.* 1789.

58) Diss. de tetano. Edinb. 1791.

59) *V. d. Convulsionen d. Kinder, v. ihren Ursachen, u ihrer Behandlung. A. d. Franz. Leipz.* 1791.

60) Diss. de tetano. Edinb. 1793.

61) Diss. observationes medico-chir. circa tetanum ejusque species praecipuas. Wurceb. 1793.

62) Diss. de tetano. Edinb. 1794.

63) l. c.

64) Diss. de tetano. Edinb. 1799.

65) Diss. de trismo. Francf. 1800.

66) Diss. de tetano. Edinb. 1801.

67) Diss. de tetano. Edinb. 1801.

68) Diss. de trismo neonatorum. Duisb. 1802.

69) *Abhandl. üb. d. Wundstarrkrampf. Stutg.* 1804. HUFELAND's *Journ.* 10. *B.* 4. *St.* p. 3.

70) *Abhandl. üb. d. Kinnbackenkrampf neugebohrner Kinder. Herborn.* 1805.

71) *Diss. sur le tétanus en général et particulièrement sur le tétanus traumatique. Paris.* 1805.

72) *Coup d'oeil sur les différentes modes de traiter le tétanus en Amerique, précédé d'une notice sur les bons effets du solanum Carolinense et du suc d'ail contre cette maladie. Paris.* 1811.

73) *Cases of tetanus and rabies contagiosa or canin hydrophobia, with remarks chiefly intended to ascertain*

Lesaive 74), Dickson 75), Morrison 76), Murat 77), aliisque in curriculo hujus capitis passim citandis.

§. LXV.

Symptomata. Autopsia cadaverum.

1. Aretaeus tetanum extemplo invadere statuit 78). Illi formicationem ad frontem 79) et vertiginem, tensionem nuchae 80), sensum ingratum ad basin linguae, cardialgiam, deglutitionem difficilem praecedere, alii defendunt, quae symptomata, si pro ingruente jam tetano potius quam pro prodromis habueris, vera erit Aretaei sententia. S. prodroma tetani.

2. Quadrabit illa et *trismo infantum*, quem constanter sine prodromis ingruisse vidimus 81). Pro prodromis alii habent alvi obstructionem, inqui- S. trismi infantilis.

the characteristic symptoms of the latter disease in man and certain brutes, and to point out the most effectual means of prevention. Bath. 1814.

74) *Diss. sur le tétanos des adultes. Paris.* 1815.

75) *Observat. on Tetanus.* v. *Medico-chir. Transact. Vol.* 7. p. 2. *Lond.* 1816.

76) *Treatise on tetanus illustrated by a number of cases. Lond.* 1817.

77) *Diss. Essay sur le tétanos traumatique. Paris.* 1817.

78) l. c.

79) Sprengel Instit. medic. Vol. IV. p. 599.

80) §. LXV. 5. (12.).

81) Idem testatur Schneider l. c. p. 13.

inquietudinem, motum tremulum musculorum faciei [82]) et circulum plumbei coloris circa labia [83]).

S. tetani. 3) Tetano, praeviis indicatis signis [84]), evoluto, varia plane et stupenda observantur symptomata. Modo enim universum corpus a capite ad calcem ita riget, ut, si pedes attollantur jacenti, occipiti tantum insistat, non secus ac statua (*tetanus tonicus* [85])); — modo corpus ad anteriora flectitur, ita ut mentum pectori affigatur, genuaque antrorsum vertantur (*tetanus emprosthotonicus*), — modo caput versus occiput inflexum remanet et corpus in arcum postice incurvum tenditur (*tetanus opisthotonicus*); — modo corpus ad latus alterutrum inflexum riget (*tetanus lateralis* [86]), *pleurosthotonus*). *Cutis* musculos rigidos obducens ductilis est et a statu normali minime recedit, praeterquam quod saepe praeviis horroribus vagis intense urat, et sudore madeat. Artuum dolores ejulatus expellunt. *Pulsus* nunc frequens [87]), ple-

82) Fleisch *Handb. d. Krankh. d. Kinder. Leipz.* 1803. p. 264.

83) I. P. Frank Interpretationes Clin. observationum selectarum. Tubing. 1812. p. 372. De trismo infantum Tergesti endemico.

84) 1.

85) Sauvages Nosol. meth. morb. Class. IV. Ord. II. 7.

86) Fernelii Path. Lib. V. p. 372.

87) Well (l. c.) pulsum ab 80. ad 170. vidit. Hinc non semper normalis, ut Hillary et Chalmers declararunt.

plenus, nunc lentus, vacillans, intermittens. *Facies* modo rubet intense, modo livet, modo a statu consueto non recedit, modo risu sardonico, aut spasmo cynico, seu convulsione, quâ utraque gena aures versus retrahitur, deformatur. In plurimis *oculi* caligant, protruduntur, et truculenti admodum adstantes intuentur. *Aures* multis inter se ipsae sonitant. Trismo, quandoque stridente [88]), detenti, voce rauca murmurant. Maxima aegrorum pars mentis compotes sunt [89]). Somnus semper interpellatur, aut tumultuosus est. Frequenter pectus angitur et opprimitur, ac respiratio anhelans et laboriosa fit. Deglutitio ipsius salivae in multis impedita. Ciborum desiderium perstitisse fertur [90]). Alvus et urina (plerumque cum sedimento puriformi [91])) intercipiuntur. Interdum levis dysuria. In viris rigor penis et pollutiones occurrunt [92]). Memorabile est, dum membra tota obrigescunt, flecti tamen posse digitos [93]). Cuncta allata symptomata remissiones et exacerbationes agnoscunt, quae ultimae praecipue spasmo cynico, risu sardonico, palpebrarum constrictione, fronte corrugata, doloreque cardialgico aucto

88) Sauvages l. c.

89) Baumer (l. c.) immerito contenderat delirium ad communia tetani symptomata pertinere.

90) I. P. Frank in puero novem annorum.

91) Richerand *Nosographie chirurgicale. Paris.* 1812.

92) Sprengel l. c. p. 601.

93) Sprengel l. c. p. 600.

aucto insigniuntur [94]), ac a minimo vel movendi, vel loquendi conatu, nec non ab animi pathemate provocantur [95]). Declinante morbo aeger pruritum ad spinam dorsi, ac sensum liquidi inter scapulas ad os sacrum usque depluentis persentit [96]). Caeterum symptomata vario ordine sensim et gradatim imminuuntur, donec sudor universalis isque calidus convalescentiam adducat. Re male procedente, paroxysmi ad se invicem accedunt, remissiones evanescunt, ac sudor frigidus cum convulsionibus vitae finem imponunt. Generatim curriculum morbi quinque vel sex dierum spatio terminatur; potest tamen vel ad plures hebdomadas, quin immo ad plures menses protrahi.

S. trismi infantum. 4. Recens natus, inter tertium et sextum a nativitate diem, ubera avide quaerens, ab oris constrictione sugere impeditur, ac solum pauculum illud lactis, quod nutrix instillat, ad stomachum libere deducit. Oculi turbi, lacrymantes et fixi evadunt. Pupilla dilatata. Vagitus in lamenta permutantur. Respiratio cum angustia et sibilo absolvitur. Pulsus valde creber et parvus. Facies collabitur. Musculi mandibulae inferioris obrigescunt: zygomatico, massetere, temporali

94) Bang Prax. med. p. 349.

95) Callisen Principia systematis chirurgiae hodiernae, Petrop. 1800. Vol. II. p. 124.

96) Pinel *Nosographie philosophique. Paris.* 1811. *Vol.* 3. p. 174.

porali et pterygoideo valde contractis et tumentibus; mandibula inferior ad superiorem attrahitur, labia ita coarctantur, ut nec haec, nec maxillam diducere queat. Interdum et os immobiliter apertum servatur, musculis mastoideis, sterno et mylohyoideis valde contractis [97]. Obrigescit etiam lingua, pharynx constringitur, ut nullo modo vel salivam, spumam coram ore efformantem, aegrotulus deglutire possit. Abdomen inflatur, et alvus durissima. Accedunt spasmi, livor cutis, rigor musculorum colli et dorsi, atque miser vel tetano correptus, vel suffocatus, praeeunte quandoque lucido intervallo, moritur.

5. *Cadavera* tetano et trismo peremtorum obtulerunt: ecchymoses in superficie corporis externa, musculos tumidos, lividos, instar carnis assatae friabiles [98], sanguinem extravasatum in encephalo [99], cerebrum oppletum [100], vertebrarum colli cariem [1], meninges medullae spinalis sanguine turgidas cum sero in specu vertebrali [2], nervos inflammatos [3], saltem laesos in vulnere teta- **Autopsia cadaverum.**

97) Sprengel l. c. p. 602.

98) Richerand l. c.

99) Bang in Act. Reg. Soc. med. Havn. Vol. 3. p. 126.

100) Larrey l. c. Reid in *transact. of the association of physicians* etc. *in Ireland. Dublin.* 1817. *Vol. I.* Schneider l. c. p. 54.

1) Act. Nat. Cur. Vol. II. obs. 98.

2) Reid l. c.

3) Walther *Abhandl. aus d. Gebiethe d. Medicin, be-*

tetanum excitante [4]), inprimis si gangraena nervorum velamenta aggrediatur [5]); nervum vagum sinistrum ad oesophagum ossificatum, aculeatum [6]); glandulam trachealem ossificatam, prope eam [7]) ossiculum pungens ex glandula indurata enatum et in nervum intercostalem adactum [8]), ossiculum nervum infraorbitalem laedens [9]), inflammationem laryngis [10]), ossificationem pleurae [11]), abscessum pulmonis sinistri cum diaphragmate concreti [12]), cor rigidum *).

§. LXVI.

sond. Chirurgie u. Augenheilkunde. 1. *B. Landshut* 1810.

4) Jacobi in Hufeland's *Journ.* 15. *B.* 4. *St.* p. 74.

5) Michaelis v. Arnemann's *Magazin.* 1. *B.* p. 387.

6) Meyer *Samml. med. Beobachtungen.* p. 671.

7) Vetter *Aphorism. aus d. pathol. Anatomie.* 1. *Th.* p. 131.

8) Observatio patris mei in puero.

9) Altera observatio patris mei in puero, qui a lapide impacto contusionem ad os maxillae superioris perpessus est et ex tetano post triduum decessit.

10) Coxe in Philadelph. med. museum. Vol. I. N. 1. p. 57. v. *Abh. f. pr. Aerzte.* 22. *B.* p. 252.

11) Meyer l. c. p. 676.

12) Horologiarius in laboribus officii sui perficiendis, instrumentum ferreum acutum inter costam sextam et septimam lateris sinistri sibi in cavitatem pectoris intrusit. Extracto licet instrumento laedente, peripneumonia sputo cruento stipata secuta est, huncque phthisis pulmonalis, quo morbo jamjam conclamato in nosocomium civicum Vindobonense an. 1798. illatus curae meae commissus est. Praeter consueta nefandae aegritudinis

§. LXVI.

C a u s s a e.

1. Praedisponunt ad tetanum et trismum regio calida [13]), maritima [14]), aër corruptus, praecipue nosocomiorum [15]), cubiculorum infantilium, puerperarum, decubitus supinus diuque protractus [16]) et mala corporis nutritio [17]).

C. praedisponentes.

2. Excitatur tetanus et trismus utplurimum a vulnerationibus, maxime iis, quae cerebro, medul-

C. excitantes.

symptomata, *singultus*, praesertim post pastum, urgebat. Ultima vitae hebdomade aeger de rigore colli conquerebatur, quem triduo ante mortem *Opisthotonus* secutus est. Simile exemplum in phthisica Vilnensi observavi. Affectio nervi phrenici haec phaenomena perbelle explicat.

*) Larrey *Rélation de expédition de l'armée en Egypte. Vol. II.* p. 45.

13) Cfr. l. c. in §. LXIV. 2. (33.) tetanum et trismum haud raro in Italia, rarius in Germania et rarissime in Rossia vidi. Frequentissime obveniunt post operationes chirurgicas in climatibus calidis. Dazille *obs. sur les maladies des climats chauds* etc.

14) Bajon l. c. aliter sentit Dazille l. c.

15) Theden *neue Bemerk. u. Erfahrungen.* 1. *B. N.* 24.

16) Ex Cap. I. §. III. 6. (5.) elucet, decubitum supinum, diuturnum, morbis columnae vertebralis favere, moxque infra demonstrabitur, tetanum saepe ex affectione medullae spinalis proficisci.

17) Steegmeyer in *Abhandl. d. K. K. Josephs-Akademie.* 2. *B.* p. 418.

dullae spinali, nervis [18]), musculis, tendinibus [19]), aponeurosibus [20]) et articulis [21]) infensae sunt, et a partium vulneratarum medendi ratione nimis irritante [22]). Sic tetanus et trismus adultorum [23]) observatus est, a vulnere frontis [24]), capitis [25]), musculi temporalis [26]), faciei [27]), oculi [28]), a laesione maxillae sub extractione dentis [29]), a dentium

18) Puncturam nervorum tetanum excitare jam ARETAEUS (Acut. L. I. C. 6.) animadverterat.

19) DUFOUART *analyse des blessures d'armes à feu.* 2. *Part.*

20) ODIER *Manuel de médecine pratique.* p. 189.

21) LARREY l. c.

22) LESAIVE l. c.

23) De trismo recens natorum mox infra speciatim sermo erit. (Animadverto praeterea, citationes simplices hic tetanum respicere; nam ubi caussa allata *trismum* producit, in parenthesi id citationi additur).

24) LA BILLARDIERE *Reise nach d. Südmeer.* 2. *Th.* p. 194. PLOUCQUET Repert. art. Tetanus.

25) FABR. HILDANUS Cent. V. obs. 9. STEIDELE *Samml. v. Beobachtungen. N.* 2. 11.

26) HALLER bibl. chirurg. Vol. I. p. 267.

27) WRIGHT in *medical obs. and inquiries, Vol.* 6. *Journ. de méd. continué. T. XVII.* p. 195.

28) Nov. act. Nat. Cur. Vol. I. obs. 53. GEACH in *Phil. Transact. Vol.* 53. p. 254. (trismus). Ab extirpatione oculi (trismus) describitur in *Salzb. med. chir. Zeitung.* 1791. 13. *B.* p. 220.

29) RUSH in *Transact. of Philadelphia. Vol. I. P. I. N.* 3. (trismus).

tium peregrinorum [30]) vel artificialium [31]) insertione, a dentitione difficili [32]), ab expressione parvi steatomatis sub mento [33]), a perforatione auriculae [34]), a violentia ossibus nasi illata [35]), a laesione infra cervicem [36]), a setaceo nuchae [37]), a dorsi ictu [38]) et levi vulnere [39]), a lapsu super lumbos [40]), a concussione spinae [41]), a verberibus tergo inflictis [42]), a *colli* vulnere [43]), a spina piscis in larynge [44]), a castanea in pharynge [45]), a mam-

30) Lupin apud Ackermann l. c. p. 71. (trismus).

31) Manget in *med. Comment. v. Edinb.* 1. *B.* p. 355. (trismus). Odier l. c. p. 189.

32) Hufeland *Bibl.* 3. *B.* 2. *St.* p. 47. 66.

33) Andrée in *mem. of the med. Soc. of Lond. Vol.* 6. *App.*

34) Hufeland *Journ.* 23. *B.* 3. *St.* p. 210. (trismus).

35) Penada in *memorie della Soc. Italiana. Vol.* 10. *N.* 2.

36) Hippocrates Ἐπιδημ. L. V. N. 47.

37) Walther *Abhandl.* 1. *B.* p. 324. (trismus).

38) Lupin hist. morborum difficilium. N. 49.

39) Portal *Cours d'Anatomie méd. T. IV.* p. 267.

40) Wróblewski in *Pamiętnik Towarzystwa Lekarskiego Wilenskiego. T. II.*

41) Stoll ratio medendi. Vol. I. §. 298.

42) Wróblewski l. c. (una ex tetani caussis inter milites).

43) Binninger Obs. Cent. 4. N. 75.

44) Larrey l. c. et *Abh. f. pr. Aerzte.* 22. *B.* 1. *St.* p. 22.

45) Guattani de aneurysmatibus (trismus).

a mammae extirpatione [46]), a dilaceratione musculi pectoralis magni [47]), a laesione scapulae [48]), ab operatione tumoris subaxillaris [49]), ab illa empyematis [50]), ab umbilici vulnere [51]), a herniotomia [52]), ab abortu [53]), partu [54]), castratione [55]), ab apertione bubonis syphilitici [56]), ab illius erosione per calcem vivam [57]), a vulnere sclopetario

46) Boerhaave Praelect. de morb. nerv. T. I. p. 70. Schmucker *Wahrnehmungen.* 2. *B. N.* 6. Klein *chir. Bemerk.* p. 252. (trismus). Brückmann in Horn's *Archiv f. med. Erfahrung.* 1811. *Jan.* p. 1. (trismus).

47) Dupuis in *Act. de la Soc. de Lyon.* 1801.

48) Elser in *Salzb. med. chir. Zeitung.* 1807. p. 23.

49) Mursinna *Journ. f. d. Chirurgie.* 1. *B.* 1. *St.* p. 112. 126.

50) Lefaucheux in *Journ. gén. de méd. T.* 21. p. 61. (trismus).

51) Bajon in *Journ. de méd. T.* 30. p. 408.

52) *Breslauer Samml.* 1719. 1. *B.* p. 93. (trismus). Callisen in Act. Reg. Soc. med. Havn. Vol. II. N. 1. (trismus, dum omentum cum caustico tostum fuerat). Hey *prat. obs. chap.* 3. (trismus).

53) Archigenes apud Aetium. Tetr. II. L. 2. C. 39.

54) Forestus L. X. obs. 112. (trismus). *Breslauer Samml.* 1726. 2. *B.* p. 632. (trismus).

55) Cavallini *collezione di casi chirurgici. T.* 2. Morand *vermischte Schrift.* p. 341. Mursinna *Journ. f. die Chirurgie.* 1. *B.* 1. *St.* p. 124. Sabatier in *mém. de l'Instit. nat. des sciences. An. VI.* p. 179. (trismus). Plenk *Samml. v. Beobacht.* 2. *B.* (trismus).

56) Stoll. rat. medendi. Vol. I. p. 297. (trismus).

57) Baldinger *Journ.* 20. *B.* p. 42. (trismus).

rio glutaeorum [58]), a luxatione pollicis [59]), ab acu brachio infixa [60]), a manus amputatione [61]), ambustione [62]), ex morsu illius a muliere irata [63]), a venaesectione [64]) post operationem aneurysmatis brachii [65]), ab indice contrito [66]), a contusione primae phalangis digiti minimi [67]), post laceratum [68]), abscissum digitum [69]), a levissimo illius [70]) et brachii [71]) vulnere, a pedis contusione [72]), a clavo [73]), vel festuca [74]) pedi infixa, a calcis

58) Wild in Loder's *Journ. f. d. Chir.* 4. *B.* p. 471.

59) Hippocrates l. c. N. 74. 75. 76.

60) Hossak in *med. Repository*. 1800. v. Kühn *Repert.* 4. *B.* p. 635.

61) Bellot in *Journ. de méd. continué. Vol.* 2. p. 416.

62) Bonhomme in *recueil périodique. T. X.* p. 162.

63) Select. med. Francf. T. II. p. 147.

64) Forestus L. X. obs. 118. Schenk obs. L. I. N. 250. Benevienus de abditis morb. caussis. C. 48. De la Roche in *Journ. de méd. T.* 40. p. 213.

65) Callisen in Diss. de vulneribus arteriarum in genere. Havn. 1786.

66) Buisterset in *Journ. de méd. continué. Vol.* 5. p. 103.

67) Elser l. c. p. 18.

68) Matussiere in *Journ. de méd. Vol.* 14. p. 453.

69) Fabr. Hildanus Cent. III. obs. 94.

70) Farr in *med. Bemerk. u. Untersuchungen.* 4. *B. N.* 7.

71) Henckel *N. Anmerkungen.* 2. *B.*

72) Morgagni de sede et causs. morborum Epist. LIV. art. 49. Siebold *Chiron.* 1. *B.* p. 329.

73) Nov. Act. Nat. Cur. Vol. I. obs. 6. Bellot l. c. p. 415. (plantae pedis). Clarkson in *transact. of Phi-*

calcis vulnere [75]), a fractura tibiae [76]), patellae [77]), ab incisione pedis gangraenosi [78]), a pernionibus pedum sphacelatis [79]), ab operato circa genu tumore cystico [80]), a genu laesione [81]), a laesione tendinum pedis [82]), inprimis Achillis [83]), a fractura cruris [84]), femoris [85]), pedis [86]), a morsu vi-

perae

ladelphia. Vol. I. P. I. N. 5. Collome *med. chir. Werke. obs.* 30. *Journ. de méd. T.* 58. p. 57. Matussiere l. c. p. 462.

74) Nov. Act. N. C. Vol. V. obs. 40. *Breslauer Sammlung.* 1718. 2. *Th.* p. 1896. (lignea), l. c. Buisterset p. 102. (festuca vitri plantam pedis vulnerans). Congrigham in *mem. of the med. Soc. of Lond. Vol. II. N.* 11.

75) Brown in *med. Repository. Vol.* 4. *N.* 4. *Art.* 2.

76) Chavasse in *med. Comment. v. Edinb.* IX. p. 84. Cfr. Haen rat. medendi. P. VI. C. 4. §. 9. Hochstetter Dec. V. C. 6. Vimont in *Recueil périod. de la Soc. de méd. de Paris. N. XXIX.*

77) Langenbeck *Bibl. f. d. Chirurgie.* 3. *B.* p. 64.

78) Hopfengaertner in Hufeland *Journ.* 1. *B.* p. 550.

79) Stoll rat. medendi. Vol. I. p. 297. (trismus).

80) Buisterset l. c. p. 104.

81) Mücke l. c.

82) Chalmers *on the weather and diseases of South-Carolina.* p. 23.

83) Bilguer *Wahrnehmungen.* p. 489. (trismus).

84) Parkinson in *med. chir. Transact. by the med. and chir. Soc. of London. Vol. II.* p. 23.

85) Winslow in Collect. Soc. med. Havn. I. Vol. N. 35.

86) Maunoir in *Journ. de méd. continué. T.* 18. p. 195. (trismus).

erae [87]), crotali horridi [88]), galli [89]), canis [90])
t animalium rabidorum [91]). Quae singulae lae-
iones eo facilius tetano et trismo ansam porri-
ere solent, quo magis cum indicatis caussis prae-
isponentibus conveniunt, aut cum aliis caussis
xcitantibus (quae et per se affectiones tetanicas
xcitare valent) societatem ineunt. Hujuscemodi
int refrigerium [92]), praecipue susceptum dor-
iendo super solum humidum [93]), flumen per-
idendo [94]), vel sub actu submersionis [95]), inso-
latio

87) Alexander in *med. Comment. v. Edinb. II. Dec.* 4. *B.* p. 46. (trismus).

88) Massie *experimental inquiries into the properties of the polygala Senega.* v. Valentin l. c. p. 139. (trismus).

89) Ephem. Nat. Cur. Dec. III. An. 3. obs. 107. (trismus).

90) Fritze in Horn's *Archiv f. med. Erfahrung.* 1816. p. 304. (trismus).

91) Rossi in *mém. de l'acad. des sc. de Turin.* *T.* 6. (trismus).

92) Riverius, Bontius, Rush, Wright, Bajon, Chalmers, Larrey, etc. etc. Ex mamma cancro aperto laborante refrigerata trismus describitur in *the Lond. med. and phys. Journ.* 1818. *Novemb.*

93) Avicenna l. c. C. 8.

94) Auditor quondam meus Dr. Meyer, An. 1817. die 21. Mart. emprosthotonum in duobus fratribus vidit, quorum natu major 17. annos, minor 14. numerabat. Rustici hi lignis in aliena sylva caedendis et colligendis intenti, ac profuso sudore madidi, cum a custodibus nemorum deprehensi et prosecuti fuerint, fu-

latio [96]), aestuatio [97]), menstrua aberrantia [98]), epistaxis suppressa [99]), ira [100]), terror [1]), datura stramonium [2]), cicuta aquatica [3]), opium [4]), nux vomica [5]), mercurius [6]), vitia gastrica [7]), vermes intesti-

gam tentando ad rivulum perducti illud pervadere de-buerant. Quo superato cum cursum renovaverint, natu minor circiter quinquaginta adhuc passus, major vero centum fere absolvit, ad quam metam perducti ve-luti exanimes et emprosthotono correpti humum pro-sternebantur. (*Pamiętnik Towarzystwa med. Wilen-skiego. T. II.*)

95) Hawes *Abhandlungen der Lond. K. Gesellschaft zur Rettung Verunglückter und Scheintodter.* p. 145.

96) Wright in *medical observations and inquiries Vol.* 6.

97) Currie in *memoirs of the med. Society of London Vol.* 3. p. 147.

98) Bierling, medicus. p. 737. Boennecker *Franc. Samml.* 6. *B.* p. 21. *Edinb. Versuche u. Bemerkungen* 5. *B.* p. 43.

99) Carron in *Journ. général de méd. T.* 20. p. 366.

100) Eph. Nat. Cur. Vol. II. obs. 158. (trismus).

1) Bierling l. c. p. 735. Hansa in Hufeland *Journ. der pr. Heilk.* 2. *B.* p. 370. Piderit *prakt. Annalen* 2. *St.* p. 206. Ramel *Journ. de méd. T.* 75. p. 421

2) Kaaw Boerhaave Impetum faciens. p. 282.

3) Wepfer histor. cicut. aquat. p. 7. 8. (trismus).

4) Delacroix in *Journ. de méd. T.* 39. p. 313. (tris-mus). Meglin in *Journ. de médec. continué.* 181 *Nov.* p. 359. Valentin l. c. p. 140.

5) Sub illius usu saltem rigiditatem tetanicam extremi-tatum paralyticarum vidi, observaruntque alii.

6) Act. Nat. Cur. Vol. II. obs. 158. (trismus). De Ha

ntestinales [8]), ulcus siccatum [9]), zoster fuga-us [10]), erysipelas retropulsum [11]) et febres [12]). *Trismus et tetanus recens natorum* a variis caus-is derivandus. Prima omnium *impuritas atmo-phaerae.* Est enim trismus et tetanus recens na-orum morbus inter nationes semi-cultas [13]), nec

Kk 2 non

rat. med. P. X. C. 4. N. 7. (item) Observ. clin. in Nosoc. Warsow. Fasc. II. p. 53. (item). Carron in *Journ. général de méd.* 1811. *Juin.* p. 133.

7) Bartholinus hist. anatom. Cent. III. hist. 24. (ab anguilla comesta). Michaelis *med. pract. Biblioth.* 1. *B.* 2. *St. Anhang.* Gay in *Journ. de médecine par* Corvisart 1812. *Sept.* (Ingesta nimia).

8) Schenk Obs. L. III. N. 20. Heister *Wahrnehmungen.* 1. *B.* p. 172. *N.* 372. Laurent *mémoire clinique sur le tétanus des blessés. Strasb. An. V.*

9) Taranget in *Journ. de méd. T.* 87. p. 341.

10) Henke in Horn's *Archiv f. med. Erfahr.* 2. *B.* p. 30.

11) Collin obs. circa morbos acutos et chronicos. P. IV. C. 4. Cas 6. (trismus).

12) Hippocrates Ἐπιδημιων. VII. Autenrieth ad Rush *Beschreibung d. gelben Fiebers.* p. 465. Hoffmann Consult. Cent. I. N. 55. (trismus). Cfr. *Journ. de méd. continué. T.* 37. p. 182.

13) Barbados (Hillary), Cayennae (Bajon), in Carolina meridionali (Chalmers) et in Islandia (omnes infantes insulae islandicae Westmann-Eyer trismo (vulgo *Ginklope*) perire, ita ut incolae non aliter quam per advenas resarciri possint, narrat Sir George Steward Mackenzie (*Reise durch die Insel Island im Sommer* 1810. *Weimar.* v. *Anhang*).

non inter inferiores civium ordines [14]) maxime obveniens. Communissimus quondam erat trismus inter infantes judaeos Vilnenses [15]) utriusque sexus, nunc autem, quo tempore *incipiunt* puritati magis studere ac cubicula ampliora inhabitare, morbus de die in diem rarior evadit. Nullum cum *circumcisionis* opere is nexum agnoscit, cum sine discrimine sexus, et ante octavum diem, quo tantum illa operatio in pusionibus institui solet, obveniat. Caeterum laesiones corpusculi tenerrimi pusionum posse trismum excitare, illorum docent testimonia, qui ut caussas hujus morbi *compressiones capitis sub partu* [16]) *frenuli et linguae lacerationem* [17]), et *funiculi umbilicalis laesionem* et *ligaturam incongruam* [18]) e

14) e. c. Galliae meridionalis (Baumes), in Hispania (Andreas). Cfr. Schneider l. c. p. 718.

15) Sic testatur medicus Vilnensis senex Dr. Liboschitz

16) Schneider l. c. p. 16.

17) „In modum, quo obstetrices nostrates post partum cum prolibus procederent, inquirens, mox expertus sum: quod, usu hac in civitate (Tergesti) ambiguo inscìae illae mulieres recens nati infantis ori digitum unguibus armatum inferre, et *linguae frenulum cum impetu lacerare solent*, credentes nimirum quod absque tali auxilio nec ubera sugere nec verba quondam articulate proferre puer valeret.“ Reuss apud I. P. Frank Interpr. Clin. l. c. Reussii opinionem jam Pa-tuna defenderat (l. c.).

18) La Fosse *Avis aux habitans de St. Dominique* Bertram in *Transact. of Philadelphia. Vol. I. N.* 22

et *putredinem* [19]) incusant. Errant vero caussas istas exclusive stabiliendo [20]). Experientia enim multiplici edocti sumus, trismum recens natorum quoque a *refrigerio*, e. c. si puerperae curandae gratia, exclusus foetus negligatur, si St. Baptisma in Ecclesia nimis frigidum aut cum aqua gelida fiat [21]), et maxime per balnea pusionum, in cubiculis frigidis peracta [22]), ortum ducere. — Forte *Tergestum* aliaeque urbes maritimae ob id trismum infantilem frequentius exhibent, quod praeprimis mutationibus temperaturae, iisque repenti- nis

25. Morand *Vermischte Schriften*. 2. B. Rahn *Magazin*. 3. B. 1. St. Colles *Report of the R. infirmary of Dublin*.

19) Nottbeck Diss. de tetano recens natorum. Goett. 1793.

20) Hoc sub respectu I. P. Frank, Reussii opinionem, et Labutt illam Collesi omni jure refutant (v. Labutt in *the Edinb. med. and surg. Journ. April* 1819. p. 216.). Interea veritas in medio latere videtur.

21) Mauriceau *Obs. sur la grossesse et l'accouchement*. *T. 2. obs.* 422. Brouzet *de l'éducation méd. des enfans.* Cf. I. P. Frank *System e. vollständ. med. Polizey*. 2. *B.* p. 215. Ploucquet *Abhandl. üb. die gewaltsam. Todesarten*. 2. *Aufl.* p. 380. *Delle numerose morti dei bambini, dissertaz. acad. dal* St. Verardo Zeviani. Roose *Beytr. z. öffentl. u. gerichtl. Arzneyk.* 1. *St.* 1798. p. 1, 20. Schneider op. c. p. 19.

22) Hanc meam opinionem Dr. Wróblewski, carissimus quondam meus auditor, nunc medicus Vilnensis laudatus, plurimis observationibus propriis nuper confirmavit.

nis admodum, subjiciuntur [23]). Praeterea nec *fumus in tuguriis nigritarum* [24]), nec *meconium* [25]), nec *ira gravidarum* [26]) ex aetiologia trismi recens natorum excludi debent.

C. proxima. 3. Hypothesium circa tetani et trismi *caussam proximam* curiosi SPRENGELIUM [27]) et STÜTZIUM [28]) adeant. Ni fallimur, ex stimulo systematis nervosi partem unam alteramve continuo irritante, musculi inde dependentes, morbose contracti, voluntatis imperio subtrahuntur, donec vel stimulus ille cesset, vel exhausta, tum sentiendi nervorum, tum sese contrahendi musculorum, facultate, mors ingruat. Stimulus musculorum, morbosam contractionem efficiens, variae plane indolis esse videtur. Si enim ex sectionibus cadaverum et ex consideratione caussarum exci-

23) „A solo quidem aëre maritimo trismum endemicum sub coelo calido produci minus est probabile (DAZILE l. c.); sed cum a tergo saxoso fere igneo, et a splendente maris unda, solis radii unum quasi in punctum undique circumscriptum concentrentur, *aërisque magnae simul vicissitudines conspirent*, nil nobis ad tetanum vel spasmum maxillae in tenerrima nascentis hominis aetate producendum, deesse videtur." I. P. FRANK l. c. p. 378.

24) CLARKE *on the yellow fever. Append.*

25) PELARGUS *med. Jahrgänge.* 3. *B.* p. 290. CHALMERS, RUSH l. c.

26) SCHNEIDER l. c. p. 24—28.

27) Op. c. p. 606. §. 524.

28) Op. c.

excitantium judicare licet, accusandae sunt: 1° res *inflammationem* pulpae nerveae vel meningum aut saltem *congestiones cruentas* circa has partes excitantes, e. c. laesiones externae, corpora peregrina in corpus humanum intrusa, vitia gastrica, vermes, rheuma, arthritis, metastases, plethora; 2° *effectus inflammationum*, ut liquores extravasati, abscessus, ossificationes etc. et 3° *stimuli principium vitae exhaurientes*, e. c. venena vegetabilia, animi pathemata violenta etc., quae singulae noxae eo citius aegrotum praecipitant, quo minus pabulum vitae ab aëre puro cibisque nutrientibus suppeditatur. Sed properemus ad diagnosin.

§. LXVII.

Diagnosis. Prognosis.

1. Characteres tetani et trismi ita expressi sunt, ut, si *indurationem textus cellulosi*, *catalepsin* et quandoque *rabiem caninam* excipiamus [29]), cum nullo alio morbo confundi possint. Quis

Difficilis confusio.

29) De hoc argumento plurima in capite de rabie canina (P. IV. Vol. II. Sect. II.); interea sequens observatio sufficiat. Die 3. Augusti 1808. ad pauperrimam feminam finem suburbii, *Zarzecz równe pole* dictam, inhabitantem, cujus infans initio mensis Julii ejusdem anni ex rabie canina cum hydrophobia defunctus erat, accersitus fui. Mater nunc trismo, cum sensu constrictionis ad guttur et tensionis ad nucham, non sine opisthotoni ingruentis indiciis, a triduo laborabat.

Quis enim *rheumatismum acutum universalem* [30]) ob id, quod aeger statuae instar decumbere coga-tur, pro tetano habere posset, cum immobilitati caussa hîc evidenter in statu inflammatorio arti-culorum et musculorum locata sit? Quisne cum trismo confunderet impeditam facultatem maxil-lam inferiorem diducendi, ex adhaesione morbosa interioris partis genarum cum gingivis post in-flammationem cavitatis oris, praecipue mercuria-lem *)?

Distinctio tetani ab indur. text. cel-lulosi.

2. *Induratio textus cellulosi* [31]) differt sequen-tibus a *recens natorum tetano* [32]),

Indu

Porrectum quidem potum bibere non poterat, at no abhorrebat. Et aëris afflatum non solum non timeba sed quaerebat potius. Nec a propria prole, nec ab ani mali rabido morsa erat. At vero ante duas hebdomada a contusione vulnus ad crus sinistrum accepit. Pos paucas horas obiit. Num ex rabie canina? num e simplici trismo, ulceris cruris effectu? Fere ultima adhaererem opinioni.

30) P. I. Vol. II. C. XLIV. §. CLXXXIV. 2. p. 626.

*) *Trismus capistratus* Sauvagesii. Hujus generis si dictus trismus, quem Hazon post salivationem de scripsit, fuisse videtur. (*Journ. de méd. T. XIV* p. 249.).

31) l. c. C. XLIII.

32) Lodemann in Hufeland's *Journ.* 1810. 10. *St* p. 57.

Induratio textus cellulosi.	*Tetanus recens natorum.*
1. Rigiditas in *cute.*	1. Rigor in *musculis.*
2. Cutis partibus subjacentibus adeo firmiter adhaeret, ut *moveri haud possit.*	2. Cutis super musculos *moveri potest.*
3. Articuli membrorum *flecti possunt.*	3. Articuli membrorum *flecti non possunt.*

Caeterum quam olim hos inter morbos affinitatem statuimus [33]), cuique dein renunciavimus [34]), hanc iterum revocamus. Eadem enim caussa, quae dum nervos systematis dermoidei afficit, indurationi textus cellulosi ansam porrigit, haec dum nervos systemati musculorum dicatos aggreditur, tetanum generare videtur; de quo argumento mox plurima infra.

De catocho Galeni et distinctione a catalepsi.

3. GALENUS morbum, qui tetani rigiditatem imitatur, sub nomine *catochi* statuit. Teste SAUVAGESIO [35]) differunt hi morbi inter se 1° quod catochus chronicus sit et diuturnus, tetanus vero acutus, et 2° quod in catocho nulla pectoris vehemens agitatio et respirandi difficultas observetur, quae magna est in tetano. Si vero perpendamus GALENUM dixisse [36]): „jacebat studio-

33) *Reise nach Paris, London* etc.

34) Op. praesentis l. c. §. CLXXX. 3. p. 622. (23.).

35) Class. morb. IV. Ordo II. VIII.

36) Comment. in Prorrhet. HIPPOCR.

studiosus quidam veluti lignum rigidus et extensus, *oculis apertis immobilibus, obscure audiebat, et aphonus erat*" eo magis suspicio aegrum potius catalepsi quam tetano laborasse oritur, cum ex Fehr 37) audimus, malum illud periodice recurrisse. Praeter periodicum autem recursum, catalepsis a tetano et in eo differt, quod ibi membra ad omnes inflexiones recipiendas conservandasque idonea sunt 38), hic autem plane rigida.

De origine tetani et trismi. 4. Si perpendamus, paris quinti nervorum *cerebri* ramum tertium musculis maxillae inferioris prospicere, — laesionesque *capitis* saepe trismum et tetanum gignere; dubitare haud licet, hujusmodi morbos *originem encephalicam* quandoque agnoscere. Huc potissimum trismus recens natorum, trismus tetani nuncius et socius spectare videntur. Enim vero cum paris quinti nervorum cerebri ramus secundus radicem nervi intercostalis largiatur, propagatio affectionis tetanicae a maxilla inferiori per universum corpus facile intelligitur. — Ex altera vero parte quoque elucet, quantum irritationes *plexuum nervorum abdominalium* per vermes, vitia gastrica, herniotomiam, vulnera abdominis et extremitatum, praecipue inferiorum (nexum tantum cum plexibus mesentericis et solari alentibus 39)), ad morbos

37) Collect. academ. T. III. p. 456.

38) P. II. Vol. I. Sect. I. C. XIV. §. LIX.

39) C. XII. §. LXII. N. 5.

bos, de quibus sermo est, excitandos conferre debent. Quamobrem et *tetanum trismumque originis abdominalis* statuimus, quin cum Crossio hos morbos in genere ex affectione ventriculi et illius nervorum derivemus [40]). Communissima caeterum origo tetani, praesertim opisthotoni et emprosthotoni, *medulla spinalis* est; quam opinionem et Reid [41]) defendit. Neque id mirum, si in memoriam revocemus: quod nervi qui musculis cervicis, dorsi, lumborum, abdominis et extremitatum provident [42]), quique maximam in indicatis morbis scenam ludunt, exclusive fere a medulla spinali proficiscuntur. Cum *nervi systematis cutanei* ex eodem fonte pullulent, verisimile est, *indurationem textus cellulosi* (morbum non semper recens natorum [43])), quoque ex affectione medullae spinalis emanare, atque cum tetano originis spinalis maximam alere affinitatem. Differre enim videntur solum in eo, quod in induratione textus

40) *The Lond. med. and phys. Journ. publish. by* Fothergill. 1817. *Jan.*

41) Ibidem.

42) C. 1. p. 1. 2.

43) „Adolescentula Neapolitana an. 1752. cutim colli, dein faciei, demum totius corporis sibi indurari sensit, ita ut corium siccum, vel corticem ligneum firmitate aemularetur, anno aetatis decimo septimo nondum erat menstruata, caeterum sana.“ Curzio *raro e stravagante morbo.* v. Sauvages Nosol. morb. Class. IV. Ordo II. VIII. 3. Catochus cutaneus.

textus cellulosi *nervi systematis cutanei*, in tetano vero *nervi systematis musculorum* patiuntur. Posse vero nervos hujusmodi *separatim* affici phaenomenon, cujus in tractatu de paralysi mentionem injecimus 44), docet, videlicet quod nunc sensus sine motu, nunc motus sine sensu, amitti possit. Postremo extat tetanus, cui *affectio singulorum nervorum* ortum praebet, affectio scilicet quae ex vulneribus, ulceribus systematis dermoidei partiumque subjacentium, nec non ex suppressione operis transpirationis, secretionum habitualium in cute, gignitur. Sicuti enim affectiones medullae spinalis, quae *originem* nervorum systematis dermoidei et musculorum laedunt, tetanum excitare valent, ita etiam affectiones cutis et musculorum, quae *fini* nervorum spinalium infensa sunt. Dubitare etenim haud licet, similem plane nexum inter centrum et peripheriam, quam inter peripheriam et centrum exstare. Caeterum per se patet, tetanum et trismum, ex affectione singulorum nervorum vel abdominis ortum, semper vel ad *encephalicum* vel ad *spinalem* pertinere, cum illorum morborum ortus, quin cerebrum aut medulla spinalis afficiatur, nequidem cogitari possit. Quae singula si colligantur, apparet: tetanum et trismum esse originis, modo *encephalicae*, modo *abdominalis*, modo *spinalis*, modo *nerveae*. Quibus speciebus eritne et altera addenda

44) Cap. XII. §. LX. N. 2.

enda, tetani scilicet, ex vitio, ut dicunt, dynaiico *totius* systematis nervosi pullulantis? Quoiam plurimae caussarum, quae *partem* systematis ervosi afficiunt, e. gr. plethora, rheuma, inaniio, venena etc., et *totum* afficere possint, neutiuam intelligimus, cur tetani ex affectione *uniersi* systematis nervosi emergentis existentia neanda foret.

5. Interea tetanus et trismus frequentissime x vi *parti* systematis nervosi illata oritur — *raumaticus* dicendus. Mirum est, effectum hic aussam sero admodum sequi. Constat enim teanum et trismum post laesiones non illico, sed lerumque vulneribus jam jam sanationem attinentibus ingruere. Quamobrem a multis potius erum positiones accidentales, (aër nosocomiais [45]), diaeta stricta, frigus vulneribus deligatiois tempore admissum, humorum ex protracta uppuratione, vel ex haemorrhagiis jactura, vis olorum, timor operationum chirurgicarum et nortis), quam laesiones systematis nervosi accuantur. Nec ipsa *vulnerum sanatio* hic praeteridenda est. Ni enim fallimur, omne, quod diu pertum manserat vulnus, inprimis si abunde uppuraverit, dum derepente dein sanetur, suppressae excretionis habitualis culpa nervis injuriam nfert. Sic quantum vulneris a canis rabidi morsu excitati diu protracta suppuratio nervis prospiciat, et

De indole tetani et trismi.

45) Legi meretur Sprengel l. c. p. 605.

et evolutioni hydrophobiae rabiosae obstet, neminem latet. Praeterea si aeger vulneratus, antea quadam labe e. c. syphilide, arthritide mulctatus fuerit, nonne expectandum, vulnus characterem simplicem amittere, illum labis latentis induere summasque in cura cautelas exposcere [46]? Praeter traumaticum et *inflammatorium*, *rheumaticum*, *arthriticum*, *gastricum*, *nerveum et periodicum* stabilimus *tetanum* et *trismum*. *Tetanus et trismus inflammatorius*, *rheumaticus*, *arthriticus* [47] saepe nil aliud, nisi *effectum inflammationis* sive *cerebri*, sive *medullae spinalis*, sive *nervi* [48], sive *stomachi* [49] sistunt. Docent id febris, dolorum praesentia, autopsia cadaverum, aetiologia et medendi ratio. *Tetanum et trismum gastri-*

46) Tetanus syphiliticus Riverii obs. 10. v. Sauvages Nosol. method. Morb. Class. IV. Ord. II. VII. „D. Bollon militaris abscisionem brachii ex ictu tormenti bellici vulnerati passus erat, *cicatrice obducta* convulsiones experiebatur, quibus caput versus partem dextram et mandibulam frequenter agitabat, ita ut lintea continuo intra dentes habere cogeretur. D. Aimar ex male sanata olim gonorrhoea *virus syphiliticum in ejus sanguine latere*, ita ut, cum irrita fuissent caetera auxilia, imo iterata amputatio, demum adhibito litu mercuriali et ptyalismo excitato aeger ab illis convulsionibus immunis evasit.“

47) De Haen rat. medendi. P. X. C. 4. §. 7.

48) Cfr. Cap. I. §. II. 2. Cap. III. §. XII. 7. Bergamaschi opere recent. citato.

49) Bisset *medical Essays.*

gastricum pro consensualibus habemus. Nomine *tetani et trismi nervei* illam designamus speciem, quae ex vitio idiopathico universi systematis nervosi constante [50]) pullulat, aut saltem, quae tale vitium socium agnoscit. Patet hinc, *tetanum et trismum traumaticum* quodammodo et ad nerveum spectare. Utrum *tetanus periodicus*, *febris* scilicet *intermittens perniciosa tetanica* [51]) encephalitidis, rhachialgitidis aut neuritidis effectum sistat, an potius indolis sit gastricae aut nerveae, necdum determinare audemus.

6. Morbus tetano et trismo periculosior vix datur. Ait quidem HIPPOCRATES: „qui tetano corripiuntur, in quatuor diebus pereunt, si vero hoc effugerint, sani fiunt" [52]); atque alibi: „febre accedente solvi solere tetanum" [53]); at vero saepe nimis contrarium docuit experientia. Teste PARRY [54]), si pulsus quinto morbi die, frequentia centum, aut centum decem ictus non excedat, Prognosis.

50) Hystericarum enim transitorius tetanus vel trismus nequaquam huc spectat. V. Cap. XIV. §. LXX. N. 3. Interea et trismi hysterici chronici, sex scilicet mensium, legimus exemplum fauste terminatum. (*Journ. de méd. chir. et pharm. T.* 3. p. 293. 1755. *Octobr.*).

51) De tetano *periodico* lege Ephem. Nat. Cur. Cent. III. et IV. obs. 72.

52) Lib. Aphor. Sect. V. Aph. 6. Cfr. CORNUTI Ergo tetanus intra quatuor dies letalis.

53) l. c.

54) Op. c.

dat, aeger sanabitur, secus neutiquam. Tetani ad quartam hebdomadem protracti ac nihilominus morte terminati, extant exempla [55]. Alias tamen ad plures hebdomades sine noxa protrahebatur [56]. Irrita febre, tetanum letalem pluries vidimus. Verissimum autem est in tetanis et opisthotonis, maxillam resolutam perniciem portendere [57]. Tetani a terrore orti ac emphysemati mammarum cedentis, cujus et renum apostema [58] et capitis allisio [59] auxilia fuerunt, casus narrantur [60]. Opisthotonum emprosthotono, ob id quod nervi ex medulla spinali emanantes ibi magis comprimuntur, periculosiorem esse, LARREY contendit [61]. *Tetanus et trismus traumatici* omnium periculosissimi sunt. Nihilominus gradus periculi minime a plagae praegressae amplitudine et gravitate pendet, sed potius a climate et aëris conditione aliisque rerum positionibus. *Tetani inflammatorii et rheumatici* mature riteque curati plurima extant exempla [62]. *Recens nato-*

55) STEEGMEYER in *Abhandl. d. Josephin. Acad.* 2. *B.* p. 418.

56) HOECHSTETTER Dec. V. C. 5.

57) HIPPOCRATES Coacar. 36.

58) LUCY in *Journ. de méd. T. LXXI*, p. 19.

59) HIPPOCRAT. Epid. V.

60) PENADA *Saggio d'osservazioni.*

61) *Mémoire de chirurgie militaire. Vol. I.*

62) Sic adolescentes, de quibus supra (§. LXVI. N. 2. (94)), morbum eluctabantur.

natorum trismus, communi consensu letalis. Letalis et puerperarum trismus.

§. LXVIII.

C u r a.

1. Prophylaxis potissimum *tetanum et trismum traumaticum*, nec non *trismum et tetanum recens natorum* respicit. Illis, praecipue in regionibus tetani et trismi in vulneratis evolutioni faventibus, occurrere studemus saltem [63]), ope atmosphaerae puritatis, temperaturae mediae, victus debiti, lecti commodi et mollis [64]), cubitus lateralis; praeterea vulnera blande curanda, (rejecto scilicet usu praepostero alcoholis camphorati, causticorum etc.), accessum aëris deligatione rara [65]) et prompta praepediendo, nimiam puris abstersionem lavationemque frigidam evitando, verbo processum inflammatorium et suppurationis secundum regulas artis ducendo [66]), potissimum primas vias a saburris liberas tenendo [67]), tuncque vires languentes *cortice cinchonae* sustinendo [68]), somnum modica dosi *opii* [69]) ad noctem Prophylaxis.

63) Rite monente Danes aliquando omnia frustra adhibentur. (*Annals of med. Vol. III. N. 2.*).

64) Aretaeus Curat. acut. Lib. I. C. 6.

65) Valentin l. c. p. 34.

66) Lesaive l. c.

67) Moseley l. c.

68) Idem l. c.

ctem porrecti conciliando, ac repentinae ulcerum sanationi *fonticulo* in parte prius laesa, ac si de cura vulneris a cane rabioso inflicti ageretur [70]), occurrendo. *Prophylaxis trismi et tetani recens natorum*, ex notione caussarum hos morbos gignentium, nec non ex regimine pusionum generali sponte elucet.

C. tetani traumatici. 2. *Cura tetani traumatici* multiplex. Si pars affecta phlogoseos signa exhibeat, ea illico vel *hirudinibus* numerosis circumdanda, vel *scarificanda* [71]); *fotuque frigidiusculo* obiter fovenda [72]). Praeterea quo magis aetas, corporis et annua con

stitu

69) Atropam belladonam hic commendat Sauter *Anweis. d. Beinbrüche zu heilen.* v. *Salzb. med. chir. Zeitung.* 1812. p. 195.

70) Valentin in *Journ. général de méd.* 1811. *Janv. et Fevr.* p. 13. 27. 129.

71) Larrey l. c.

72) Circa frigoris in tetano applicationem multum pro et contra disceptatum est. Nemo interea illam indicata sub rerum positione hucusque rejecit, inprimis si de *affusione* aut *embroche* ope aquae frigidae agatur. Lege de hoc argumento Schenk obs. L. I. N. 24(ubi opiniones plurimorum medicorum ad trutinam vocantur, porro Wright *med. obs. and inquiries Vol. VI.* N. 13. Rush *Transact. of Philadelphia Vol. II.* Moseley op. c. Currie *mem. of the med. Soc. of London. Vol. III.* p. 147. Gallmann *Transact. of Philadelphia. Vol. I. P. I.* N. 21. De la Vergne *journ. de med. T.* 90. p. 168. Arnoldy in *med. and surg. Journ. of Edinb.* 1808. Cfr. *Med. transact.* 1813. N. 13.

itutio diathesi inflammatoriae favet, quoque ertiora illius adsunt signa, eo securius univerım regimen antiphlogisticum in usum deduciır [73]. Quod si membrum aliquod ita destruum sit, ut illius instauratio neutiquam, aut salm haud cito expectari possit, illud, si aliunde eri potest, sine temporis jactura extirpandum [74]. nervi, musculi [75], tendines [76] pro parte discti morbum excitaverint, sectio transversa pronda supra vulnus, ut *in totum* illae partes recentur, instituenda. Absentibus in vulnere siis phlogoseos indicataque ibi processus inflamatorii instauratione, applicatio topica remediom irritantium, ut *balsami peruviani* [77], *olei rebinthinae* [78], *vesicatorii* [79], *tincturae canaridum* [80], non timenda [81]. Generatim tamen

 mor-

73) Vide infra. N. 3.

74) Larrey l. c. Plenk *Samml. v. Beobacht.* 2. B. N. 6. Valentin l. c. p. 28. Howschip in *med. and phys. Journ.* 1809. *Aug.* Carron in *Journ. génér. de méd.* T. 20. p. 363. *Allg. Liter. Zeitung. Halle.* 1815. *N.* 7. (Tetanus ex laesione digiti ortus solum per amputationem sanari potuerat).

75) Schmucker *Beobachtungen.* 1. *B. N.* 31.

76) De la Roche *Journ. de méd.* T. 40. p. 213.

77) Rollock in *Philadelph. med. and chir. Journ. Vol. I.* (Jungi usum internum ejusdem balsami).

78) Rush in *mem. of the med. Soc. of London. Vol. I. N.* 3. et *medical inquiries. N.* 14. 15.

79) Larrey l. c. (e. c. in truncum amputatum).

80) Piderit *prakt. Annalen.* 1. *St.* p. 65.

morbosae sensibilitatis ratio habenda est, et blan-
dissime incedendum. *Emollientia* [82]), usus topi-
cus *olei* [83]) cum *opio* [84]), de cujus usu intern
plurima infra [85]), inprimis sese commendarun
Viribus decrescentibus *arnica, moschus, vinum, cin-
chona* aliaque mox enumeranda [86]) pharmaca in-
dicantur.

C. tetani inflammatorii.

3. Dum legimus *arteriotomiam* [87]), *phleboto-
miam* [88]), *hirudines* [89]), *cucurbitulas cruentas* *)
scarificationes [90]), verbo *methodum antiphlogisti-
ca*

81) VALENTIN l. c. p. 24.

82) Idem l. c.

83) PAULUS AEGINETA L. III. C. 20. PETIT *Essai s*
la médecine du coeur. N. 4. ODIER *manuel de mé*
pratique. p. 189.

84) WINSLOW in Collect. Soc. med. Havn. Vol. I. N. 3
BONTFLOWER in KÜHN *phys. med. Journ.* 1802. p. 36
PLOUCQUET diss. hist. tetani traumatici, largo op
usu sanati. Tüb. 1810.

85) N. 6.

86) Ibidem.

87) VOGEL diss. de febr. intermitt. metastasibus. Goet
1775. App. p. 2.

88) CAELIUS AURELIANUS. p. 210. PAULUS AEG. L. II
C. 20. FORESTUS. L. X. 66. 116. GARDANE *Gazet*
de santé. CROSS l. c.

89) MEDICUS *Briefe.* CONNELL *Journ. de méd. T. X.*
p. 335.

*) CELSUS L. IV. C. 3. ASCLEPIADES apud CAEL. AU-
RELIANUM. p. 216. PAULUS AEGINETA l. c.

90) *Allgem. Deutsche Biblioth.* 8. B. p. 79.

am[91]), morbos, de quibus quaestio est, sanasse, nedendi istam rationem, speciatim in *tetano et rismo inflammatorio*, eo minus commendare haeitamus, quo magis aderant signa vel reconditae ncephalitidis, vel rhachialgitidis, vel neuritidis.

4. Quae antiphlogistica methodus etiam *tetano et trismo rheumatico* in primo morbi limine ccommodata est[92]). Serius transpirationi[93]), otus *calidi*[94]) et *balneorum tepidorum*[95]) ope studen- C. tetani rheumatici.

91) Fovet quammaxime methodo antiphlogisticae DICKSON *Obs. on tetanus.* v. *medico-chir. transact. Vol. VII. P. 2. Lond.* 1816.

92) Venaesectionibus largis Dr. MEYER adolescentes, de quibus supra (§. LXVI. 2. (94.)) quaestio fuit, sanitati restituit. Peractam vix phlebotomiam convulsiones horrendae sequebantur.

93) Diaphoretica commendata sunt in tetano a PISONE de med. Brasil. L. II. HOECHSTETTER obs. Dec. V. Cas. 5. BLANE *Beobacht. üb. d. Krankh. d. Seeleute.* p. 374. RAMEL in *Journ. de méd. T. LXXV.* p. 417. etc. in trismo a CHEVALIER *lettre sur les maladies de St. Domingue.*

94) HIPPOCRATES Περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν. p. 561. COLLIN de morb. acut. et chron. P. IV. C. 4. Cas. 6. VALENTIN l. c. (ad scrotum).

95) MARCARD *v. Bädern.* p. 224. CHALMER l. c. DU BONEIX in *Journ. de méd. T. XLII.* p. 215. ST. HERAN D'AMBON ibid. T. XII. p. 241. HUFELAND *Bemerk. üb. die Blattern.* p. 373. MACKIN in *med. Comment. v. Edinb. II. Dec.* 10. *B.* p. 77. BODIN *recueil périod.* etc. *T. V.* p. 295. HORN *Archiv f. med. Erfahr.* 1810. *Jan.* p. 177.

studendum. Praeterea prope morbi fomitem, encephalum inprimis, aut spinam, *vesicatoria* [96]), *sinapismi* [97]), *ignis* [98]) applicanda, non neglecti *unctionibus* [99]). Maxima spes in *mercurio*, cur aegri raro deglutire possint, sub forma *frictionum* adhibito, locatur [100]), quam spem propria experientia sustinere nequimus.

5. *T*

96) Carten in *med. transact. T.* 12. *N.* 4. Alix observ. chir. Fasc. IV. (ad nucham posito, trismus sublatus). Mordie in *med. Comment. v. Edinb.* 13. B. p. 325. (capiti impositum trismum sanans). Rush in *mem. of the Soc. of Lond. Vol. I. N.* 3. (inter scapulas in tetano). Guindaut in *Journ. de méd. T. XXV* p. 509. (in tetano ad suras). Valentin *sur le tétanus. Vol. I.* p. 143. (in trismo, ad maxillas).

97) Celsus L. IV. C. 3. (Cervici in tetano). Hunter *obs. on the diseases of the Army in Jamaica.* Rush in *mémoirs Vol. I. N.* 3.

98) Celsus L. IV. C. 3. (Cervici in tetano). Albucasis chir. P. I. C. 7. Valentin l. c. Pochon v. Sedillot *Journ. de méd.* 1812. *Janv.* p. 107. et Brera *Giorn. di med. prat. Vol.* 2. (Per approximationem non immediatam ad spinam. Ferrum *etiam non candens* a fossa axillari usque ad apices digitorum, secundum nervorum cursum deductum, tetanum (verismiliter hysteriae tantummodo symptoma) fugasse, narratur a Pfaff in Meckel's *Deutsch. Archiv f. Physiol.* 1817. 2. *Heft*).

99) Aretaeus Curat. acut. L. I. C. 6. Avicenna l. c. C. 10. Benivienus de abditis morborum caussis C. 103. (capitis).

100) De usu mercurii in tetano et trismo legantur Rush in *mem. of the Soc. of Lond. L. I. N.* 3. (inuncti

5. *Tetani et trismi gastrici cura* in *clysma-ibus*[1]), *emeticis*[2]), *purgantibus*[3]), et *anthel-minthicis*[4]) (*calomel*[5]) prae aliis) consistit. Quod-i aeger os plane aperire haud posset, via pro pharmacis per nares aut per foramen dentem unum inter et alium fortuito obvium, invenienda foret. Verum neutiquam sufficit, ut pharmaca ori intrudantur, cum etiam *eorum deglutitio* requira-tur;

C. tetani gastrici.

colli). Trocy in *med. and phys. Journ. N. XCVII.* p. 211. v. *Abh. f. pr. Aerzte.* 24. B. p. 450. Renault in *Journ. de méd. continué. Vol. XI.* p. 266. (dulcis). *Abh. f. pr. Aerzte* l. c. p. 232. De la Roche *Journ. de méd. T. XL.* p. 213. *Ahh. f. pr. Aerzte.* 2. *B.* 3. *St.* p. 133. Blane l. c. p. 366. Ramel l. c. Aimar in Riverii obs. commun. N. 10. Du Brueix l. c. Young in *Philadelph. med. and phys. Journ. P. I. Vol. I.* 1804. v. Harles *neues Journ. d. ausl. med. chir. Lit.* 10. *B.* 2. *St.* p. 159. Valentin l. c. p. 137. Bonafox in *Recueil périod. T. XII.* p. 380. Weil in *trans. of a Soc. for the improvement of med. and chirurg. knowledge. Vol.* 3. N. 18. etc.

1) Aretaeus Curat. Acut. L. I. C. 6. Ellis in *med. Comment. v. Edinb. II. Dec.* 7. *B.* p. 126. (ex tartaro emetico).

2) Praxagoras apud Caelium Aurelianum. p. 214.

3) Forestus L. X. obs. III. Bellot in *Journ. de méd. continué. Vol.* 2. p. 425. Hamilton *obs. on the utility of purgative medecine.* p. 119. v. *Abh. f. pr. Aerzte.* 24. *B.* p. 523.

4) Laurent *mémoire clinique sur le tétanus chez les blessés.*

5) Dickson *Repository.* 1814. *Febr.*

tur; quae si ob statum tetanicum musculorum pharyngis et oesophagi impedita sit, aeger, ut vidimus, suffocationis incurrit periculum.

C. tetani nervei.

6. *Cura tetani et trismi nervei* et quodammodo *traumatici* [6]) indicationes amplectitur 1° stimulum systema nervosum intendentem, infringendi, 2° systema nervosum ad actionem hujusmet stimuli percipiendam minus idoneum reddendi, 3° sensibilitatem exhaustam instaurandi et 4° vires languentes excitandi. Si stimulus, systema nervosum intendens, affectionem inflammatoriam induxerit; methodus *antiphlogistica*, ut docuimus [6]), indicatur. Absentibus indiciis inflammatoriis, et praesertim rheumaticis, *affusio aquae frigidae* nec non *balnea frigida* [7]) locum habent, quae auxilia praesertim in climatibus calidis excellunt. Systematis nervosi facultas stimuli morbosi actionem percipiendi *opio* imminuitur. Pharmacum istud, quamvis saepe saepius votis neutiquam respondeat [8]), cum efficaciora auxilia adhuc desiderentur, praecipue si tetanus et trismus nerveus vel traumaticus sine febre obveniat, sacram constituit anchoram *). Ad conspicuas autem

6) Vide N. 2.

7) N. 3.

8) Rush in *trans. of the Soc. of Philadelph. Vol.* 2. *N.* 10. Reisinger diss. obs. med. et chir. Goett. 1789. De la Roche in *Journ. de méd. T. XV.* p. 213. Et ego pluries sine effectu adhibui.

*) De opii efficacia recentes de tetano scriptores Cl.

em ut adhibeatur doses, opus est [9]. *Opii* cum *affusione frigida* connubium suadet CURRIE [10]. Peculiari vero attentione methodus, autore STÜTZ [11]), *opium* alternatim cum *potassa* [12]) adhibendi, digna est. Innititur haec methodus experimentis HUMBOLDTII [13]), quatenus demonstrant, *potassam* irritabilitatem fibrae muscularis jam jam semi-extinctam refocillare, forteque instaurare, atque ad novos stimulos recipiendos idoneam reddere. Solvit vero STÜTZ *subcarbonatis potassae* drachmam unam in unciis septendecim aquae destillatae, atque in unciis totidem *opii* grana octo. Liquida haec ita adhibet, ut solutionis alcalinae dosi

PARRY (op. c.) et TAUNTON (*The Lond. med. and phys. Journ.* 1817.) testantur.

9) Nihilominus caute tamen exempla WHITE (*med. obs. and inquiries. Vol.* 2. *N.* 34.) et VALENTIN (l. c. p. 36.) imitanda esse censeo, quorum scilicet ille, opium spatio quinque hebdomadum ad grana 317. et hic, spatio septendecim dierum ad grana 1005; praescripsit. Casus memorabilis tetani a HULLIO enarratur (*The Edinb. med. and surg. Journ.* 1819. *April*), ubi aeger per errorem spatio unius noctis tincturae opii uncias duas, usui externo dicatae, intus sumsit, atque convaluit.

10) l. c.

11) l. c.

12) Alcali in convulsionibus adhibuerunt jam MICHAELIS v. HUFELAND *Journ.* 3. *B.* et WIEDEMANN ibid. 6. *B.* 2. *St.*

13) P. II. Vol. I. Sect. I. C. 1. §. VI. 24.

dosi ingestae illico liquidi opiati portionem subjungat. Praeterea *balnea tepida alcalina* [14]) in usum ducit. Methodum STÜTZII, ab aliis confirmatam [15]), ab aliis vituperatam [16]), tentaminibus ad judicium proferendum necessariis, hucusque subjicere haud potuimus. Quodsi ab ulteriori ea non confirmaretur experientia, salus tandem in pharmacis vires languentes excitantibus quaerenda foret. Celebratissima hic auxilia sunt: *aether sulphuricus*, *moschus*, *vinum* et *cinchona*. *Aether* ab experientia comprobatus [17]), etiamsi aeger eum deglutire nequeat, attamen cum illico

14) Lixivii caustici ab uncia una ad uncias sex pro balneo.

15) BEHRENDS in LODER's *Journ. f. d. Chir.* 4. *B.* 2. *St.* p. 205. EHRMANN *Nouv. méthode de traiter le tétanos qui survient aux plaies. Mayence An. IX.* v. *Salzb. med. chir. Zeitung.* 5. *Ergänzungsband.* p. 45. ELSE in *Salzb. med. chir. Zeit.* 1807. p. 18. SCHÜTZ v. BARTH. SIEBOLD's *Samml. selt. u. auserl. chir. Beobacht.* 3. *B.* 1812. *N.* 2. (Praeter balnea cum cineribus, spinam et pectus ope tinct. thebaicae et unguenti volatilis perfricare curabat egregius vir, quondam in aeternum colendus Institutor meus, dum scilicet anni 1788. studia sua Ticini absolvebat).

16) MARCUS *Magaz. f. Therapie u. Klinik.* 1. *B.* 1. *Heft.* p. 26. MURSINNA *Journ. f. d. Chirurgie.* 1. *B.* 1. *St.* p. 124.

17) PLINAIRE in *Journ. de méd. continué. Vol. XI.* p. 421. GAY in *Journ. de méd. p.* CORVISART, 1812. *Sept.* p. 54.

co evaporetur, suffocationis periculum non producit. Conspicuae illius requiruntur doses [18]). *Moschus*, famae hic laesae pharmacum [19]), vel per se [20]), vel *opio* junctus [21]) praescribitur. *Vini* efficacia in tetano et trismo apyrectico, magna virium jactura stipato, aut dum aeger reliqua pharmaca respuit, a remotissimis temporibus [22]) ad nostrum usque aevum celebratur [23]). *Cinchona* in tetano periodico specifice agens [24]), in reliquis hujus morbi speciebus ut tonicum usurpatur [25]). Ut tonica, excitantia, nervina, farrago

18) Uncia una alterave de die.

19) Farr *med. Bemerk. u. Untersuchungen.* 1. *B.* p. 46. Clephane ibid. 1. *B.* p. 76.

20) Nov. Act. Nat. Cur. Vol. III. obs. 74. Vol. V. obs. 40. Hillary p. 274. Ackermann l. c. p. 47. Huck in *med. obs. and inquiries. Vol. III. N.* 31. Robot. v. *Abh. f. pr. Aerzte.* 9. *B.* p. 877.

21) Chapp in *Journ. gén. de méd. T. XXIV.* p. 290. Methodus patris mei. R. Moschi grana tria. Opii granum unum. Sacchari grana quatuor. M. Cap. omni hora pulverem unum.

22) Hippocrates Περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν. p. 561.

23) Rush in *trans. of Philadelphia. Vol. I. P. I. N.* 3. Currie *mem. of the med. Soc. of Lond. Vol. III.* et Hassak in *medical Repository. Vol. III. N.* 1. *Art.* 4. v. *Abh. f. pr. Aerzte.* 20. *B.* p. 197. Cross l. c. (ad ebrietatem usque).

24) Stoerck Ann. med. II. p. 166.

25) Schoust in *mem. of the med. Soc. of Lond. Vol. II.* Fischer v. Hufeland's *Journ.* 1. *B.* p. 281. Plenk in *Abh. d. Josephin. Acad.* 1. *B.* p. 76.

rago auxiliorum auctoritate plus minus fide digna commendatur, inter quae meminisse sufficiet *camphoram* [26], *alcali volatile fluor* [27], *valerianam* [28], *castoreum* [29], *asam foetidam* [30], *terebinthinam* [31], *solanum Carolinense* [32], *hyoscyamum* [33], *allium* [34], *nicotianam* [35], *canthari-*
des

26) A permultis.

27) *Gazette de santé.* 1787. *N.* 45. *Sur les effets salutaires de l'alcali volatile fluor contre le tétanos.*

28) ODHELIUS in *N. Schwed. Abhandl. II. B.* p. 216. v. EICKER *Samml. I. B.* p. 229. HORN's *Archiv.* 1810. *Jan.* p. 178. (cum opio).

29) ARETAEUS curat. acut. L. I. C. 6. CELSUS L. IV. C. 3. FORESTUS L. X. obs. 113. Schol. SCHENK obs. L. I. N. 237.

30) PIDERIT *prakt. Annalen.* 2. *St.* p. 206. CARTER in *Arzneyk. Abh. v. London.* 2. *B.* (cum opium et moschus non juvarent).

31) Teste EDWARD PHILIPPS (in *Medico-chir. transact. Vol. VI. Lond.* 1815.) puella, quae post nisum in urinae retentionem, in hemiplegiam et trismum incidit, injecto clystere ex infuso foliorum sennae cum uncia dimidia (!) olei terebinthinae illico sensum caloris per columnam vertebralem ad caput ascendentem persentiit, redeunte extemplo motu maxillae.

32) VALENTIN l. c. p. 14. (baccae).

33) WALROOD diss. cit.

34) VALENTIN l. c. p. 19. (frictiones columnae vertebralis cum succo).

35) *Philadelph. med. and phys. Journ. T. II.* p. 131. (in clysmate). *The Edinb. med. and surg. Journ.* 1815. *Apr.* (in clysmate).

des 36), *arseniatem potassae* 37), *zincum* 38), *electricitatem* 39), *galvanismum* 40) etc. 41).

7. Cum

36) *London med. and phys. Journ.* 1808. *Vol. I.* v. *Salzb. med. chir. Zeitung.* 1810. 1. *B.* p. 189. (Tinctura usque ad inflammationem ventriculi et intestinorum!! — addita vulneris irritatione perenni). *Med. repository of New York. T. IV.* p. 337. VALENTIN l. c. p. 142.

37) JENKINSON in *med. repository.* v. SEDILLOT *Journ. Vol.* 36. p. 114. *Tinctura Fowleri* ad guttas decem omni hora cum aequali dosi *tincturae opii* et cochleari majori alcohol, quatuor aegros tetano detentos sanatos fuisse contendit NATHANIEL MILLER in *the New England Journ. of med. and surg. and the collateral branches of Science. Vol.* 7. *Boston.* 1818.

38) SMITH in *mem. of the med. Soc. of Lond. Vol.* 6. p. 77. v. *Abh. f. pr. Aerzte.* 23. *B.* p. 299.

39) SIGAUD LA FOND *de l'électricité médicale.* p. 208. HARRIS in *med. repository. Vol.* 4. *med. news.* WATSON in *Philos. transact. Vol.* 53. v. LESKE *Auserl. Abhandl.* 5. *B.* p. 226. WILKINSON in *med. facts and obs. Vol.* 3. HUTCHINSON in *mem. of the med. Soc. of Lond. Vol.* 2. *N.* 15. SPRY in *Philos. transact.* ad 1767. 1. Vol. N. 10. VALENTIN l. c. p. 143.

40) MARCUS *Magaz. f. Therapie u. Klinik.* 1. *B.* p. 324. STRUVE in HUFELAND's *Journ.* 23. *B.* 4. *St.* p. 16.

41) e. c. operatio *rocolosi* dicta v. *Lond. med. and phys. Journ. T. XII.* p. 113. et *Journ. universel des sciences méd. IV. Année. N.* 44. 1819. *Août.* p. 227. „*Le tétanos est fort commun chez les peuples de Tonga, et encore plus chez les insulaires de Fiji. Ils nomment cette maladie* g i t a. *Ils pratiquent une operation à laquelle ils ont donné le nom de* r o c o l o s i; *en intro-*

C. trismi et tetani recens natorum.

7. Cum *trismus et tetanus recens natorum*, hucusque omnia artis conamina (opium scilicet, alcali volatile fluorem, camphoram, valerianam, hyoscyamum, oxydum zinci, alcali, emetica, purgantia etc.) eluserit, methodum medendi vix indicare audemus. *Tincturam ambrae cum moscho* conduxisse, Schneider asserit [42]. Ni fallimur, ex eo, quod morbus in recens natis obvenit, non sequitur, eum necessario jure ejusdem semper esse debere indolis. Qua de caussa sicut varias caussas illius admisimus, ita et variam medendi rationem indicatam fore suspicamur. Trismo et tetano recens natorum hinc obveniente gradus pro-

duisant dans l'urètre un roseau humecté de salive, de manière à y faire naitre une irritation et un saignement considérable. Si le spasme général est très violent, ils attachent à l'extrémité du roseau un fil double. Lorsque cette extrémité introduite dans le canal est sentie au perinée, ils y font une incision, saisissent le fil et retirent le roseau. De cette manière le fil dont la partie doublée sort par l'ouverture artificielle du perinée, et les deux extrémités par l'orifice de l'urètre, forme un seton qu'ils font aller et venir. Cette manoeuvre produit une forte douleur et une hémorrhagie considérable."

42) l. c. p. 37. R. Ambrae griseae drachmam unam. Aetheris vitriolici unciam dimidiam. Stent per horas duodecim saepe agitando, dein adde Moschi drachmam unam. Liquoris anodyni mineralis Hoffmanni uncias tres. Dosis pro recens nato gutta una omni octava horae parte, cum syrupo aut aqua cerasorum.

robabilitatis, num in aegrotulo, quem coram habemus, morbus vel ex cerebro, vel ex medulla pinali, vel ex gangliis abdominalibus proficiscaur, determinandus foret, non neglectis conjectuis circa mali indolem inflammatoriam, rheumaicam, gastricam, nerveam. Quo facto methodus eneralis, variis rerum positionibus accommodaa, corpusculo tenero recens natorum, cum omni autela et prudentia, ne, quem salvare nequimus, psi interficiamus, adaptanda erit.

Caput XIV.

De affectionibus spasmodicis vagis generatim et de hysteria in specie.

---

§. LXIX.

Definitio. Literatura.

1. Syndrome symptomatum fugacium, subito mutabilium, per intervalla redeuntium, quae morbos infinitos, praesertim systematis nervosi, aemulantur, *affectionum spasmodicarum vagarum* nomine 43) comprehendimus. — Eaedem affectiones, Definitio.

43) *Synonyma.* Mobilitas nervosa nimia. Ataxia spirituum. Hyperkinesia (a Graec. ὑπὲρ, nimium, κίνησις, mobilitas). Gall. *Vapeurs, spasmes.* Germ. *Krämpfe.* Pol. *Spazmy.* Ross. Корчи, Судорога.

nes, quatenus ex utero proficiscuntur, *hysteriam*[44] constituunt. Brevitatis caussa, vocabulo generali *spasmorum*[45]) utemur.

Literatura. 2. Doctrinam generalem spasmorum, praeeuntibus HIPPOCRATE[46]) et AEGINETA[47]), illustrarunt quidem BOCKEL[48]), PLANER[49]), LAURENTIUS[50]), STUPANUS[51]), TANDLER[52]), JAENICH[53]), SALZMANN[54]), CASPAR. HOFFMANNUS[55]), SCHALLER[56]), ROLFINK[57]), RIVERIUS[58]), HIGHMORUS[59]), DALEN[60]), TIELEN[61]), PLACCIUS[62]), LAM-

44) A GR. ὑστέρα, uterus. GERM. *Mutterkrämpfe.* GALL. *Hystérie*, *hystéricie*, *hystéralgie*, *vapeurs hystériques*, *mal de mère*, *neurose utérine.*

45) GALL. *Les spasmes.* GERM. *Die Krämpfe.* ITAL. *Gli spasmi.*

46) De virgin. morb.

47) Artis medicae compendium. L. III. C. 71.

48) Diss. de spasmis. Helmst. 1587.

49) Diss. de spasmo seu convulsione ejusque causis. Tübing. 1590.

50) De hystericis affectibus, infantilibusque morb. Lugdun. 1595.

51) Diss. de suffocatione appellata hysterica. Basil. 1604.

52) Diss. de matricis praefocatione. Vittenberg. 1614.

53) Diss. de passione hysterica. Basil. 1614.

54) Diss. de spasmo seu convulsione. Argent. 1620.

55) Diss. de spasmo, seu convulsione ejusque caus. Altd. 1620.

56) Diss. de passione hysterica. Vittenberg. 1625.

57) Diss. de spasmo seu convulsione. Jen. 1631.

58) Obs. med. et curat. insignes. Paris. 1646.

59) De passione hysterica. Amstelod. 1660.

LAMMUS [63]), HARTENFELS [64]), WEDEL [65]), METZGER [66]), JORDEN [67]), SCHWEIZER [68]), ORLOB [69]), RÜCKERT [70]), HOLLAND [71]), BUSSIUS [72]), DE VRIES [73]), MALUS [74]), WESLING [75]), ELNBERGER [76]), DE KRUYT [77]), FRESENIUS [78]), BUEHREN [79]), KLAUNIG [80]), PURCELL [81]), VESTI [82]), VERNON [83]), DU-

VERNOY

60) Diss. de passione hysterica. Lugd. Bat. 1661.
61) Diss. de passione hysterica. Lugd. Bat. 1662.
62) Lucretia hysterica. Duisburg. 1666.
63) Diss. casus hysteriae variis symptomatibus stipatae. Groen. 1666.
64) Diss. de passione hysterica. Erford. 1672.
65) Diss. de uteri suffocatione. Jen. 1674.
66) Diss. de passione hysterica. Tüb. 1677.
67) Diss. de passione hysterica. Lugd. Bat 1678.
68) Diss. de passione hysterica. Lugd. Bat. 1684.
69) Diss. de suffocatione hypochondriaca, vulgo passione hysterica. Ultr. 1684.
70) Diss. de spasmo. Ultraj. 1685.
71) Diss. de hysterica passione. Lugd. Bat. 1687.
72) Diss. de passione hysterica. Lugd. Bat. 1692.
73) Diss. de passione hysterica. Ultraj. 1692.
74) Diss. de passione hysterica. Ultraj. 1693.
75) Diss. de passione hysterica. Lugd. Bat. 1694.
76) Diss. de passione hysterica. Duisb. 1695.
77) Diss. de passione hysterica. Ultraj. 1696.
78) Diss. de spasmo seu convulsione. Gies. 1697.
79) Diss. de aegra, suffocatione uterina laborante. Erf. 1698.
80) Diss. de spasmo. Lugd. Bat. 1699.
81) *On vapours and hysteric fits. Lond.* 1701.

VERNOY [84]), GRUEGER [85]), JOHREN [86]), HUNAULD [87]), VATER [88]), FISCHER [89]), BÜCHNER [90]), SPISSENHOF [91]), BURCHARD [92]), JUNKER [93]), SCHULZE [94]), RICHTER [95]), JARVIS [96]), GEBAUER [97]), FLEIG [98]), LUDOLF

82) Cas. passione hysterica laborantis, ejusque curatio. Erf. 1703.

83) Diss. de passione hypochondriaca, hysterica dicta. Lugd. Bat. 1704.

84) Diss. theoria vaporum uterinorum. Basil. 1710.

85) Diss. de magnetismo rerum et uteri ascensione. Zittaviae. 1712.

86) Diss. Idolum muliebre in passione hysterica elevatum et excussum. Jen. 1712.

87) *Diss. sur les vapeurs et les pertes de sang.* Paris 1716.

88) Diss. de passione colica et hysterica. Vittenb. 1726.

89) De strangulatione uteri. Erf. 1727.

90) Diss. de atrocissimo sexus sequioris flagello, sive passione hysterica. Erf. 1721. Diss. spasticorum motuum theoria et therapia generalis. Erf. 1738. Pathologia et therapia passionis hystericae. Erf. 1739. Diss. de clavo hysterico. Hal. 1751. Diss. sistens casum rariorem affectus spasmodico-convulsivi vagi. Hal. 1764.

91) Diss. de spasmis in genere. Heidelb. 1738.

92) Diss. de affectibus quibusdam spasmodicis frequentius occurrentibus. Rost. 1738.

93) Diss. de morb. spasmodico-convulsivis. Hal. 1739. Diss. de spasmis eorumque quadruplici respectu. Hal. 1754.

94) Diss. de spasmo dolorifico saepius remedio quam morbo. 1740.

95) Diss. de malo hysterico. Goett. 1741.

96) Diss. de hysterica affectione. Edinb. 1744.

Ludolf [99]), Fabricius [100]), Chauffepié [1]), Cartheuser [2]), Kaltschmid [3]), Perry [4]), Juch [5]), Vriga [6]), Raulin [7]), Astruc [8]), Boehmer [9]), Uven [10]), Baumer [11]), Richardson [12]), Marx [13]), Jagelski [14]), Dubois [15]), Kuern [16]), Van Ste-

Mm 2 VENINCK

97) Diss. de spasmo fixo Paracelsi. Erlang. 1746.

98) Diss. de malo hysterico. Argentorat. 1750.

99) Diss. de clavo hysterico. Erf. 1750.

100) Diss. de miris quibusdam motibus spasmodico-convulsivo-vagis. Helmst. 1751.

1) Diss. de malo hysterico. Lugd. Bat. 1752.

2) Diss. de var. spasmorum caus. et remed. Francf. 1753.

3) Diss. de affectionibus spasmod. vagis. Jen. 1754.

4) *A mechanical account and explication of the hysteric passion. Lond.* 1755.

5) Diss. de spasmo in genere. Erf. 1755.

6) Diss. de motu spasmodico. Lugd. Bat. 1755.

7) *Traité des affections vaporeuses du sexe. Paris.* 1758.

8) *Traité des maladies des femmes. Paris.* 1761.

9) Diss. de spasmorum externa ratione ad viscera, indeque oriunda morborum complicatione. Hal. 1762.

10) Diss. de mali hysterici symptomatum diversitate, ob regionum et vitae regiminis diversitatem habita praesertim ratione ad hystericas in Frisia orientali. Hal. 1762.

11) Diss. de mali hysterici vera indole et curatione. Frf. 1762.

12) Diss. de malo hysterico. Edinb. 1763.

13) Diss. de spasmis sive motibus convulsivis optimaque iisdem medendi ratione. Hal. 1765.

14) Diss. de passione hysterica. Lugd. Bat. 1765.

15) Diss. de passione hysterica. Vindob. 1765.

16) Diss. de malo hysterico. Basil. 1766.

VENINCK [17]), MITTERBACHER [18]), MORGAGNI [19]), ALEFELD [20]), GOETZ [21]), BOEHMER [22]), SCHNEIDER [23]), WOOLCOMBE [24]), WILSON [25]), LANG [26]), KAELER [27]), STEWART [28]), LEIDENFROST [29]), GALDWELL [30]), VAN MUYSEN [31]), VAN KESSEL [32]), FLOSSE [33]), GROSMANN [34]), BUSCH [35]), MITCHELL [36]), ROBERTSON [37]), BANKEAD [38]), MAN-

NING

17) Diss. de hysterica passione. Lugd. Bat. 1766.

18) Diss. de secretione urinae feminarum hystericarum, et de ea ut signo affectionum earundem. Prag. 1766.

19) De sedibus et caussis morborum. Lugd. Bat. 1767. Epist. XLV. Art. 17. 20.

20) Diss. de pathematibus hystericis. Giess. 1767.

21) *Beytr. z. Gesch. v. d. hyster. Krankheiten. Meinung* 1771.

22) Diss. de caussis, cur malum hystericum morbum malo hypochondriaco majorem constituat? Hal. 1772.

23) Diss. de spasmis eorumque natura. Viteb. 1776.

24) Diss. de hysteria. Edinb. 1776.

25) *Med. researches on the origin and nature of hysterics. Lond.* 1776.

26) Diss. de passione hysterica. Vindob. 1776.

27) Morbi spasmod. aliquot historiae. Tornaviae 1778.

28) Diss. de spasmo. Edinb. 1779.

29) Opusc. T. III. N. 3. Diss. de differentia passionis hyster. a morbis convulsiv. reliquis.

30) Diss. de hysteria. Edinb. 1780.

31) Diss. de malo hysterico. Colon. 1781.

32) Diss. de passione hysterica. Lugd. Bat. 1785.

33) Diss. de malo hysterico. Argent. 1785.

34) Diss. de malo hysterico. Giess. 1785.

35) Diss. de spasmo. Marb. 1785.

36) Diss. de hysteria. Edinb. 1789.

-ning 39), Nebel 40), Heinecke 41), Marc 42), Tode 43), Belche 44), Keer 45), Seemann 46), Andrea 47), Lessel 48), Heilmann 49), Tucker 50), Duvernoy 51), Campbell 52), Lang 53), Jannasch 54), Berends 55), Maccary 56), Rey 57), Reid

37) Diss. de hysteria. Edinb. 1790.

38) Diss. de hysteria. Edinb. 1790.

39) *Ueber die Mutterbeschwerung. Wien* 1790.

40) Diss. de Hippocratis doctrina semiotica de spasmis et convulsionibus. Marb. 1791.

41) Diss. de hysteria. Helmst. 1791.

42) Diss. morbi rarioris spasmodici. Erlang. 1792.

43) Diss. de morbis spasmodicis, hystericis praesertim. Havn. 1793.

44) Diss. de hysteria. Edinb. 1793.

45) Diss. de hysteria. Edinb. 1794.

46) Diss. de hysteria. Jen. 1796.

47) Diss. de constitutionis aevi nostri spasmodicae quibusdam momentis. Erford. 1797.

48) Momenta quaedam generaliora circa affectionem hystericam. Goett. 1798.

49) Diss. momenta quaedam circa affectum hystericum. Vittenb. 1800.

50) Diss. de hysteria. Edinb. 1801.

51) *Diss. sur l'hystérie. Paris.* 1801.

52) Diss. de hysteria. Edinb. 1801.

53) Diss. de spasmo fragmenta. Erlang. 1802.

54) Diss. de spasmorum differentiis et natura communi. Francf. 1804.

55) De hysterica affectione epilepsiam simulante. Francf. ad Viadr. 1806.

56) *Essai sur l'hystérie sthén. et asthén. Paris.* 1810.

57) *Diss. sur l'hystérie. Paris.* 1812.

Reid *), Villermay [58]) aliique, — at vero, ut classicos de hoc argumento scriptores, maxime Sydenhamum [59]), Fr. Hoffmannum [60]), et Robertum Whytt [61]), agnoscimus, commendamusque eorum opera iis praesertim medicis, qui praxin in urbibus magnis, ac inter ordines civium superiores, sexus potissimum sequioris, exercitaturi sunt. Solum, summos quoque illos viros hypothesibus indulsisse [62]), dolendum.

§. LXX.

*) *Essays on hypochondriacal and other nervous affections. Lond.* 1816.

58) *Traité des maladies nerveuses proprement dites. Paris* 1817.

59) *An Epistle from Dr.* Thom. Sydenham *to Dr.* W M. Cole *treating of the smallpox and hysteric diseases. Lond.* 1681. v. Works. *V. Edit.* p. 407.

60) Medic. ration. syst. Pars III. C. 3. De motibus spasmod. vagis, et diss. de morbi hysterici vera indole, sede, origine et cura. Hal. 1733.

61) *Obs. on the nature, caus. and cure of those disorders which are commonly called nervous, hypochondriac or hysteric. Lond.* 1764. *Edit. III.* 1767. *Works. Edinb.* 1768. p. 489—712.

62) E. c. sic ait Sydenham: *The chief curative indication is to strengthen the blood which is the source and origin of the spirits* (l. c. p. 425.). — Sic Hoffmann „aut enim illa (materia spasmos excitans) est vaporosa narcotica, sulphurica, acris aut magis salina, acris volatilis" (Med. rat. syst. cur. §. II.).

§. LXX.

Symptomata. Autopsia cadaverum.

Habitus, status mentis.

1. Morbus, ad quem describendum nos accin-
gimus, saepe sub *habitu corporis* sano abscondi-
ur. Plurimi tamen, praesertim inter feminas,
tructuram delicatam, extremitates frigidas, cum
ulsu parvo et irregulari exhibere solent. Praeter-
a *mentis* maxima in iis animadvertitur mutabi-
itas [63]), fluctuatio [64]), et extravagantia [65]). No-
tes saepe somniis terrificis perturbatae [66]). Quo-
unque tempore ad impressiones improvisas, for-
es, ingratas, sine agitatione, metu et tremore
erferendas impares sunt. Hinc nulla de sanitate
ec per horulae momentum securitas.

Mala consueta.

2. *Mala consueta*, quibus hujuscemodi aegroti
nguntur, sunt dolores vagantes capitis, dorsi,
umborum, calores partiales, cum facie mox ru-
ente, mox pallescente, visus obnubilatio, per-
eptio odoris absentis, e. c. fumi, sensus inter-
nus

63) Sydenham l. c. p. 414. „*and are constant only to inconstancy.*"

64) Idem l. c. „*This instant they propose doing one thing, and the next change their mind, and enter upon something contrary to it, but without finishing it.*"

65) Idem l. c. „*They love the same person extravagantly at one time, and soon after hate them without cause.*"

66) Idem l. c. „*Their dreams being accompanied with the representations of funerals and apparitions of their departed friends.*"

nus aegritudinis, anxietatis, inquietudinis, inflatio colli, constrictio oesophagi, perceptio cinguli costas spurias circumdantis, oscitationes, suspiria, languor operis digestionis, screatio frequens, anorexia *) alternatim cum bulimia, pica, adipsia, alvus tarda, ventris inflatio, et borborygmi.

Paroxysmus.

3. *Paroxysmi* symptomatibus adeo multiplicibus et variis insigniuntur, ut re vera Protei formas et Chamaeleontis colores antecellant. Haec vero consistunt: modo in capitis dolore, inprimis hemicrania, clavo, ovo [67]), saepe cum vomitu herbaceo, seroso, inani; — modo in statu apoplectico

*) Mira est hystericarum nonnullarum *inediam* perferendi potestas. Quamvis enim jejunii ad plures hebdomadas et menses protracti casus non indiscriminatim ut veri admitti possint, sunt tamen inter illos, qui nullo dubio subjiciuntur, uti videre est in *Bresl. Sammlungen* 1719. 1722. 1723. 1726. HALLER Bibl. med. pract. Vol. II. Commerc. Lit. Norimb. 1731. 1732. FABR. HILDANUS Cent. II. obs. 40. 42. IV. obs. 4. V. obs. 33. VI. obs. 64. GRUNER de jejunio vero et ficto. Jen. 1793. HUFELAND *Journ.* 8. *B.* 2. *St.* LANG Epist. L. II. N. 27. PFLÜGER in BALDINGERS *N. Magazin.* RAMAZZINI opp. p. 173. — Puellae hystericae, magnetismo animali curatae, exemplum mihi retulit egregius medicus Witepskiensis HÜBENTHAL, quae jejunium per sex hebdomadas protraxit, ventriculum solum aqua sic dicta magnetica, quam vomebat, abluendo.

67) P. II. Vol. I. Sect. II. C. II. §. VIII. 3. 4.

lectico [68]) cum indiciis hemiplegiae aliarumque aralysium [69]); — modo in odontalgia [70]); — nodo in cataphora [71]); — modo in agrypnia [72]); — nodo in incubo [73]); — modo in somniatione pontanea [74]); — modo in catalepsi [75]); — modo n lachrymarum profluvio, fletum summopere noerentis imitante [76]); — modo in diaphragmas musculorumque faciei convulsionibus risum mulantibus [77]); — modo in furore [78]); — modo in

68) L. c. C. V. §. XXVII. 15. VILLERMAY l. c. I. Vol. p. 67.

69) L. c. Sect. 2. C. XII. §. LXII. 3.

70) SYDENHAM l. c. „*The teeth also (which we would scarce believe) are subject to this disease.*" Virgo Vindobonensis derepente a summa odontalgia correpta est. Chirurgus jam ad dentem dolentem, utpote illi de recondita carie suspectum, extrahendum sese accinxerat, cum prorumpentibus convulsionibus hystericis odontalgia extemplo evanuerit.

71) P. II. Vol. I. Sect. I. C. VI. §. XXXII. 2. (88—90.).

72) L. c. C. VII. §. XXXIV. 2.

73) L. c. C. X. §. XLVI.

74) L. c. C. XII. §. LI. FR. HOFFMANNUS Med. rat. syst. l. c. obs. III.

75) PETETIN *de l'électricité méd. Lyon.* 1805. RENARD in HUFELAND *Journ.* 1815. *Jun.*

76) MANELPHI de fletu et lachrymis. Rom. 1618. SCHREIBER Diss. de fletu. Lugd. Bat. 1628. De lacrymis et fletu. Lips. 1629.

77) BERELARIUS tract. de risu. Florent. 1603.

78) Hystericas novi, quae, mente caeterum illaesa, famu-

in delirio [79]); — modo in rhachialgia [80]); — modo in neuralgia [81]); — modo in tremoribus [82]); — modo, et saepissime quidem, in convulsionibus, (quibus saevientibus veluti in epilepsia [83]) aegroti caput in omnes plagas rotant, oculos violenter aperiunt, in gyrum movent, os vicissim clausum, hians, huc illuc torquent, linguam exerunt, commordent, sonos edunt varios, mirificosque boatus, animalium voces aemulantes, membra variis modis agitant, ac si tripudiarent, propriis pugnis pectus allidunt, vestes lacerant, parietes scalpunt, terram validissime quatiunt conculcantque, mox in terra insectorum instar reptant, vixque a robustissimis hominibus coërceri queunt; aut veluti in tetano totum corpus antrorsum, retrorsum, ad latera movent, attollunt, circumgyrant, contremiscunt, spinam dorsi incurvant, arcum formant); — modo in aphonia [84]); — modo in hydrophobia [85]); — modo in tussi

labus, ut veniam ipsas impune verberandi darent, pecuniam persolvebant.

79) Nunn. Progr. de delirio hysterico. Erf. 1762. Baumer Diss. de delirio hysterico. Erf. 1763.

80) Cap. II. §. VIII. 16.

81) Cap. VI. §. XXX. 14.

82) Cap. IX. §. XLV. 7.

83) Fr. Hoffmannus pulcherrime paroxysmum convulsivum hystericum describit. l. c. §. V.)

84) Zacutus Lusitanus (Prax. L. VII. obs. 18. Eph. Nat. Cur. Dec. II. An. 7. obs. 133. Berdot in Act.

tussi sicca nec momentum pacis concedente [86]; — modo, et saepius quidem in asthmate [87]; — modo in cordis palpitatione arteriarumque vibrationibus [88]; — modo in lipothymia [89] et ipsa asphyxia [90]; modo in singultu canis latratu saepe simili [91]; — modo in cardialgia [92]; — modo in pulsatione abnormi aortae abdominalis [93]; — modo in ructibus sonoris acidis [94]; — modo in palpi-

Helvet. Vol. VIII. p. 196. VAN DER HONT in *Abh. f. pr. Aerzte.* 9. *B.* p. 387. Cfr. P. II. Vol. I. Sect. I. C. XIII. §. LVII. (87.).

85) BALBUS de immani quadam passione hysterica et aquifugà. v. ORTESCHI Diar. An. 1766. p. 196.

86) WHYTT l. c. p. 603. „*a nervous cough.*" (Memorabilis narratur morbi historia).

87) *Synonym.* Suffocatio uterina. Uteri strangulatus. Suffocatio hysterica. Praefocatio hysterica. Matricis praefocatio. Cfr. P. II. Vol. II. Sect. I. C. de asthmate.

88) Cfr. P. II. Vol. II. Sect. II. C. de palpitatione cordis.

89) WHYTT l. c. „*Many hysteric women are liable to be seized with faintings during whith they lie as in deep sleep, only their respiration is so low as scarce to be perceived.* Cfr. HOFFMANN de animi deliquiis. Obs. 3. opp. Vol. III. p. 274. FORESTUS L. XVII. obs. 7. 12.

90) MARCELLUS DONATUS L. IV. C. II. BONNET sepulcr. L. III. obs. 9. *Journ. de sçavans.* 1745.

91) RANOE in Act. R. Soc. med. Havn. Vol. I. p. 460.

92) *Neuralgia coeliaca?*

93) De hoc symptomate alibi sermo fiet (P. II. Vol. II. Sect. 2. C. de aneurysmate).

94) Commune symptoma.

palpitatione musculorum abdominalium [95]; — modo in vomitu herbaceo aut in diarrhoea [96]; — modo in colica [97]; — modo in nephralgia calculum renalem aemulante [98]; — modo in dysuria [99]; et in omni fere casu in profluvio urinae limpidae aquosae [100], quo profluvio paroxysmi per horas, dies et quamvis raro per menses protracti, minimisque utplurimum sejuncti intervallis, terminari solent. „Remanent ineffabiles corporis languores, vel alti sopores, haud raro truces articulorum agitationes terminantur in tumores inflammatorios, in quibus cutis veluti bile suffusa flavescit [1]; aliis pustulae foedae ulcerosae [2], vel vesi-

95) Cap. IX. §. XLIV. 1. (49.).

96) Sydenham l. c. p. 412.

97) Neuhaus casus colicae hystericae cum epicrisi. Argent. 1769.

98) „*So that it is hard to distinguish, whether the symptoms arise from the stone or any hysteric disorder.*“ Sydenham l. c.

99) „*The bladder also is occasionally affected with this delusory symptom, which not only cause pain, but a suppression of urine, as if there was a stone, tho' there is none.*“ Sydenham l. c.

100) Sydenham l. c. p. 414. Nicolai Progr. de diabete ex spasmo. Jen. 1773.

1) *Ecchymoma.* Cfr. P. I. Vol. II. C. XIX. §. LXXXIV. 3. p. 343.

2) *Hydroa nervosum, criticum,* Ibid. C. XXVIII. §. CXIII. 4. p. 404.

vesiculae magnae aqua repletae [3]), corpus obsident" [4]). Sunt quae febricula lenta [5]) et atrophia corripiantur.

4. „Post mortem in dissectis cadaveribus inflammationes ventriculi, intestinorum, hepatis, lienis, pulmonum observantur; vesicula fellis admodum turgida, et ipsa bilis ad aliquot cochlearia in ventriculum effusa adparet" [6]). Verum haec phaenomena cum affectionibus spasmodicis vagis nexum habuisse vehementer dubitamus, credimusque potius illa morbis accidentalibus, a quibus nec hystericae nec consortes immunes sunt, tribuenda esse. Contra vero nexum inter motus spasmodicos vagos et vitia ovariorum animadvertimus, quae scilicet viscera in cadaveribus hystericarum cum steatomate [7]), et vesiculis, liquido quodam repletis [8]) reperta sunt. Autopsia cadaverum.

§. LXXI.

3) *Pemphigus* ibid. C. XXIX. §. CX. 2. p. 408.

4) Fr. Hoffmann l. c. §. VI.

5) Opinio Ballonii et Morgagni. v. Villermay l. c. p. 89.

6) Fr. Hoffmann l. c. §. VII. Cfr. Bonneti Sepulcr. anat. et opera de motibus convulsivis. p. 120. et Eph. Nat. Cur. Cent. III. obs. 84.

7) Binniger Cent. II. obs. 90.

8) Vesalius Lib. V. de humani corporis fabrica. C. XV. Riolanus anthropographia. Villermay l. c. p. 143.

§. LXXI.

C a u s s a e.

C. praedisponentes.

1. Ad *caussas praedisponentes* spasmorum spectant: vitium haereditarium [9]), congenitum [10]) clima calidum humidum [11]), structura corporis gracilis [12]), sexus sequior [13]), pubertatis epocha [14]), illaque *critica* in feminis dicta [15]), eae- libatus

9) Fr. Hoffmann l. c. §. IX. et quotidiana experientia

10) Feminae sanissimae, dum tempore, quo utero gerunt terrore, animique pathematibus ingratis vexantur, prolem, affectionibus spasmodicis vagis obnoxiam, generare solent. Sic infantes spurii saepe mobilitate nervorum et ingenio prae ceteris antecellunt.

11) Quamvis spasmi nec in regionibus septentrionalibus desiderentur, eos tamen longe frequentius in Italia obvenire, meae docent observationes.

12) „*There is often an uncommon weakness or delicacy or an unnatural or depravéd feeling in various parts of the body which exposes certain persons to violent, and sometimes very extraordinary affections from causes which would scarce produce any disturbance in people of sound constitution.*" Whytt l. c. p. 543.

13) Quamvis, nostro inprimis aevo, et mares spasmis saepe laborent, nihilominus frequentissime in feminis obveniunt.

14) Spasmi, exceptis iis, qui a vermibus excitantur, raro ante pubertatem utroque in sexu obveniunt.

15) *L'époque critique est encore une condition favorable au développement de cette maladie, et nous verrons par fois les effets de cette révolution se prolonger long-tems après la cessation du tribut périodique.*" Villermay l. c. p. 43.

batus [16]), matrimonia immatura, abortus, partus crebri, educatio voluptuosa, effeminata, praesertim contracta inde consuetudine, ut omnibus desideriis illico satisfiat [17]), philautia, vita luxuriosa, otium, vigiliae nocturnae, somnus diurnus [18]), protractus [18]), mora in lecto [19]), poeseos et musicae studium indefessum, lectio fabularum milesiarum, inedia, jactura humorum, praecipue sanguinis [20]), seminis, lactis, item fluor albus, diarrhoea etc.

2. *Excitant* spasmos eorumque repetitos accessus: animi pathemata, praesertim ira, invidia, zelotypia, amor (maxime occultus [21])) taedium [22]), moeror C. excitantes.

16) Virgines annosae et monachae maxime spasmis laborant.

17) „*Quand leur (des femmes) susceptibilité a été trop ménagée, lorsqu'elles ont été entourées des soins trop recherchés ou prévenues jusque dans leurs moindres désirs; elles éprouveront souvent une forte commotion, par suite d'une contrariété légère.*" VILLERMAY l. c. p. 39.

18) Inter homines, qui noctes vigiles transigunt, ac diu ad meridiem usque somno indulgent, paucos meherele invenies, spasmis non obnoxios.

19) „*Lying to long in bed will weaken and relax.*" WHYTT l. c. p. 643.

20) Venaesectiones habituales systema nervosum tandem labefactare, nemo ignorat.

21) FR. HOFFMANN l. c. C. V. Exam. morb. obs. IV.

22) Hinc divites, quorum vota sine omni cura impleri solent, saepe spasmis, a quibus solum per adversitatem liberantur, laborare solent. Sic medicorum Parisien-

moeror [23]), terror [24]), item expectatio protract nisus imitandi [25]), contrarietates, corporis motu violentus, res suaveolentes [26]), odores fortes in grati [27]), sonus vehementes [28]), gratissimi [29] conspectus objecti motu rotatorio vel alio conti nuato agitati, nauseosi, vel ob peculiarem idio syncrasiam antipathici, ut ranarum, hirudinum [30]

mur

sium plurimi mihi narrarunt, spasmos ante revolutio nem Gallicam tam communes, illa saeviente omnin fere evanuisse. Mercatorum uxores coram oculos ha beo, quae, florente quondam inter nos commercio, su lenta vivendi ratione, continuo hysteriâ excruciaba tur, nunc vero commercio circumscripto, curisqu vexatae, ut ipsae ajunt, tempus aegrotandi amplii non habent.

23) Homines sanissimos post interitum personae carae spasmos perpetuos incidisse vidi.

24) Cfr. C. XI. §. LV. Mirum insultus spasmodic saepe ea ipsa hora, qua primum excitati fuere, deniqu omni nychthemero redire.

25) Si ad epilepsiam excitandam valeat (C. XI. §. LV N. 2. (47.)), eo magis ad simplices spasmos.

26) e. c. moschus, oleum essentiale rosarum.

27) e. c. fumus nicotianae, quo aevo nostro mar saepe feminas molestant.

28) A tubarum clangore hystericam Principem in lipo thymiam incidisse vidi. Alia spasmorum genera a explosione ignium artificiosorum, et tormentorum be licorum, quin timor hinc scenam luderet, observavi.

29) e. c. concentus instrumenti vitrei, vulgo *harmonic* dicti.

30) Matrona Vilnensis, ab hirudinum intuitu, in spasmo incidit.

nurium, felium, horumque animalium exhala-iones 31), narcotica, inprimis opium, hyoscyamus, ligitalis, belladonna aliaque venena, hydrargy-ium 32), dolores, e. c. sub partu, operationibus hirurgicis, dentitione, a panaritio, calculo re-ali; porro contusiones, compressio, inprimis tho-acis, per vestes nimis arctas, titillatus, manipu-ationes magnetismum sic dictum animalem exci-indi gratia institutae 33), attactus et intuitus vo-uptuosus, refrigeratio corporis et transpiratio appressa 34), calor atmosphaerae, temperaturae epentinae mutationes, ventus *scirocco*, aër conclu-us, electricitas 35), alimenta copia et qualitate eccantia, maxime mel, saccharum, porro ea, uae imperium peculiare in genus nervosum, po-ssimum partium genitalium 36) exercent, ut ly-coper-

31) Cfr. P. II. Vol. I. Sect. I. App. ad C. XIV. p. 504. et KAAU BOERHAAVE impetum faciens. §. 409.

32) Accessus spasmorum sub cura luis non rari. Cfr. P. II. Vol. I. Sect. I. C. XVII. §. LXXIV. 1. (82.).

33) Ibid. C. XII. §. LII. p. 456.

34) Ex vestium levitate, mammarum et uteri refrigeratione, saepe spasmi.

35) Feminas novi haud paucas, quae ex longinquo appropinquantem tempestatem cum tonitru praesagiunt, ex variis scilicet spasmis, quibus tunc tentantur, simul cum peculiari somnolentia, sudoribus profusis, palpitatione cordis etc.

36) Lego apud VILLERMAY (l. c. p. 32.) ubi de caussis morborum spasmodicorum loquitur; „*En première*

coperdon tuber, cancer astacus, fragaria vesca, *cioccolata* cum aromatibus, cofea [37]), thea [38]), crematum, vina, acida primarum viarum, flatus vermes, bilis spissa, abusus clysterum irritantium, congestiones haemorrhoidales, menstrua appropinquantia, eorum suppressio, aut fluxus irregularis coitus [39]), veneris desiderium inane [40]), graviditas [41]), partus et puerperium, impetigines [42]) prae

ligne nous indiquerons encore les pastilles dans lesquelles on fait entrer quelquefois la teinture, ou une très petite dose de cantharides!"

37) Tribus abhinc annis, virgo, ut a spasmis magn cordis palpitatione et anxietate stipatis liberaretur, curae meae commissa est. Accessus omni die hora octav ingruebant. Cum parum antea potum cofeanum epotare fuerit solita, imperavi ut ab eo se abstincat. Nullus tunc observabatur paroxysmus, ac ancilla, quae multa prius ingurgitaverat pharmaca, nullo eorum amplius adhibito, *per solam a potu cofeae abstinentiam* convaluit.

38) „*I once imagined to be in a great measure injustly accused; but experience has since taught me the contrary.*" WHYTT l. c. p. 642.

39) Praeterquam quod coitus per se symptomata spasm exhibet, plurimae feminae extant, quae nunquam illum exercent, quin dein per diem unum alterumve nervorum malis excrucientur.

40) Caelibem vitam plures sine noxa ducere possunt feminae, sed vix unam illarum invenies, quae prope maritum impotentem impune decumbere possit. Idem de uxoribus, a maritis neglectis, valet.

41) P. IV. Vol. II. Sect. II. Cap. de graviditate.

praecipue urticatio, nec non fluor albus [43]) praepostere fugatus.

3. *Caussa proxima* spasmorum quaerenda videtur, in sensibilitate corporis totius, aut partis illius sive aucta sive perversa, quâ contingit, ut quivis stimulus aut externus aut internus, quin semper absolute limites excedat, relative impressionem nimiam vel abnormem faciat. Caeterum quis intimam spasmorum naturam, praesertim quatenus anima in iis scenam ludit, perspicere posset? Nec aditus talem ad labyrinthum patet! C. proxima.

§. LXXII.

Diagnosis.

1. Si morborum hucusque recensitorum diagnosis ob id, quod illorum quivis cum aliis *nonnullis* adfectibus similitudinem aluerit, difficultates exhibuerat; — quanto majores difficultates, respectu ad diagnosin affectionum spasmodicarum vagarum, utpote adspectum fere *omnium* corporis humani morborum usurpantium, expectandae erunt? Neque satis! Affectiones spasmodicae vagae, cum saepe gravissimas easque rebelles simulent aegritudines, ipsae vero hae affectiones non tanti sint momenti; patet, errores in diagnosi commissos nullibi magis quam hic palpabiles et opprobriosos esse. Sunt aliquando et *crudeles* in Difficultas.

42) Hoffmann Med. Rat. Syst. l. c. §. XIV.

43) Ibid. Cap. V. enarrat. morb. obs. 12.

in aegros, dum scilicet gravis quidam morbus pro *spasmo* proclamatur et ut spasmus curatur, aut, aegro pro imaginario et importuno declarato, vilipenditur. Clamantia hujuscemodi peccata iis praesertim medicis familiaria esse solent, qui debita vel doctrina vel diligentia destituti, morborum reconditorum diagnosin instituere aut nequeunt aut negligunt, ac propriam sive ignorantiam, sive levitatem, magico illo *spasmorum nomine* cooperire satagunt.

Monitum. 2. Ne vero charybdin vitans in scyllam incidas! Compertum enim habemus, medicos juvenes prudentia magis quam experientia excellentes, ac honorem diagnosin morborum abstrusorum instituendi ambientes, viscera, solum motibus abnormibus transitoriis tentata, ac si gravi coque organico vitio laborarent, designasse, — itaque terrorem in familiis, non sine propriae famae detrimento, sparsisse.

Cautelae. 3. Utriusque generis errores evitare licet probe cognitis spasmorum *notis*, *formis* et *indole*.

Notae. 4. *Notae* essentiales affectionum spasmodicarum ex definitione [43]), quin immo ex inscriptione hujus capitis, elucent. *Vagae* enim illae sunt, *fugaces* et *subito mutabiles* et per *intervalla redeuntes*. Qua de caussa, quo magis morbus definiendus symptomatibus *fixis*, *constantibus*, et *perseverantibus* insignitur; eo minus illum ad affectio

43) §. LXIX. 1.

fectiones spasmodicas vagas pertinere, extat probabilitatis gradus, et vice versa.

5. Porro: quamvis *formae* spasmorum, ut monuimus [44]), infinitae sint; attamen quaevis illarum sat constanter tum determinatae vitae periodo alligari, tum sub data rerum positione evolvi solet. Crescit aut decrescit hinc probabilitas, morbum problematicum adfectionibus spasmodicis vagis adnumerandum esse, nec ne, quo magis vel minus ille ad normam generalem accedit, aut ab ea recedit. Examen peculiare hujus argumenti rem clariorem reddet. Formae.

6. Admittendo sensibilitatem nimiam pro caussa proxima affectionum spasmodicarum vagarum [45]), quisne magis illis subjicietur, corpusculo tenello recens nati, tot inusitatis stimulis exposito? Subjiciuntur recens nati potissimum *colicae*, *crampis*, *singultui*, *oscitationi*, *risui* [46]), et *sopori*. Quorum malorum caussae quaeri debent in meconio, in prava lactis conditione (nutrice scilicet menstruante, coitu, potu cremati aut vini perturbatâ, animi pathematibus, inprimis irâ, vexatâ) in refrigerio, in exhalationibus narcoticis [47]), et Spasmi recens natorum.

44) §. LXX. 3.

45) §. LXXI. 3.

46) Infans ante quadragesimum aetatis suae diem neutiquam risu naturali gaudere solet (LANZONI Act. Nat. Cur. Dec. III. An. I. obs. 45. p. 62.), qua de caussa risus, citius obveniens, *morbosus* est atque convulsivus.

47) STORCH infantis sex hebdomadum meminit a liliorum

et in obstaculis, quae sanguis potissimum in circuitu suo per pulmones et circa cor invenire solet. Cavendum vero, ne spasmis effectus violentiarum, sub partu encephalo vel columnae vertebrali illatarum, item *hydrorhachitidis congenitae, inflammationum ventriculi intestinorumque, vitiorum organicorum* systematis *arteriosi* aut *venosi*, nec non *trismi* et *tetani* adscribamus. Examen universi corpusculi recens nati, et absentia symptomatum constantium vix allatorum diagnoseos arduum opus adjuvant.

Spasmi infantum. 7. Quamvis, firmato magis corpusculo infantili, proclivitas ad spasmos decrescere debere videatur; attamen potius contrarium, sub intrante in *infantibus periodo dentitionis* [48]), uberrimo malorum generis nervosi fonte, observari solet. Spectant praecipue huc *pavores sub somno* [49]) et *convulsiones*, quae, dum morbum primarium constituunt, probe a malis similibus, utpote symptomatibus *encephalitidis*, *hydrocephali; rhachialgitidis* et *hydrorhachitidis* distinguendae sunt. In ea nempe versamur opinione, quod sicuti medicorum vulgus, antequam diagnosis inflammationum cerebri et medullae spinalis exculta fuerat, nimis spasmis tribuebat, ita idem nostro aevo nimis inflammatio-

odore soporosi. (*Kinderkrankheiten.* 1. *B.* p. 266.). Idem a fumo nicotianae accidere posse, vix dubito.

48) Cfr. P. III. Vol. I. Sect. Cap. de dentitione difficili.

49) P. II. Vol. I. Sect. I. Cap. VIII. §. XXXIX.

nationi partium illarum tribuat. Interea ex ob-
crvationibus nostris circa *indolem* spasmorum pa-
am fiet, inter illos et inflammationes non sem-
er tantum discrimen, ut vulgo creditur, interce-
ere, easdem caussas, puta congestiones cruentas
irca cerebrum et medullam spinalem, metastases
d has systematis nervosi partes, pro re nata
unc *simplices motus spasmodicos*, nunc *inflam-
nationem medullae nerveae* et *meningum* gignere.
Differentia solum in eo locata videtur, quod caus-
ae motuum spasmodicorum effectus transitorios
ine gravibus reliquiis, illae vero inflammatio-
um, effectus constantes cum proventu liquoris
xtravasati, aliisque processus inflammatorii exiti-
us, gignunt. Unde colligitur, motus spasmodicos
aepe *praecursores inflammationum* esse, quarum
dventus usu remediorum antispasmodicorum ca-
efacientium saepe properatur. Caeterum convul-
ones ex simplici spasmo ab illis, quae inflamma-
onis sistunt symptoma, distinguimus ex eo, quod
bi status febrilis ex calore, siti, pulsuum fre-
uentia, sudore, urinae conditione determinan-
us, abest, secus in convulsionibus ex inflam-
natione.

8. Quam scenam in infantia prima dentitio udit, haec, minori solum gradu, in *pueris* sub ltera dentitione repetitur. Praeterea pueri *con-ulsionibus* ex ingruentibus variolis, ex ingluvie et praecipue ex vermibus subjiciuntur. *Eclam-* Spasmi puerorum.

psiae

psiae hujusmodi, ab *epilepsiis*, duratione, redit et conditione memoriae distinguuntur. Juvat hi et ad aetiologiam respicere, quae si de injuri externis, de terrore, de retropulsione impetiginu testetur, morbus spasmodicus problematicus, p tius ad legitimas epilepsias, quam ad simplic convulsiones pertinebit. Tandem non oblivisce dum, ex glandulis mesaraicis scrophulis tentati quatenus illae induratae plexibus nervorum mes raicis, cum plexu solari communicantibus, vi inferunt, nervorum intercostalis et vagi culp multa symptomata nervea excitari posse.

Spasmi juvenum. 9. *Periodus pubertatis* in utroque sexu, no minores quam dentitiones excitare solet tumult Juvenes, praeter convulsionum varia genera, hau raro quidem *spasmis*, sub forma *hemicraniae pa pitationis cordis, tussiculae* obnoxii sunt. Veru diuturna praxi edocti sumus, symptomata hae longe saepius ex latentibus in pulmonibus tube culis pullulare. *Phthiseos* enim *tuberculosae pri mum stadium* toties symptomata spasmodica, (spasmis simplicibus mehercle probe distinguenda producit, quoties vel glandulae lymphaticae pu monis induratae ramos paris nervorum vagi i ritant, — vel cruor ex venis jugularibus ad ve nam subclaviam sinistram et ad venam cava descendentem, difficulter perveniens, in enceph lo stagnans, cerebrum ac nervos, inde ortum du centes, offendit, — vel sanguis in circulo su

pe

per pulmones impeditus, cor praeter modum expandens, plexus nervorum cardiacorum molestat. Medici harum rerum ignari, ut spasmis occurrant, quos simplices coram se habere credunt, ad remedia antispasmodica calefacientia saepe confugiunt, quae remedia, oleum igni addendo, inflammationem tuberculorum pulmonis excitant, phthiseosque evolutionem properant, quae tamen mala, debita medendi ratione, nisi plane evitare, saltem quodammodo impedire licuisset. Jam vero *functiones sexuales* cum magnum imperium in affectiones spasmodicas vagas exerceant, in utroque sexu separatim considerandae veniunt.

10. Annum vigesimum inter et quadragesimum, viri quandoque, ob veneris abusum et maxime ob onaniam, circa epocham pubertatis exercitam, saepissime ob gravia animi pathemata, et ob studia vitamque sedentariam, morbo nervoso, hypochondriasi scilicet, subjiciuntur, qui morbus cum alibi descriptus fuerit [50]), hic silentio praeteritur. Juvabit solum in mentem revocare, spasmos hypochondriacos, probe a symptomatibus nerveis, quae ex morbis potissimum organicis cordis, ventriculi, hepatis, lienis, pancreatis, intestinorum, renum, testiculorum, proficiscuntur, distinguendos esse. Spasmi virorum.]

11. Quamvis *mulieres*, virgines annosae spasmis, ex multifariis caussis utrique sexui communibus, Spasmi mulierum, hysteria.

50) P. II. Vol. I. Sect. I. C. XVII.

nibus, emergentibus, laborare possint, attamen plerumque affectiones spasmodicae vagae, quibus tentantur, ex *utero* proveniunt, ideoque *hysteriae* [51]) nomen merentur. Spasmi ex utero emergentes characteres gentilitios agnoscunt, quibus nisi ab affectionibus spasmodicis vagis generatim saltem a hypochondriasi speciatim distinguuntur.

Distinctio hysteriae ab hypochondriasi.

12. Quamvis enim gravissimi auctores, inter quos Highmorum, Sylvium et Sydenhamum nominasse sufficiet, hysteriam et hypochondriasin pro uno eodemque morbo proclamaverint, attamen contrariae cum Friderico Hoffmanno multisque aliis adhaeremus opinioni, ad quam suffulciendam sequens inserviet tabula diagnostica comparativa.

Hypochondriasis.	*Hysteria.*
a. Invasio morbi lenta.	a. Insultus morbi subitaneus.
b. Paroxysmi in longum trahuntur.	b. Curriculum insultus breve.
c. Symptomata in ipsis intervallis liberis potius remittunt, quam intermittunt.	c. Symptomata in liberis intervallis intermittunt.
d. Symptomata sat simplicia sunt et constantia.	d. Symptomata multifaria et volubilia.
e. Signa morbi maxi-	e. Signa morbi plurima

51) Cfr. §. LXIX, 1.

Hypochondriasis.	*Hysteria.*
e ex aegri narratione notescunt.	ma in sensus medici cadunt.
f. Sedes praecipua mor- in gangliis nervorum dominalibus.	f. Origo morbi e systemate nervorum hypogastrico.
g. Alvi obstructio ma- m aggravat.	g. Alvi libertas incommoda auget.
h. Venter extrorsum stenditur.	h. Musculi abdominales introrsum contrahuntur.
i. Scrupulosa est aegri l corporis sui statum in excretiones attentio.	i. Aegrotae ad excrementa examinanda vix unquam deveniunt.
k. Aegrotus morbos, de uibus legit et audit, hos se se jam habere autu- at.	k. Multifaria aegrota accusat symptomata, quin ea interpretari soleat.
l. Praeter coenaesthe- eos et imaginationis vi- a, sensus et facultates nimi illaesae sunt.	l. Sensus et facultates animi saepe perturbantur.
m. „Nulli unquam hy- ochondriaci pro mor- uis ac sepulchro desti- atis fuerunt habiti . . .	m. . . . ut quidem de hystericis fide dignae testantur historiae" [52]).
n. Timor continuus nortis.	n. Potius vitae valetudinariae timor.

o. Mor-

52) Fr. Hoffmann l. c. §. V.

Hypochondriasis.	*Hysteria.*
o. Morbus inter vitae annum 20 et 50. communis.	o. Urget circa pubtatem et cessation menstruorum.
p. Caussae excitantes sunt vita sedentaria et literaria.	p. Caussae excitan sunt animi pathema inprimis amor.
q. Magnam hic scenam ludunt haemorrhoides.	q. Magnam hic s nam ludunt menstrua
r. A pharmacis vix levamen.	r. Multum praest pharmaca, aliquando j solus pennarum accen rum suffitus.
s. Aeger morosus, consiliis medicorum rebellis, nulli illorum addictus.	s. Aegrota quidem g rulitate peccat, at pro pta est ad obediendu medicoque addictissim

Quodsi quis objiceret, hystericas saepe symptomata hypochondriaca exhibere, responde dum, hysteriam haud raro cum hypochondri complicari. Interea palam est, hac in quaestio facile *petitionem principii* subrepere. Qua caussa, quamvis persuasi simus, hysteriam ab h pochondriasi differre, attamen cum iis, qui cont rium defendunt, ob id neutiquam bellum ge mus. Ad hysteriam maxime illa accedit hyp chondriasis, in qua systema partium genitaliu marium evidenter laesum est, et vice versa

hyp

pochondriasin evidenter illa accedit hysteria, ae systemate abdominali labefactato insignitur.

13. Majoris momenti objectum nostrae hic se hibet observationi. Contingit enim saepe, ut l hysterica, vel hypochondriacus, in *alienum nomque quemdam morbum* incidat, cujus, ut proia consuetudo fert, amplam rationem reddere, ud facile omittere solet. Accidit inde, ut mecus incautus complicationem praetervidens fae, quotquot accusantur mala, ex hysteria vel pochondriasi explicare inducatur. Ex gravi illo ore vita aegrorum et fama medici periclitatur. Monitum.

14. *Spasmi senum et vetularum* potissimum b forma *asthmatis*, *tussis*, *vertiginis* et *apoexiae* obveniunt. In iis definiendis, periculo, avem quemdam morbum cordis, arteriarum, lmonum et cerebri praetervidendi, circumdaur. Ad quod evitandum, nil magis exactâ hiriâ morborum quondam praegressorum refert. Spasmi senum et vetularum.

15. Verum non solum aetas sed et aliae rem positiones, inprimis corporis constitutio, imrium in affectionum spasmodicarum vagarum rias formas exercent. Auctor hujus animadveronis, SYDENHAM [53]) monet: praecipue subjici afctionibus spasmodicis vagis sub forma *apoplelae*, — mulieres post partum difficilem, sanguis jactura stipatam, post violenta animi patheata; illis sub forma *convulsionum*, et *sensu stran-* Animadversiones.

53) l. c.

strangulationis ad guttur, — feminas plethoric: et robustas; illis sub forma *palpitationis cordis*, - virgines aliasque delicatioris et debilioris structu- rae; illis sub forma *tussis siccae*, — femin: constitutionis phlegmaticae; illis sub forma *vom tus*, — mulieres textus corporis laxi, aut qua infantes magnos in lucem ediderunt; et illis su forma *calculi renalis*, — feminas a praegress insultibus hystericis labefactatas valdeque valetu dinarias.

Designatio formae. 16. Quaeritur nunc, quomodo *forma* affectio nis spasmodicae vagae *designanda sit? Duple* hic nomenclaturae species se exhibet; altera, no men morbi a forma desumendi, adjecto epithet *spasmi*; (e. c. *epilepsia hysterica*) altera, spasmu pro morbo primario stabiliendi, adjecto epithet formae (e. c. *hysteria epileptica*). *Prima* illa ma gis nobis arridet, propterea quod diversos generi humani morbos describendo, quid spasmus in ii producendis valeat, longe facilius, quam formas quot quot spasmi induere possunt, indicare liceat

Indoles. 17. Quomodocunque res se habeat, ne cre damus, determinata affectionum spasmodicarum vagarum *forma*, diagnoseos opus jam ad comple mentum perductum esse Restat enim adhuc, u *indoles* mali probe indicetur. Inter spasmum enim et spasmum ejusdem plane formae magna aliquando intercedit differentia. Nimirum quam vis caussa proxima affectionum spasmodicarum

vaga

vagarum in sensibilitate nimia aut perversa et in impotentia inde orta, impressiones sine tumultu perferendi, consistat[54]), hoc non impedit, quominus mali indoles, et quodammodo illius forma a qualitate caussae sensibilitati infensae, morbumque excitantis, pendeat. Quae observatio adeo vera est, ut non solum in diversis hominibus, sed et uno eodemque in aegro confirmetur. Differt enim unus spasmorum paroxysmus ab altero, quatenus nunc ab animi pathemate, nunc a potu excalefaciente, nunc ab errore in diaeta, nunc a refrigerio, nunc ab excretione quadam retenta etc., excitatur. Intelligitur inde quod Fridericus Hoffmannus de pharmacis paroxysmis accommodatis dixerat: „neque quod semel profecit, id alio tempore juvet" [55]). Nec *character morborum annuus*, nec *climatis imperium*, affectionibus spasmodicis vagis alienum est. Sic *annua constitutione* morbis inflammatoriis, rheumaticis, gastricis etc., favente, affectiones spasmodicae vagae saepe eundem exhibent characterem inflammatorium, rheumaticum, gastricum. Neque mirum, constitutionem annuam, cujus vis tanta est, ut fortissimos adeo homines imperio suo subjiciat, debilioribus non parcere. Ad *clima* quod spectat, potentia illius in indolem spasmorum vel ex eo elucet, quod egregii medici, prout variis in re-

gioni-

54) §. LXXI. 3.
55) l. c. C. V.

gionibus praxin exercent, variam admodum medendi rationem commendant. En cur illorum consilia non indiscriminatim in usum deduci possint, curque methodus, ab Anglis indicata, haud semper in mediterrane a regione prospere succedat Verum praeter clima, et modus vivendi civium et gentium cultura, considerari merentur. Certissime enim spasmus a tragoediae adspectu excitatus ab illo, cui potus cremati ansam dedit, differt Quae cum ita sint, in varia spasmorum indole determinanda toti erimus.

Spasmi traumatici.

18. Primum sese exhibent spasmi *traumatici* quibus subjiciuntur praecipue *infantes* — culp insectorum, corporum extraneorum ad cavitate aurium, narium etc. perductorum, lapsus aliarum que violentiarum; et *feminae* culpa vestium ar ctarum, praecipue fibulatariarum, partus laborio si et illius reliquiarum. Inter has maxime *pro lapsus uteri* notandus, a quo hysteriam pharma cis permultis incassum tractatam solis auxiliis me chanicis sanatam 56) observavimus, et observarun alii. *Herniae* porro utroque in casu, ut spasmo rum caussae, obvenire possunt; ne dicamus d calculis biliosis et urinalibus, de vermibus etc.

Spasmi inflammatorii.

19. Affectiones spasmodicae vagae, saepe ad spectum inflammatorium exhibent. Nisi ver aegrotorum habitus, aetas, morbi antecedentes a caussae malum excitantes revera de *diathesi in flamma*

56) P. IV. Vol. II. Sect. 2.

flammatoria testentur, illius praesentia caute statuenda. Enim vero signa inflammatoria hic saepe per nervorum in cor, arterias et venas imperium gignuntur. Praeterea spasmi et viscerum obstructiones, circulo libero sanguinis obstando, saepe efficiunt, ut cruor (forte majore vi expandente gaudens et secretioni cujusdam gasis faens [56])) in unam corporis partem (ob morbos praegressos labefactatam, vel ob praesentiam transitorii cujusdam stimuli ad plethoram dispositam) nimia copia irruet, ac pulpae nerveae ibi obviae infensus evadat. Sic congestiones cruentae in encephalo, specu vertebrali, circa cor, pulmones, hepar, lienem et praecipue circa *uterum*, caussam communissimam spasmorum et potissimum hysteriae, sistunt. Viscus congestione laborans, ex ipsa spasmi *forma*, saltem a medico, nervorum diversis motibus praepositorum, gnaro, divinari solet.

20. *Gastricos* nominavimns *spasmos*, qui ex visceribus et nervis abdominalibus proficiscuntur. Frequens eorum caussa in *erroribus diaetae* latet, qui in infantibus et mulieribus altioris ordinis [57]) saepe Spasmi gastrici.

56) Vide mox infra N. 20. ubi de passione flatulenta quaestio est.

57) Plus vice simplici ad feminas sensitivas, quae solo, ut ita dicam, aëre et spiritu vesci videbantur, paroxysmi spasmodici medendi gratia, vocatus sum. Jam

saepe difficulter eruuntur. Accedunt *vermes intestinales*, qui, ut diximus [58]), saepe spasmos, non solum in pueris, sed et in adultis, praesertim sexu sequioris, excitant [59]). Fons spasmorum praeterea saepe in *acidis primarum viarum*, et maxime in *flatibus* quaerendus. Istorum imperium in spasmis excitandis adeo magnum est, ut nisi nobis ab hypothesibus plane abstinendi lex esset, doctrinam de *spiritu flatulento* quondam a GALENO et nuper a VIDALIO [60]) jactatam admitteremus. Mereretur ea saltem examini eique experimentali subjici. Sic forsan origo flatuum intelligeretur, qui non solum per tubum intestinalem hystericarum, sed aliquando per universum textum cellulosum decurrunt atque tumores emphysematicos colli, pectoris, aliarumque partium excitant [61]). D

qu

caussam in animi quodam pathemate sublimi quaerer paratus eram, dum ex signo, ab ancilla aulica mihi clan dato, ad praegressam ingluviem concludere debueram. Nec ista in cibo quodam exquisito et delicato, sed contrario in caseo, halecibus, brassica, carne suilla etc consistebat.

58) Cap. XI. §. LVI. N. 14.

59) Feminas elegantissimas curavi, in quibus nemo hospites tam immundos ac vermes expectasset, quae tamen non prius quam illis fugatis sanitati restitui potuerant.

60) *Essay sur le gaz animal considéré dans les maladies, ou renouvellement de la doctrine du* GALIEN *concernant l'esprit flateux. Marseille* 1809.

61) P. I. Vol. II. C. LXIII.

quo argumento in tractatu de flatu [62]) amplam quaestionem instituemus. Porro frequens spasmorum caussa in *hepate* et *cystide fellea* invenitur, inprimis si ira, moeror, zelotypia subrepserint, si mercurii multum adhibitum fuerit, sique caput antea valde doluerit. Spasmi originis hepaticae praesertim latus corporis dextrum detinere, et maxime ventriculum et cor in consensum trahere solent. Contra vero si *lien* spasmorum focum constituet, maxime latus corporis sinistrum patitur, quod praecipue in aegris, aut haemorrhoidibus, aut febribus intermittentibus obnoxiis, aut ad scorbutum pronis, contingit. Spasmi tunc saepe sub forma melancholiae [63]) et vomitus obveniunt. Urgent ipsi appropinquante menstruorum periodo, in herniosis, in iis qui vitam sedentariam ducunt, aut si *complicationes* adsint; quas inter complicatio cum *plethora*, praesertim *venosa*, et cum *vitiis scrophulosis glandularum mesaraicarum*, prima loca obtinent.

Spasmi rheumatici, carcinomatici, plicosi, syphilitici, scorbutici.

21. Spasmi *rheumatici* saepissime ex corporis, praesertim mammarum, uteri et pedum refrigerio, ac transpiratione suppressa oriuntur. Derepente sub forma cephalaeae, lumbaginis, colicae, singultus, obveniunt. Rheuma maxime illis, qui aliunde *arthritide* laborant, infensum evadit.

62) P. III. Vol. I. Sect. I. Cap. de affectionibus flatulentis.

63) Anglice *Spleen*. Polonice *Sledziona*.

Interea et ex simplici arthritide, inprimis si ea medullam spinalem et uterum aggrediatur, spasm gignuntur multifarii. Ab illis haud multum spasm ab *herpete* et ab *urticatione* excitati, differre vi dentur. Urticatio praecipue cum systemate ute rino nexum agnoscens [64]) in regionibus septen trionalibus, quibus aliunde familiaris est [65]), hyste riae saepe nisi caussam, saltem socium sistit Generatim spasmorum arthriticorum diagnosis in stituitur ex notis generalibus arthritidis, praeci pue ex praegressa podagra [66]), ex urina specific sedimento instructa, ex reditu morbi periodico doloribus insignito, ex imperio mutationum tem pestatis in aegros, habitu peculiari praeditos etc. — Subjiciuntur spasmis *arthriticis* praesertim femi nae plethoricae circa tempus sic dictum criticum Verum hic gressus duntaxat unus requiritur, u spasmi illi indolem induant *carcinomaticam*. Re rum talem conditionem arguimus, si morbus so litis spasmis rebellior sit, si sub forma dolorum lancinantium obveniat, si fluor albus isque ro dens et foetidus adsit, si cancer in familia aegro tae regnet, sique habitus corporis carcinomatic quid indicet. A spasmis carcinomaticis, vix au ne vix quidem *spasmi plicosi* ac *leprosi*, de qui bu

64) Clarke *obs. of those diseases of females which ar attended by discharges. Lond.* 1814. *P. I. C. II.*

65) P. I. Vol. II. Cap. XXVII. §. CV. 4.

66) Lege Fr. Hoffmanni observ. II. l. c.

ous jam Whytt loquitur [67]), differunt. Commu-
nissimi illi sunt in Lithuania, ubi ipse vulgus
spasmos rebelles, inprimis symptomatibus arthri-
ticis stipatos, a recondita vel imperfecte evoluta
plica derivare solet. Spasmi plicosi tria sat pa-
thognomica agnoscunt signa, videlicet *susurrum
aurium*, *cardialgiam* et *formicationem*. Maxime
illi sub temperiei mutationibus saeviunt, ita ut
aeger cuivis nubi tributum persolvere debeat. —
Tandem cum nobis spasmi obvenerint, qui cum
syphilide ingruerant, neque prius eradicari po-
tuerint, quam profligata syphilide, *spasmos* quo-
que ex *diathesi venerea* statuere cogimur. Num
vero spasmi hujuscemodi directe ex actione prin-
cipii venerei in systema nervosum, num indirecte
per exostoses, tophos, ulcera etc. excitentur, non
audemus determinare. Nec signa gentilitia hic
indicare valemus. Restat hic solum, ut monea-
mus, ne spasmos a *mercurio* excitatos cum ve-
neris confundamus [68]). *Diathesin scorbuticam*
spasmos gignere posse principes medicorum jam
dudum docuerunt [69]). Diagnosis ex conspectis
diatheseos scorbuticae signis statuitur.

22. *Spasmi primitivi* sunt illi, qui immediate
ex sensibilitate aucta aut perversa systematis ner-
vosi Spasmi primitivi.

67) l. c. P. 656.

68) Cfr. P. II. Vol. I. Sect. I. C. XVII. §. LXXIV. 1.
(82.). p. 566.

69) Fr. Hoffmannus l. c.

vosi prodeunt; ac a caussis imponderabilibus, u ab animi pathematibus, aestu venereo, idiosyn crasia, nisu imitandi, odoribus, sonis, narcoticis electricitate etc., provocantur. Exhibent illi sum mo in gradu notas essentiales affectionum spas modicarum vagarum [70]. *Finguntur* saepe, inpri mis a sexu sequiori, scopo, exquisitam sentiend facultatem patefaciendi, aut hominum simpliciun commiserationem excitandi, indeque propositun aliquod extorquendi, aut sese ab injuriis per in cussum aliis terrorem vindicandi etc., unde me dicos juvenes serio mónemus, ne, si festinante advocentur, in talem incidant decipulam [71]. Illan aliquando ab expertis licet practicis difficulte evitar

70) N. 4.

71) Juvenis medicus, ex optimis quondam discipuli meis, non ita pridem ad Aspasiam quandam derepent vocabatur, quae, praeviis cum amasio rixis, in stat asphyxiae simili jacebat. Conditio feminae, causs excitans, decumbendi modus, pulsuum denique ratio dolum cuilibet fraudium et artium feminarum peri tiori, facile revelassent. Ille vero, aegrae obitum ti mens, aliorum medicorum consilium imploravit, qu unus post alterum accersiti, panico timori irridebant Revera cum applicationem ferri candentis ad cervicen proposuerim, asphyxia oculi ictu evanuit. Quod cun vidisset juvenis medicus, adeo indignatus fuit, u exercitio ulteriori artis medicae, studio physiologia sese exclusive tradens, valedixerit. Casui huic for tuito Polonia HALLERI, ut spero, aemulum debebit

vitari per plura exempla edocti sumus [72]). Eo najor occurrit difficultas, cum persuasi simus, nter spasmos simulatos et veros *tertium quid* atere. Enim vero feminas cognovimus, quae vountatis quidem nisu spasmos excitabant, at vero pasmos jam excitatos non amplius in propria iabebant potestate [73]). Nec satis. Feminae et uodammodo juvenes alterius sexus, dum imaginatione fervida praediti sunt ac male educati fueant, ita sensationibus a quocunque animi pathemate fortiori excitatis se praedam dare solent, ut n saevas quandoque systematis nervosi turbas incidant [74]), quae quidem haud plane simulatae dici pos-

72) En unum! Uxor medici viri egregii per nonnullos menses quotidie in saevas convulsiones incidebat, quarum, si dicere liceat, integra facultas R..na ludibrium fuit. Docuit enim eventus, quod femina haec astuta convulsiones tantum simulaverit, ut maritus juvenem medicum, quocum invicem alios aegrotos in urbe visitare erat solitus, domi, scopo uxori aegrotanti auxiliandi relinqueret. Cujus inter brachia sese convulsive aeque ac obscoene jactans, altera Putiphar imperitum rerum adolescentulum seduxit; qui dein, animi grati erga maritum benefactorem suum immemor, praevio divortio, nuptias cum aegra, ablata larva, sanitati restituta, celebravit. Poena brevi crimen secuta est. Periit enim phthisi pulmonali post anni jam curriculum exhaustus sponsus, ac vidua ab omnibus derelicta misera jam dudum perempta esset, nisi primus maritus eam ex longinquo sustineret.

73) Cfr. Cap. XI. §. LV. N. 2. (48.).

74) Pulchre hinc ait illustrissima Genlis sexus sui de-

possunt, sed altera ex parte etiam ad spasmos omnino sinceros neutiquam spectant. Hi instar aliorum morborum generis nervosi ex variis corporis humani partibus proficisci possunt, ex cerebro scilicet, medulla spinali et plexibus nervorum pectoris, abdominis et pelvis.

Spasmi complicati.

23. Monita circa *complicationes* aliorum morborum systematis nervosi tradita, et *spasmis* quadrant. Qui spasmi, dum sese in alios *morbos* [75], aut in *convalescentiam* [76]) insinuant, nonnunquam statum rerum adeo complicatum inducunt, ut

eus: „*J'ai toujours remarqué, que, lorsque les gens sans éducation de la classe du peuple, dont le caractère n'a pu être modifié par l'usage du monde, éprouvent des vives sensations, ils les expriment par des démonstrations et une véhémence, qu'on ne trouve jamais parmi les personnes bien élevées, toujours contenues par la raison et par un sentiment délicat de convenance.*" (*Les Parvenus*. *Tom. III.* 3. *édition*, p. 78. *Paris*. 1819.).

75) Sic in simplici coryza, apud hystericas, subsultus tendinum et delirium pluries observavi. Cum nobilissimae feminae quondam ab saevam tussim vesicatorium proposuerim, libenter me submittam, inquit, at spasmos, ut sub hujus auxilii usu semper experta sum, iterum habebo. Ac re quidem vera, quartâ ab applicito vesicatorio horâ, motus convulsivi, subsultus tendinum in conspectum venerunt. Inprimis medici, quorum materia medica fere unice ex pharmacis inter venena petitis constat, spasmos in morbis, quos curant, expectare debent.

76) Sydenham l. c. p. 422.

t medico necdum canescente, si filum Ariadnes lico non inveniat, revera condonandum sit.

§. LXXIII.

Prognosis.

1. Spasmi generatim, malum non adeo periulosum, quam molestum sistunt. Molestum, nquam, aegrotis non modo, sed et illorum affiibus. Ens marito hystericae infelicius vix repeiemus, nisi ille forte in varietate delectationem nveniat. Enimvero hysterica unius nychthemeri urriculo vicissim tristis, serena, dura, placida, rascibilis, mansueta etc., decem et ultra feminaum diversarum characteres includit, quae, ut liximus, varietas mares facile captat. In genere pasmi, quo magis tumultuarii, dummodo transiorii, eo magis salutares. Sicuti enim tempestaes cum tonitru atmosphaeram, ita spasmi corous humanum expurgare solent. Quod praecipue le spasmis morborum acutorum crisin comitanibus intelligendum est. Sic convulsiones variolarum quandoque expulsionem accelerant, et haud raro febrem solvunt [77]). Verum aliquando et contrarium contingit. Viscera iterum iterumque a spasmis tentata, tandem in graviora incidunt mala; inter quae jam SYDENHAM [78]) uteri hydropem locavit. Generatim.

2. *Spas-*

77) HIPPOCRATES Aph. IV. 57.
78) l. c. p. 424.

Pr. spasmorum traumaticorum.

2. *Spasmorum traumaticorum* prognosis caussa laedente, a loco laeso pendet. Laesione medullae oblongatae et cervicalis, plexusque solaris, maxime periculosas esse, notum est.

Pr. spasmorum inflammatoriorum.

3. *Spasmi inflammatorii* saepe cujusdam systematis nervosi partis inflammationem praesagiunt, quod jam indicatam 79) nonnullorum spasmorum cum inflammationibus affinitatem clare ostendit. Eadem affinitas spasmorum cum quibusdam haemorrhagiis, debito loco 80) palam fiet. Hic meminisse sufficiat, multorum spasmorum crisin in fluxu sanguinis spontaneo consistere.

Pr. spasmorum gastricorum.

4. *Spasmi*, qui ex *vitiis abdominalibus* pullulant, nisi plexui solari immediate infensi sint aut male curentur, minus reliquis artis praesidia eludunt. Interea si diu durant, cerebrum et uterus tam diu inde in consensum trahuntur, donec ipsa haec viscera dein in morbos idiopathicos conjiciantur.

Pr. spasmorum rheumaticorum, arthriticorum etc.

5. Affectiones spasmodicae vagae ex causa *rheumatica* ephemerae sunt, nisi in *arthriticis* locum obtineant, quo scilicet in casu, difficulter, atque si *carcinomatici* aut *plicosi* quid lateat, vix unquam eradicantur. Ipsa scirrhi aut *plicae* evolutio, non semper nervorum turbas compescit.

Spasmi

79) §. LXXII. 7.

80) P. II. Vol. II. Sect. 2. Cap. de haemorrhagiis in genere.

pasmi indolis syphiliticae debellata lue evanescunt, vel nervei primitivi fiunt.

6. Qui spasmi, ex *primitivo* scilicet *systematis nervosi vitio* orti, quod spectat ad periculum, omnium minoris momenti, quod vero ad curam attinet, difficillimi sunt. Praeterea diu neglecti aut male curati, tandem in morbos nervosos, quos antea solum aemulabantur, revera transeunt, e. c. in epilepsiam, maniam etc. Alias vero spasmi illi, citra omnem expectationem, inprimis vel contracto matrimonio, vel absoluto partu, vel celebrata lactatione, vel mutata vitae ratione, sponte evanescunt. Pr. spasmorum primitivorum.

§. LXXIV.

C u r a.

1. Quaevis spasmorum species *duplicem medendi rationem* agnoscit, quarum altera paroxysmo, altera tempori libero, adaptanda. *Paroxysmo* ea pharmaca opponere solemus, quae in morbo, cujus scenam ille ludit, si indolis nervosae foret, indicarentur. Generatim in auxiliis pharmaceuticis chirurgicis et diaeteticis eligendis semper *complicationum* [81]) memores sumus. Antequam vero ad ea confugiamus, num spasmi, quorum curam [illegible] susci- Generatim.

81) Nullibi complicationes frequentius obveniunt quam in spasmis, praesertim in hysteria. Quo fit, ut saepius uno eodemque in aegro cura ab evacuatione sanguinis incipiatur, deveniatur dein ad resolventia, a cclaudatur illa tandem tonicis.

suscipimus, revera detrimentum afferant nec n… probe determinamus, ne scilicet *salutaria natu…rae conamina* praepostere cohibeamus.

C. spasmorum traumaticorum.

2. In *spasmis traumaticis* curandis, scopu… proponitur, irritamentum locale vel auferendi ve… leniendi, illius propagationi obstandi, sentiendi…que facultatem imminuendi. Quo pacto indica…tionibus hujuscemodi satisfaciendum sit, tum e… praeceptis generalibus [82]) tum ex therapia epi…lepsiae et tetani traumatici [83]) elucet. Praete… curam topicam, in selectu pharmacorum ad illa… respiciendum erit, quae specifice in nervos, irrita…menti conductores, agunt.

C. spasmorum inflammatoriorum.

3. In *spasmis inflammatoriis*, vigente paroxysmo, ad *phlebotomiam* confugiendum est: — si aeger antea a methodo antiphlogistica non fuerit exhaustus, si venaesectionem habitualem intermiserit, si morbus ex cohibito quodam profluvio cruento, menstruis videlicet, haemorrhoidibus, lochiis, ortum duxerit; si aeger vera plethora laboret, sique organon nobile vexetur. Pro varia illius sede, sanguis modo e brachio, modo e pede educitur, lateris nunc dextri, nunc sinistri. At vero cavendum, ne phlebotomiâ abutamur, et levamen temporaneum inde obtentum cum effectu salutari eoque constanti confundamus! Negari enim haud potest, venaesectionis reite-

82) P. II. Vol. I. Sect. I. C. I. §. VI. 17. 42.
83) C. XI. §. LVIII. N. 4. C. XIII. §. LXVIII. 2.

eiteratum usum, praesertim si solum ob habi-
ım floridum instituatur, systema nervosum tem-
oris tractu magis magisque labefactare. Tutius
inc est, nisi phlebotomia clare indicatur, ad *hi-
udines*, vel prope loca congestionibus obnoxia,
el circa illa, e quibus quondam sanguis cum le-
amine fluere erat solitus, applicandas, confu-
ere. Immo si congestiones sine omnibus ple-
ıorae generalis indiciis obveniant, et simplex
ruoris revulsio, scilicet ope *cucurbitularum sic-
arum*, *semicupii*, *balneorum tepidorum pedis*, *cly-
terum emollientium* aliquando sufficit. Praeterea
oliorum digitalis purpureae virtutem in spasmis
um motu abnormi cordis et arteriarum quotidie
ıagis magisque celebramus; egregii enim hujus-
emodi pharmaci ope diros aeque ac rebelles
pasmos, ex nervorum cardiacorum et plexuum
ulmonalium irritatione emergentes, utque saepe
ost animi pathemata, praesertim moerorem oc-
urrere solent, sedavimus [84]). Accedit *elixirii
ıcidi Halleri* non diu continuandus usus [85]).
Tem-

84) R. Foliorum digitalis purpureae drachmam semis. Infunde c. s. q. aquae fontis fervidae. Stent in digestione per horae dimidium. Colatura unciarum septem D. S. (pro adulto aegro) omni tertia hora unciam unam capiat.

85) Cum remedium, de quo agitur, palato gratum sit ac aegrotis saepe conducat, contingit haud raro, ut ipsi, vel inscio medio, per menses et annos in illius usu continuent, ex quo gravia ventriculi et renum incom-

Tempore aestivo *aqua Selterana*, vel alia *gaz ac* *dum carbonicum* evolvens, indicatur. *Nitrate* *potassae* systema nervosum admodum sensile r spuere solet. Tandem, cum plurimi aegrorum insultus tempore, auxilium aliquod momentaneu exposcant, ac pharmaca volatilia, quae alias su paroxysmo exhiberi solent, excalefaciendo noc ant [86]), *aqua pruni lauro-cerasi* praesto est [87] Pharmacum istud maxime adversus congestione cruentas, quae statu emphysematico stipantur, usu pandum. *Tempore* a spasmis *libero* morbus pra sertim regimine diaetetico, quale in diathesi in flammatoria generatim requiritur, radicitus eve lendus. Potus cofeae, theae viridis et liquorum fermentatorum severe interdicendus, atque illiu loco, *aqua fontana* naturali frigiditate, praesertin absc

moda orta vidi. Porro si elixirium acidum Halle per se praescribatur, pluries contingit, ut aegri, spasmo rum tempore, illud cum aliis guttis antispasmodici confundentes, quin diluatur sumant, os, fauciumqu cavitatem comburant. Nec satis, saepe lagena elixiriun acidum Halleri continens, sub itineribus frangitur, lin tea vestesque vicinas erodit. Ex quibus omnibus col ligitur, medicum, hoc in pharmaco praescribendo, cau tissimum esse debere.

86) De damno remediorum calefacientium ista sub re rum positione lege RODERICUM A CASTRO de morbi mulier. L. II. LUDOV. MERCATUM L. II. de morbi uteri C. III. et FR. HOFFMANNUM l. c. C. V. cautel et monit. pract. §. I.

87) Adulto, a guttis decem ad drachmam semis pro dosi

osoluto digestionis negotio, copiose haurienda ommendari debet. Porro decubitus in lecto ita ıdicandus, ut cruoris in partem congestionibus bnoxiam influxus impediatur. Anni tempore faente, nisi congestionum circa cor et pulmones bstet periculum, *balnea fluviatilia*, et *praecipue arina*, scopo sanguinis aestum temperandi, nerorum systema corroborandi, ac debitum inter rterias, venas et nervos aequilibrium instituendi, mnia, quae noscimus, auxilia antecellunt.

4. *Spasmi ex ingluvie*, nulla obstante contraincatione, *emesin*, praecipue ope radicis *cephaëlis ipecacuanhae* excitatam, poscunt. „Eo mais et necessarius et fructuosus est emetici usus, it Fr. Hoffmannus [88]), si morbus sit recens et egri adhuc de nausea, cardialgia, praecordiorum nxietate, atque vomendi conatu conqueruntur; aro documento, morbi fomitem maxima adhuc arte in ventriculo haerere." Serius, aut dubia netici indicatione, ad *purgantia* devenienım. Maxime hic sese commendat *tinctura rhei quosa* cum *aqua menthae* [89]). Latentibus siul haemorrhoidibus, — *electuarium lenitivum*. tubus intestinalis valde sensilis allata auxilia C. spasmorum gastricorum.

88) l. c. §. IV.

89) Judaeae Lithuanae, systemate nervoso sat excitabili praeditae, ac victu crudo, caseo scilicet, halecibus, carne frigida nutritae, spasmos gastricos saepe patiuntur, a quibus indicato pharmaco veluti per incantamentum liberari solent.

xilia respueret, — *calomel* [90]). Cave autem continuo hujus pharmaci usu, nam hysterica mercurialia aegre ferunt. Idem de purgantibu dicendum, dum alvum liquidam cient. Tutiu plerumque *clysteres emollientes* [91]) quandoqu KAEMPFIANI [92]) ministrantur. Si spasmi gastric aestum socium habent, *citras potassae* conducit [93] Leviori in morbo *aqua fontis saccharata*, auxilium domesticum Gallis familiare [94]). Acidis primarum viarum *lapides cancrorum*, *magnesia*, additis guttis nonnullis *olei essentialis anisi* vel *foeniculi*, — ac vermibus intestinalibus *extractum tanaceti*, *pulvis seminum santonici*, *oleum terebinthinae* [95]) opponuntur. Spasmis ex hepati laesa functione, inprimis praegressa ira aut moerore pullulantibus, *pulvis antispasmodicus rube* *Stah*

90) e. c. a granis quinque, ad grana decem, pro un dosi, vix amplius repetenda.

91) „'*Tis observable that some hysteric women canno bear the gentlest purgatives or clysters, but are seize with a lowness of spirits as often as they have onl a single loose stool.*" Not. ad SYDENHAM l. c. p. 42

92) Cfr. P. III. Vol. I. Sect. II. Cap. de obstructionibu hepatis.

93) R. Subcarbonatis potassae scrupulos duos. Saturer tur c. s. q. succi citri recentis. Adde aquae ceraso rum vel rubi idaei uncias septem. Syrupi citri un ciam semis. Cap. cochleatim.

94) *Eau sucré.*

95) Cfr. P. III. Vol. I. Sect. I. Cap. de vermibus insest nalibus.

Stahlii aliis pharmacis palmam eripit [96]). Si
ero regio epigastrica valde sensilis esset, ex in-
licato pulvere *nitras potassae* omittenda foret.
Praeterea pulvis antispasmodicus ruber ob *cinna-*
arim, quam continet, in hominibus proclivita-
em ad diathesin scorbuticam exhibentibus, vix
ut ne vix quidem praescribi potest. Generatim
on nisi caute illius usus diuturnus locum ha-
ere potest [97]). Nihilominus dum spasmi ex ob-
tructionibus imi ventris, praesertim in scrophu-
osis, haemorrhoidariis urgent, ad ipsam curam
adicalem obtinendam et extra tempus paroxysmi
er mensis curriculum omni vespere dosin indi-
ati pulveris exhibere solemus; postridie mane
nciam unam cum dimidio *mellaginis graminis* [98]),
ribus vicibus sumendam, propinando. Tempore
ernali, aut aestivo aegrotus cyathum vel aquae
elteranae, vel seri lactis dulcis (si ventriculus id
erat) mellaginis unicuique dosi superbibit. Sim-
licissima ista methodo, aliquando usu *saponis te-*
ebinthinati *) suffulta, quovis anno permultos
aegros

96) A granis decem ad viginti pro dosi cum aequali sacchari parte.

97) Ex unciis tribus pulveris antispasmodici rubri, spatio nonnullorum mensium sumti, exanthema mercuriale conspexi.

98) Extractum graminis liquidum. Curandum, ut omni empyreumate expers, et debitis cautelis paretur.

*) Vulgo: *sapo Starkeyanus.*

aegros spasmis abdominalibus obnoxios, prius p annorum curriculum quassiâ, cortice, asa foetid aethere, aliisque sic dictis remediis antispasm dicis (hic mehercle potius ad spasmos excitand quam sanandos idoneis) a medicorum vulgo inca sum curatos, adjuvante Numine, prosperae rest tuimus valetudini. Idem effectus, majoris etia certitudinis, per *fontes minerales resolventes sa nos* [99]) obtinetur. Auxiliorum istiusmodi su administratione, sunto diaeta selecta, ex carn bus albis et vegetabilibus non flatulentis, vigilia animi pathemata ingrata et venus ad Garamant relegatae et exercitium corporis modicum [100] Quodsi absoluta cura spasmorum ex vitio abd minali pullulantium, primarum viarum aton relinqueretur, lenibus amaricantibus, e. c. *extract cardui benedicti*, *achilleae millefolii*, *aquis ma tialibus* locus foret. Cave vero, ne effectum, que methodo illa obtinuisti, hac iterum destruas, perfectionem curae quaerendo, adagii: optimu est bono contrarium, recordaberis.

C. spasmorum rheumaticorum, arthriticorum etc. 5. Spasmis a caussa *rheumatica* aut *arthr tica* excitatis, aegrum lecto decumbere oporte non neglectis *frictionibus* corporis cum pann laneis *subfumigio* quodam *aromatico*, e. c. *suc*

cin

99) P. I. Vol. II. C. I. §. VI. 27. (17.).

100) Cfr. P. II. Vol. I. Sect. 1. C. XVII. §. LXXVI 2. 3. nam regimen hypochondriasis optime hic qu drat.

ni, *mastichis*, *benzoes*, *styracis* imbuti. Potui *fusum* subcalidum *florum tiliae*, *sambuci*, *salviae*, *melissae* inserviet. Multis *balneum tepium* conducit. Quibus singulis, si aestus febris praesto sit, locus non est, quo scilicet meodus adversus spasmos inflammatorios comendata [1]) in usum ducenda. Si spasmi adhuc gerent, *pulvis Doveri* exhibetur. Quondam *itimonium diaphoreticum* in usu erat [2]). In orbo graviori aut latente *metastasi*, ut spasmom caussa, *sinapismo*, *vesicatorio*, frictione cum *guento ex tartaro emetico*, *fonticulis*, aliisque *ceribus artificialibus* „sed in certis duntaxat servatis casibus" [3]), et nunquam cutis formositi praepostere injuriam inferendo [4]), uti licet. raeterea in *arthriticis* ad *balnea sulphurea*, *peluvia acriora*, *decoctum* stipitum *solani dulcaarae* aliaque hujus indolis pharmaca confugienm est. Spasmis ex diathesi *carcinomatica*, *licosa*, *syphilitica*, *scorbutica* pullulantibus me-

Pp 2 thodus

1) N. 3.
2) Fr. Hoffmanno l. c.
3) Sunt Fr. Hoffmanni verba (l. c. Cautel. §. 3), a medicis aegros, ita in spasmis transitoriis, sicuti in epilepsia aut alio gravi morbo solum liceret, excruciantibus, probe retinenda.
4) Medicis pluries irascebar, observando, quod, necessitate id non plane exposcente, in cuti tenera candidaque feminarum, et quidem ad loca obvia, foedas cicatrices excitaverint.

thodus specifica opponitur. Palliativa meder ratio, curae spasmorum, qui ex vitio primiti systematis nervosi proficiscuntur, similis est.

C. spasmorum primitivorum.

6. Consistit autem ea in administratione *mediorum* proprie *antispasmodicorum,* nec non congruo *regimine.* Inter pharmaca illa eligunt quae tum sensibilitati aegrorum, tum loco a cto, tum symptomatibus, maxime vigente pa xysmo urgentibus, accommodata sunt. Summ sensibilitatis gradus aliquando nil nisi *emuls nes* admittit, inter quas *emulsio quatuor semin frigidorum majorum et minorum* excellit. Si u rus praecipue patiatur, indicatis seminibus i *hyoscyami nigri* addimus [5]). Spasmis magis de litatis quam nimiae sensibilitatis notas exhiber bus, in primis si eos lipothymiae, ructus, consti tioque faucium comitantur, maxime *liquor ano nus mineralis Hoffmanni* indicatur; quod ph macum, dummodo rite et cum peculiari soler secundum mentem inventoris paretur, omnib aetherum speciebus, quibus hodierna chemia g riatur, longe anteponimus. Quodsi inter aether unum alterumve eligere deberemus, *aceticum muriaticum* praeferremus. Gravidae optime *spi tum nitri dulcem* ferunt. In spasmis vetularu *tinctura castorei*, aut, si ipsae alcohol perfer nequeant, illius pulverem magni facimus. Ita *ti ctur*

5) A granis decem ad triginta ad libram unam emu sionis.

urae castorei cum *liquore anodyno minerali offmanni* connubium discipulis nostris sub no- ine *guttarum antihystericarum* notum [6]). Effi- x quoque ejusdem generis remedium ex connu-) *tincturae radicis valerianae*, *corticum auran- rum, castorei et aethere sulphurico*, emergit [7]). *oschus*, in spasmis infantum sacra anchora, — stericis vix unquam conducit. Arrident illis gis pharmaca foetida, ut *spiritus cornu cervi ccinatus* et *asa foetida*, de qua infra. *Cam- ora*, praesertim in spasmis ex affectione syste- tis nervosi partium genitalium pullulantibus, nimis tamen dosibus, utimur. Quoties vero itur de cohibendo terribili quodam symptoma- , ut dolore intolerabili, vomitu aut diarrhoea reni, convulsionibus toties, saltem pro tempore *opium*, generatim hystericis nocuum [8]), confu- nus [9]). Magnum vero inter varia hujus phar- maci

) Partes aequales, ut aegrota tempore spasmorum guttas quindecim capiat.

) R. Tincturae valerianae, — corticis aurantiorum ââ unciam semis. — Castorei drachm. duas, aetheris sul- phurici drachmam semis. M. D. S. Cap. cochl. cof- feanum tempore spasmorum.

) „*Yet we often meet with patients who receive more hurt than benefit from it.*" WHYTT l. c. p. 644.

) „*But as the pain, vomiting und purging are someti- mes so violent, that they cannot safely be neglected.... we are to disregard the cause for a time, and begin the cure by quieting the symptoms, for that purpose*

maci praeparata, differentia observatur, ita aegrotis nonnullis *opium purum*, aliis illius *extr- ctum aquosum*, aliis *laudanum liquidum Sydenh- mi*, aliisque, et quidem non paucis, *theriaca* *neta* [10]) magis conducat. Sub deterrimo rer statu e. c. sopore, lipothymiis, mira aliquando virtus *subfumigiorum foetidorum* [11]). Ad pa xysmum spasmorum mitiorum debellandum sae *infusum florum matricariae*, *chamomillae*, *herb menthae*, *melissae*, *rutae* eorumque *aquae stillatae* sufficiunt. Si plexus nervorum cardia rum valde afficiantur, ut monuimus [12]), fo *digitalis purpureae* et *aqua laurocerasi*, aliquan *extractum lactucae virosae* potiora sunt auxil Ita affecto plexu coeliaco *oxydum bismuthi*, illi que *zinci*, nec non *cuprum ammoniacale*. Int ea ut istiusmodi pharmaca virtutem exsera tempore indigent, qua de caussa minus parox mis quam *intervallis liberis* accommodata su Hic nempe novus medendi sese exhibet camp

Qu

exhibiting an opiate." — SYDENHAM l. p. 425.

10) „*Is an excellent remedy in this disease*" — "*h much soever 'tis contemn'd by most persons, beca 'tis common and of ancient date.*" SYDENHAM l. p. 440. (Dosis a scrupulo uno ad drachmam se unica vice haurienda).

11) HOFFMANN l. c. Theses therapeut. §. 3.

12) N. 3.

uin enim aegroti pharmacorum farragine obruntur, scopo nervorum sensibilitatem obtundendi losque nec non universum corpus a partu, haeorrhagiis, fluore albo, exhaustum roborandi, ıria prudenti manu usurpare licet pharmaca, at u continuanda. Spectant huc *tinctura stomaica Whyttii*[13]), *elixir balsamicum stomachim temperativum Hoffmanni*[14]), *mars*, ac illius aeparata[15]), *carbonas ferri*[16]) *tinctura martis matata*[17]), *tinctura Bestuscheffii*[18]), *tinctura rri acetici aetherea Klaprothii*[19]), *vinum chalybea-*

13) P. II. Vol. I. Sect. I. C. 1. §. VI. 32. (63.).

14) R. Extracti absinthii, cardui benedicti, centaurii minoris, gentianae, ââ unciam unam. Flavedinis corticum aurantiorum amarorum, ab omni albedine mundatorum, uncias quatuor. Affunde vini Hungarici optimi libras duas, spiritus corticum aurantiorum rectificati, uncias duas. Stent per triduum infusa in digestione, postea filtrata reponantur. Dosis a drachma una ad drachmas duas.

15) Martem omnibus praeparatis anteponit Sydenham haec memorabilia proferens verba: „*For officious chemists rather lessen than improve the virtues of this and other excellent medecines by their method of preparing them.*“ l. c. p. 427.

16) A granis tribus ad sex, ter de die.

17) Ter de die a guttis decem ad triginta. Superbibatur, si placet, cyathus aquae Selteranae.

18) Vidi ibi conduxisse, ubi reliqua martialia nil praestiterunt. Dosis a guttis decem ad viginti bis terve de die.

19) Dosis similis illi tincturae *Pestuscheffii.*

lybeatum Fulleri [20]), et maxime *aquae chalybe-tae* [21]), porro *vina medicata* [22]), *viscus quercinu* *prunus padus* et *cortex cinchonae*. Conduc praesertim sub forma *infusi frigidi*, dummod complicatio desit haemorrhoidalis. SYDENHA corticem in pulvere mane et vespere ad scrupu lum unum; praesertim aegrotis, qui convulsion bus, sub quorum curriculo pectus percutieban obnoxii erant, porrigebat [23]). Accedit FR. HOFF MANN, qui tamen sub hac ipsa circiter rerum p sitione aliud pharmacum laudat, quod nostro s culo philosophico jam praescribere puderet, *lum bricos* scilicet *terrestres* vel in pulvere vel i succo datos, aiens: „quippe qui *specificam* fe in sopiendis motibus hisce spasmodicis vagis o tinent virtutem" [24]). Familiares sunt *gummi r sinae*, quarum plurimae in *pilulis antihysterici* revera commendandis, continentur [25]). Quibu singu

20) R. Limaturae chalybis unciam unam. Succi aura tiorum acidorum Nro. quatuor: dein adde vini al libras duas. Cinnamomi acuti drachmas duas, cary phyllorum drachmam unam. Macis scrupulos duo Stent iterum tepide per quatuor dies. Bis de die du cochlearia coffeana.

21) P. I. Vol. II. C. 1. §. VI. 33. (28.).

22) P. II. Vol. I. Sect. I. C. 1. §. VI. N. 32. (60.).

23) l. c. p. 442.

24) l. c. §. VIII.

25) R. Galbani optimi, asae foetidae, myrrhae electa ââ drachmas duas, castorei drachmam unam, extract chamomillae unciam semis. Essentiae croci quantum

ingulis pharmacis internis, si pro re nata, tum sub paroxysmo tum extra illum, addas *balnea* cum *herbis aromaticis*, aut cum *globulis martialibus*, *clysteres asae foetidae*, *injectiones anodynas in vaginam* 26), *pessaria* 27), *odoramenta* et *subfumigia* 28), *epithemata* 29), *unctiones* 30), *frictiones* 31), *emplastra* 32), — materia tua medica, respectu auxiliorum antihystericorum, sat ampla erit. *Electricitatis* et *magnetismi animalis*, hic experientia destituti, mentionem non injecimus. Forte illius gratia *res corpori appensae* 33) aliquando

satis. M. f. massa pilularum et formentur inde pilulae granorum trium. Conspergantur pulvere radicis ireos florentinae D. S. Cap. bis terve de die N. quinque.

26) P. II. Vol. I. Sect. 1. C. VI. §. VI. N. 45.

27) Dum scilicet prolapsus uteri spasmos excitant.

28) l. c. N. 47. (81.).

29) l. c. N. 52.

30) „Saepius ait Fr. Hoffmannus (op. c. C. III. §. 8.) etiam mali vehementia requirit, ut externis linimentis anodynis atroces motus paullo consopiamus; quo reliquorum remediorum vis eo melior evadat. Inter ea deprehendi praestantissimum, quod sic se habet. R. Axungiae humanae (!), olei nucis ââ unciam semis, olei hyoscyami drachmam unam, balsami peruviani, croci ââ drachmam semis, olei ligni Rhodii, lavendulae, rutae, majoranae ââ gutt. decem. M. D. Hoc linimentum ad tempora, cervicem, spinam dorsi applicare convenit.

31) l. c. N. 53.

32) l. c. N. 54.

33) l. c. N. 56.

quando spasmos antevertunt. Interea nec istis dubiae adhuc actionis auxiliis, nec pharmacis in cura hysteriae nimis fidendum, et maxime ad *regimen diaeteticum* respiciendum. Convenit spasmis ex vitio primitivo systematis nervosi, praeter caussarum fugam, *diaeta lactea* [34]), *vinum* [35]), *equitatio* [36]), *itinera* [37]), *conjugium* [38]) aliaque jam alibi abunde indicata [39]). Tandem hystericae monendae sunt, ne mulierculis vetulis, et agyrtis, qui arcana, elixiria, aliaque hujus generis pharmaca jactant, aurem praebeant.

DE

34) „*Some women (which may seem stranger at first view) have been cured of long and obstinate hysteric disorders, which had baffled all the endeavours of the physicians, by living on milk only for some time.*" l. c. p. 442.

35) Ait Celsus (De med. L. I. C. 8.). „Si quis vero stomacho laborat, non aquam, sed vinum calidum bibere jejunus debet." — Hystericae nostrae vix vinum jejuno ventriculo, at potius ad finem prandii, circa bellaria, sustinent, ac maxime illis conducunt vina Lunelle, muscat etc.

36) Sydenham l. c. p. 424. Feminae, vitae sedentariae addictae, *gradatim* equitationi adsuescere debent.

37) Fr. Hoffmann l. c. §. IX. Gilchrist *Treatise on the use of voyages in medicine.*

38) Hippocrates libro de virgin. morbis. C. S. Valescus de Tarant. philon. pharm. L. VI. C. 10. Duretus in enarratione ad C. LIX. Hollerii. Zacutus Lusitanus prax. med. admirand. obs. 91. Fr. Hoffmann. Op. cit. C. V. §. IX.

39) P. II. Vol. I. Sect. 1. C. XVII. §. LXXVII. 2. 3.

DE

MORBIS OCULORUM.

Caput XV.

De ophthalmologia generatim.

§. LXXV.

Doctrinae momentum. Ordo rerum.

1. Sicuti oculi structurâ nihil elegantius, nihilque admirabilius et magis divinum [1]); ita visione ipsa nil utilius et jucundius. Vero enim vero quanto majori et accuratiori partium tenerrimarum et delicatissimarum apparatu, prae caeteris omnibus partibus, oculi gaudent, tanto etiam gravioribus et curatu difficilioribus malis patent et obnoxii sunt. Amisso inde visu, facultate scilicet DEI opera contemplandi, munera civis exercendi [2]), propensiones animi patefaciendi [3]), mutuosque sermones instituendi [4]), quid, ipsa non excepta

Doctrinae momentum.

1) Fr. Hoffmann. De Atheo convincendo ex artificiosissima machinae humanae structura. Orat. Inaug. Hal. 1693.

2) Coecus vix testis esse potest, ait Imperator in §. fin. Inst. de gradu cogn. v. Voigt Diss. Jurid. de eo, quod justum est circa oculos. Lips. 1724.

3) „Est speculum mentis facies, oculique revelant, — quales sunt intus mens animusque viri. — Cui ipse codex sacer assentitur: „visu cognoscitur vir."

4) D. G. Molleri Disp. de oculiloquio. Cfr. Tract. Gallic. *Les yeux.* inscript. Cap. V.

excepta morte, deterius? Mirum hinc non est, morbos oculorum non ut aegritudines aliarum partium summatim, in libris et institutis studio medico-chirurgico dicatis, sed ut *doctrina peculiaris* in compendiis et scholis ophthalmicis, (*quarum jam nulla amplius destituta esse potest scientiarum Universitas* *)) pertractari. Quodsi prae-

*) Ut *institutum clinicum ophthalmicum* in caesarea universitate Vilnensi erigatur, jam an. 1817. proposui. Ast declararunt, *aliquid tale non esse primae necessitatis!* Aliter interea sensit Caesarea academia medico-chirurgica Petropolitana, quatenus nuper scholam ophthalmicam omnibus numeris absolutam instituit. Ac re quidem vera, doctrina morborum oculorum una ex illis est, quae aequo pacto ad forum medicinae et chirurgiae pertinet. Traditur hinc eodem tempore a professoribus tum pathologiae et therapiae specialis, tum institutionum et operationum chirurgicarum. Sequitur inde discipulos unam eandemque doctrinam binis vicibus audire. Quae duplex auditio, si utrique professores eadem tradant principia, superflua; alias, (ob idearum confusionem), nociva; utroque in casu insufficiens. Nisi enim praedicti professores ophthalmologiam cum detrimento doctrinae aliorum morborum tradere vellent, ophthalmologiae plus quam quindecim praelectiones dicare neutiquam possunt. Status vero hodiernus ophthalmologiae talis est, ut ad minimum per sex mensium curriculum praelectiones quotidianas exposcat. — Accedit porro quaestio; quodnam institutum clinicum, si ophthalmicum desideretur, aegros, morbis oculorum detentos, suscipere debeat? *Chirurgicum illud?* Deprecor, nam maximus ophthalmiarum, amauroseos etc. numerus ex morbis universi

raesens de morbis oculorum tractatus hic locum
ivenerit, id solum ob rerum nexum, et ad ju-
enes medicos ad studium ophthalmicum, prae-
eunte

systematis pullulat, ideoque ad clinicum medicum spectat. Suscipiet igitur *clinicum medicum?* Ast quis hic, si operationis chirurgicae necessitas obveniat, manum expertam admovere poterit? Verum et major datur difficultas. In clinico medico demonstratio exanthematum, impetiginum, physiognomiae aegrorum, humorum excretorum etc., maximum lucis gradum exposcit: morbi contra ea oculorum plus minus obscuritatem postulant. — Eadem haec difficultas clinicum chirurgicum respicit, quatenus obscuritas demonstrationi ulcerum, inflammationum, puris etc. obstat. Porro, nemo ignorat, quantum morbi oculorum exhalationes gangraenae, ulcerum, in clinico chirurgico plane inevitabiles, reformident. Praeterea inter decem egregios licet professores chirurgiae vix unum invenies, qui simul in operationibus ophthalmicis excelleret! Ast concesso casu raro, unum eundemque professorem in rebus chirurgicis in genere, et in ophthalmicis in specie expertissimum esse, poteritne manus ejus, operationibus laboriosis e. c. amputationibus, adsueta, delicatas illas ophthalmicas, e. c. pupillam artificialem perficiendi, perficere? Quae cum ita sint, necessitas scholam theoretico-practicam ophthalmicam, a reliquis institutis medico-chirurgicis separatam, quavis in universitate instituendi, clare patet. Nullibi vero haec necessitas major est, quam in universitatibus, ubi medico-chirurgi pro servitio militari educantur (constat enim morbos oculorum maxime in exercitibus strages edere); — hinc in universitate Vilnensi, aliunde una ex divitissimis orbis terrarum,

eunte ipso jam GALENO [5]), impellendos, praepa-randosque, factum est. Non quidem, ut vel ex-pectemus, vel desideremus, medicos omnes *ocula-rios* fieri debere [6]), sed solum ut quivis illorum morbos organorum visus exacte definire, exitum eorum praedicere, genus auxiliorum indicatorum statuere [7]), ocularium expertum ab ignaro discer-nere [8]) et praeceps visum amittendi periculum sine temporis jactura antevertere [9]) intelliga-Persuasi tandem sumus, nil magis medicum, re-spectu tum pathologico tum therapeutico, rerum min

5) FR. BOETTIGER Diss. de visionis laesionibus in spe-cie mydriasi et myosi. Praes. VATER. Vitemb. 1706.

6) Si enim omnes medici operationes ophthalmicas per-ficerent, nemo eorum opportunitatem has operation-tam saepe perficiendi, ut ad necessariam dexteritatem acquirendam opus est, inveniret.

7) Quot non aegri morbis oculorum laborantes a medi-cis suis ad ocularios e longinquo, operationis caussa mittuntur, qui dein aegri, utpote insanabiles ac pro operatione plane non idonei, amisso aliquando ultimo a diuturno itinere obolo, domum desperabundi remit-tuntur!

8) Nemo quidem, nisi in arte operationes ophthalmica perficiendi ipse expertus, lites, quae inter celebriore ocularios jactantur, dirimere poterit, at nil faciliu pro viro vel in una theoria ophthalmica versato, quan expertum ocularium ab agyrta, illius nomen usurpante quales ubique locorum vagari solent, distinguere.

9) e. c. in ophthalmo-blenorrhoea, in iritide, quibu in morbis quodvis horae momentum pretiosum est ad tempus ocularium e longinquo advocandi deficit.

ninimarum exactum reddere observatorem, quam tudium ophthalmologiae.

2. Praemissâ historiâ et literaturâ ophthalmo- ogicâ generali exponentur morbi I. *palpebrarum*, I. *organorum lacrymalium* et III. *orbitae et bulbi culi.* Quem ordinem ob frequentem complicatio- em horum morborum inter se minime perfe- tum esse, libenter fatemur: ast meliorem incas- um quaesivimus. Ordo rerum.

§. LXXVI.

Historia et Literatura.

Ex historia et literatura ophthalmica ab HAL- ERO [10]), JUGLERO [11]), SPRENGELIO [12]), et BEE- IO [13]), plene tradita elucet: jam in *Aegypto* nedicos peculiari oculorum curae dicatos extitis- e [14]), quamvis de iis in libris Mosaicis nec ver- bulum

10) In bibliothesis suis.

11) Opusc. bina medica literaria — alterum specimen bibliothecae ophthalmicae, — alterum de collyriis veterum. Lips. 1785.

12) *Vers. e. pragm. Gesch. d. Heilk. (sparsim).*

13) *Repertor. aller bis zu Ende d. Jahres* 1797. *erschien. Schriften üb. d. Augenkrankh. Wien.* 1799. 3. *Th.* — *Gesch. d. Augenkunde überhaupt u. d. Augenheilk. ins Besondere. Wien* 1813. 1. *Heft.* Opus inceptum, cujus pars adhuc inedita praelectionibus publicis auctoris, quibus mense Julio et Augusto an. 1817. interfui, inservierat.

14) HERODOT. Lib. II. C. 84. p. 169.

bulum obveniat[15]); — inter Graecos CHIRONEM[16] et AESCULAPIUM[17]) adeo portentosas perfecisse coecorum sanationes, ut posteritati tabularum aenearum ope traditae fuerint[18]); — HIPPOCRATEM sicuti totius medicinae ita et ophthalmoiatricae fuisse conditorem[19]), non solam semioticam oculi[20]) sed et illius pathologiam et therapiam tum medicam tum chirurgicam excolentem; — CELSUM[21]) et GALENUM[22]) de cataractae opera-

15) BEER *Geschichte* etc. p. 11.

16) APOLLODOR. Lib. III. C. 13. p. 261.

17) SPRENGEL l. c. 2. *Aufl. Hall.* 1800. p. 170.

18) HUNDERTMARK de incrementis artis med. per expositionem aegrotorum in vias publicas et templa. Lips. 1749.

19) BEER *Repertorium.* 1. *Th.* p. XII.

20) Legatur de hoc argumento: FUCHSIUS metoposcopia et ophthalmoscopia. Art. 1675. HILSCHER Pr. de oculis sanitatis et morborum indiciis. Jen. 1745. JUCH diss. de oculis ut signo. Erf. 1748. BROWN Diss. de praesagiis ex oculis. Edinb. 1750. BÜCHNER Diss. de oculo ut signo. Hal. 1752. HAERTEL. (I. P. FRANK) de oculo ut signo. Goett. 1786. NUDOW *Ueb. d. Zeichendeutung d. menschl. Auges in Krankh. Königsb.* 1791. MECKEL Diss. de signis morborum, quae ex oculorum habitu petuntur. Hal. 1793. BOEHMER Diss. Ophthalmoscopia pathologica. Witt. 1794. FRANNOY *Diss. des affections sympatiques de l'oeil* etc. *Par.* 1805. LÖBENSTEIN - LÖBEL *Grundr. d. Semiologie d. Auges. Jen.* 1817.

21) Lib. VI. Cfr. FRIEDLAENDER de medicina oculorum apud CELSUM comment. Halae 1817.

operatione jam disserentes, illius vestigia legisse; — ROMAM praeterea medicis ocylariis haud caruisse [23]); — Seculi II. Aer. Chr. astrologiam sese in ophthalmologiam insinuasse [24]); — Seculo V. et VI. AETIUM imperium leprae in morbos oculorum patefecisse [25]); — ALEXANDRUM TRALLIANUM [26]) xerophthalmiam et seculo VII. PAULUM AEGINETAM [27]), operationem pterygii et arteriotomiam ut inflammationum oculorum auxilium descripsisse; — *Arabes* et *Hispanos*, exceptis quodammodo AVICENNA [28]), AVENZOAR [29]) paucisque aliis, nil respectu ophthalmologiae praestitisse; — seculum XII. ob bella sacra, quae, imperante ST. LUDOVICO, instituto coecorum Parisiensi (*Les quinze-vingt*) ansam dederunt et ob inventum speculorum auctore ROGER. BACO medicis ocularis memorabile esse; — seculum XVI. quamvis studio anatomiae pathologicae propitium, respectu organorum visus nil praestitisse et solum

Qq 2 BAR-

22) De oculis. De compositione medicamentorum secundum locos. L. IV. et V.

23) E. I. WALCH sigillum medici ocularii. Jen. 1763. Antiquitat. med. select. Jen. 1772.

24) BEER Praelectiones.

25) Lib. VI. C. 96. Lib. VII. C. 3.

26) Lib. II.

27) Lib. VI.

28) Lib. III. Fen 3. Tract. 4. C. 20.

29) Theisir. Venet. 1553.

Bartisch 30) et Mercurialem 31) de morbis oculorum bene disserentes, genuisse; — seculum XVII. gratia mathematicae ac opticae, auctoribus Kepler, Scheiner, Cartheuser, Newton etc. *physiologiam* organi visus, nostro aevo magis magisque excultam 32), generasse; — seculis duobus succedentibus cum peculiari laude excoluisse illius *anatomiam:* Zinn 33); Blumenbach 34), Michaelis 35), Rosenmüller 36), Soemmerring 37), Rudolphi 38), Kieser 39), Gerson 40), Schroeder 41), Gmelin 42), Niemeyer 43)

Sach

30) Ὀφθαλμοδουλεία *oder der Augendienst. Dresden* 1583 *Nürnberg und Sulzbach* 1638.

31) Praelect. de morb. oculorum et aurium. Francf. 1591

32) Excellit hoc sub respectu Reil's *Archiv f. Physiol*

33) Descriptio anatomica oculi humani iconibus illustrata, Edit. Wrisbergii. Goett. 1780.

34) De oculis Leucaethiopum et iridis motu commentatio. Goett. 1786.

35) *Ueber d. Durchkreutzung der Sehenerven. Mit einigen Anmerkungen v.* Sömmerring. 1790.

36) Partium internar. oculi humani inprimis organorum lacrymal, descript. anatom. Lips. 1794.

37) *Abbild. d. menschl. Auges. Frankf.* 1801. Et summi viri egregii filii opus: Commentatio de oculorum hominis animaliumque sectione horizontali. Goett 1818.

38) *Anatomisch-physiol. Abhandl. Berl.* 1803.

39) Commentatio physiol. de anamorphosi oculi. Goett. 1804.

40) Diss. de forma corneae oculi humani deque singulari visus phaenomeno. Goett. 1810.

Sachse 44), Much 45), Schopenhauer 46), Ri-
es 47), Bock 48). Quod spectat ad *pathologiam, prophylaxin et therapiam* excelluerunt: Maitre Jean 49), Woolhouse 50), St. Yves 51), Mauchart 52), Winkler 53), Demours 54), Boerhaave

41) *Das menschliche Auge nach der Darstellung* Soemmerrings etc. *Leipz.* 1810.

42) Diss. sistens indagationem chemicam pigmenti nigri oculorum etc. Goett. 1812.

43) De origine paris quinti nervorum cerebri. Hal. 1812.

44) Hist. natural. Leucaethiopum auctoris ipsius et sororis illius. 1812.

45) Diss. de ganglio ophthalmico et nervis ciliaribus animalium. Landsh. 1815.

46) *Ueb. d. Sehen u. d. Farben, e. Abhandl. Leipz.* 1816.

47) *Recherches anatomiques et physiol. sur quelques parties de l'oeil.* v. *Mém. de la Soc. méd. d'émulation. T. VII.* p. 97.

48) *Beschreib. des fünft. Nervenpaars u. sein. Verbindungen mit andern Nerven. Meissen* 1817.

49) *Traité de maladies de l'oeil et des remèdes propres pour les guérir. Troy.* 1707.

50) *Expériences de différentes opérations manuelles et des guérisons, qu'il a practiquées aux yeux. Paris.* 1712.

51) *Nouv. traité des maladies des yeux. Paris.* 1722. (opus egregium!)

52) *Lettre crit. sur le traité des maladies des yeux de St. Yves.* v. *Mercure de France. Paris.* 1723. *Réplique à la réponse de Mr.* St. Yves. v. *Journ. des savans.* 1724. (Praeterea plurimarum dissertationum, mox infra commendandarum, auctor).

53) *Anleit. zu all. chir. Wissensch.* 1. *Th. v. d. Augenkrankh. Berlin* 1735.

HAAVE [55]), TAYLOR [56]), GUERIN [57]), JANIN [58]) BALDINGER [59]), WARNER [60]), PLENK [61]), PELLIER [62]), DESMONCEAUX [63]), RICHTER [64]), aliiqu com

54) *Obs. concernant. l'hist. naturelle et les maladies de yeux. Amsterd.* 1741.

55) Praelect. de morb. oculorum. Edit. HALLERI. Goett 1746. (Primus, qui mala oculorum non praeterviso illorum nexu cum aliis morbis plene exposuit. Dolendum, virum summum partem chirurgicam doctrina plane omisisse).

56) *Catal. of 243. diseases of the Eyes. Edinb.* 1749 Et aliorum opusculorum ophthalmicorum auctor.

57) *Traité sur les maladies des yeux. Lyon.* 1769.

58) *Mém. et obs. anat. et phys. sur l'oeil, et sur les maladies qui affectent cet organe avec un prècis des opérations et des remèdes qu'on doit pratiquer pour les guérir. Paris.* 1772. (Opus classicum).

59) De oculorum morbis sine ophthalmicis sanandis. Goett. 1773. (de malis oculorum, a vitio totius corporis oriundis, pulchre hic agitur).

60) *A descript. of the human Eye, and its adjacent parts; together with their principal diseases, and the method proposed for relieving them. Lond.* 1773.

61) Doctrina de morbis oculorum. Viennae 1777. (ut elenchus morborum oculi et partium adjacentium utilis liber).

62) *Recueil des mém. et d'obs. sur les maladies qui attaquent l'oeil, et les parties qui l'environnent, que sur les moyens, de les guérir. Montpell.* 1783.

63) *Traité des maladies des yeux et des oreilles considérées sur le raport de quatre parties où quatre ages de la vie de l'homme avec des remédes curatifs et les moyens propres à les préserver des accidens. Par.* 1786.

ompendiorum chirurgicorum auctores. Spectant raecipue huc Jo. ZACHAR. PLATNER, DE LA FAYE, LE DRAN, HEISTER, CHESELDEN, LOUIS, BERTRANDI, POTT, PETIT, SCHMUCKER, ACRELL, CHOPART, DESAULT, B. BELL, LANGENBECK 65), t GRAEFFE a). Praeterea de ophthalmologia bene ncruerunt: KORTUM 66), SOEMMERRING 67), HIMLY 68), SCARPA 69), SAUNDERS 70), DEMOURS 71), BARAT-

(Auctor exemplum Ecclesiastici in rebus medicis versati exhibet).

64) *Anfangsgr. d. Wundarzneykunst. ... Th.* 3. *Von d. Augenkrankh.* et sparsim in *chir. Biblioth.* (quorum operum auctor, quoniam partem doctrinae ophthalmicae medicam sagaciter chirurgicae junxit, pro *fundatore ophthalmoiatricae* nunc florentis haberi potest.

65) *Neue Bibl. f. d. Chir. u. Ophthalmologie.*

a) *Journ. d. Chirurgie u. Augenheilk.* 1820.

66) *Med. chir. Handb. d. Augenkrankh. Lemgo* 1791.

67) *Ueb. einige wichtige Pflicht. geg. d. Augen. Frankf.* 1794.

68) v. LODERS *Journ. f. d. Chir. Jen.* 1797. *Ophthalm. Beob. u. Untersuch. Bremen* 1801. *Bibl. f. Ophthalmologie, Kenntniss u. Behandl. d. Sinne überhaupt. Gött.* 1817. 2. *B.* 1819.

69) *Trattato delle principali malattie degli occhi.* 5. *edit. Pavia* 1817.

70) *A Treatise of some practical points relating to the diseases of the Eye.*

71) *Traité des maladies des yeux, avec des planches coloriées, représentant ces maladies d'après nature, suivi de la descript. de l'oeil humain, trad. du latin*

BARATTA *) et QUADRI **); — quibus viris insignibus debitum grati animi tributum absolvendo, fateamur tamen oportet, verum doctrinae ophthalmicae practicae veluti emporium jam dudum Vindobonae constitutum esse, qua scilicet in Metropoli, e schola BARTHII [72]), prodierunt ocularii medici clarissimi, PROCHASKA [73]), MOHRENHEIM [74]), ADAM SCHMIDT [75]), et JOSEPHUS BEER [76]) instituti clinici ophthalmici Viennensis fundator, universae doctrinae ophthalmicae professor haud aequiparandus, columen firmissimum disci-

de I. T. SOEMMERRING. *Paris.* 1818. (filius supra citati (54.).

*) *Osservazioni pratiche sulle principali malattie degl' occhi. Milano* 1818.

**) *Annotazioni pratiche sulle malattie degl' occhi. Napol.* 1818.

72) Typis divulgavit nonnisi, *monita quaedam ad operationem cataractae perficiendam*, ast a diariorum medicorum auctoribus male tractatus, pro magno scientiae detrimento in posterum siluit.

73) *Beob. üb. einige Augenkrankh.* v. MOHRENHEIM l. c. 2. *B.*

74) *Beob. verschied. chir. Vorfälle. Wien* 1780. Et *Wienerische Beyträge.* 1781.

75) *Ophthalm. Bibl. Braunschw.* 1802. (socio HIMLY).

76) Praeter opera supra allata; *Pflege gesunder u. geschwächter Augen. Wien* 1800. *Das Aug od. Versuch das edelste Geschenk d. Schöpfung v. d. höchst verderbl. Einfluss uns. Zeitalters zu sichern. Wien* 1813. *Lehre v. d. Augenkrankh. als Leitfaden zu öffentlich. Vorles. entworfen.* 1. *Th.* 1813. 2. *Th.* 1817.

scipulorum per omnes telluris partes dissipatorum (inter quos WALTHERUM 77), WARDROPIUM *), WELLERUM **) et JAEGEROS ***) nominasse sufficiat) ac vir nobis in aeternum colendus. BEERII compendium magna ex parte praesenti tractatui, mutato rerum ordine additaque necessaria literatura, pro filo inservierat.

CAPUT XVI.

De morbis palpebrarum.

---

§. LXXVII.

De Argumento generatim.

1. *Palpebrae* simul cum *ciliis* et *superciliis* urimis malis a HOPP 78), MÜLLER 79), KURZWIG Notio.

77) *Abhandl. aus d. Gebiethe d. Medicin besond. der Chirurgie u. Augenheilkunde.*

*) *Essay on the morbid anatomie of human Eye. Edinb.* 1808.

**) *Die Krankheiten des menschlichen Auges, ein Handbuch für angehende Aerzte. Berl.* 1819.

***) Frater junior, BEERII gener, eo gravissimo chronico detento morbo, cathedram ophthalmologicam interim cum magna laude occupat.

78) Diss. de palpebris eorumque affectibus. Basil. 1715.

79) Diss. de palpebrarum affectibus. Hal. 1772. *Uebersetzt in* WAIZ *Auszügen.* 5. *B. N.* 17.

WIG [80]), SCHAUBERTAG [81]) speciatim descripti subjiciuntur. Plurima istiusmodi malorum pa pebrae cum reliquo systemate cutaneo commun habent (e. c. erysipelas, oedema [82]), emphysem variolae, morbilli, scarlatina, crusta lactea, he pes [83])); alia illis propria sunt. Spectant hu *vitia conformationis*, *inflammatio* et illius *rel quiae*.

Vitia conformationis. 2. In monstris *palpebrae* concretae [84]) in ali recens natis solum conglutinatae [85]), quandoqu imperfecte evolutae [86]) detectae sunt. *Supercili* nunc tenuia et brevia nunc longa et firma, nun que decidua obveniunt [87]).

3. In

80) Diss. de morb. palpebrarum. Jen. 1788.

81) Diss. de palpebrarum morb. Jen. 1801.

82) DEMOURS filius l. c. T. I. p. 94.

83) De herpete palpebrarum lege ALIBERT in *Dict. d sc. med. T. VIII.* p. 17. et 36. DEMOURS op. Vol. I. p. 88.

84) HOFFMANN *Zweyte Nachricht v. d. Anstalt f. arm Kranke zu Altdorf.* 1788. STARKS *Archiv* 4. *B.* p. 70 Cfr. §. LXXXIV. N. 12.

85) KALTSCHMIDT Diss. de puero XII. annorum ancy loblepharo laborante. Jen. 1764. OEHME Diss. d morbis recens natorum chirurg. Lips. 1773. ACREL *chirurg. Vorfälle.* 1. *B.* p. 84. BADENDIK Diss. d Ancyloblepharo. Jen. 1785. RICHTER op. c. 2. B Cap. XIII. p. 475.

86) FRIDERICI monstrum human. rariss. Lips. 1737 VICQ D'AZYR *mém. de la Soc. de méd.* 1776. p. 315.

87) VOIGTEL *Handbuch d. patholog. Anatomie.* 2. B p. 580.

3. Inflammatio palpebrarum dicitur *blephari-*r. Est igitur blepharitis affectio palpebrarum it tarsorum cum tensione, tumore, rubore et olore, sociis nunc siccitate et sensu asperitatis, unc exsudatione materiae puriformis, quandoque iam cum pustulis, aut tuberculo. Inflammationis definitio.

4. *Blepharitidem* dividimus in *traumaticam*, *ysipelaceam*, *catarrhalem*, *variolosam*, *impetinosam* et in *hordeolum*. Divisio.

§. LXXVIII.

Blepharitis traumatica.

1. Inflammatio palpebrarum, originem vio-ntiis externis debens, *blepharitis traumatica* citur. Definitio.

2. Blepharitis traumatica *simplex*, symptoma- illis laesionis cutis generatim propria gignit. ecus autem si praeter palpebrarum laesionem, illa orbitae, bulbi oculi aut nervi, sive fron-lis [88]), sive maxillaris inferioris locum inve-erit. Symptomata.

3. *Caussae* blepharititis traumaticae sunt alpebrarum vulnera [89]), contusiones, ictus, et nbustio. Caussae.

4. Dia-

88) „At vero visus obscuratur in vulneribus incussis in supercilium et paulo altius. Hippocrates Coac. Praenot.

89) Hippocrati jam nota, v. de morb. vulgar. L. V. C. 21.

Diagnosis. 4. Diagnosis hujus blepharitidis, chirurgia potius quam medicinae objecti, ex narration aegri et per autopsiam instituitur. Morbum sim plicem a complicato distinguere, interest. Verun saepe nimis laesio palpebrarum, partium subja centium examen impedit. Frequentissimum orbi tae malum, blepharitidis traumaticae socium *ecchymoma* est.

Prognosis. 5. Blepharitis a vulneribus haud raro cica tricem difformem palpebrae, labio leporino simi lem, ac *coloboma* dictam, relinquit. Orbita e bulbo oculi in consensum deductis, malorun terminus haud invenitur. Praeterea tumores vari generis palpebrarum, ut *atheroma*, *meliceris* *steatoma*, praeviis violentiis externis palpebri quondam illatis originem debere videntur. Spe ctant illi potius ad deformitates quam ad morbos [90]) et quocunque in casu ad chirurgiae imperium.

Cura. 6. Cura chirurgiae objectum sistit. Praeter indicationem, caussam morbi auferendi, partes lacessitas conjungendi, illa praesto est, inflammationem imminuendi, cui regimen antiphlogisticum, praesertim hirudines, frigus satisfaciunt.

§. LXXIX.

90) Hippocrates de affectionibus. XXXV.

§. LXXIX.

Blepharitis erysipelacea.

1. *Blepharitis erysipelacea* plerumque utram- Symptomata.
ue palpebram et maxime superiorem, aggredi-
ır, cum tumore splendente, pellucido, ex flavo
ıbro, pallescente, in cutem partium vicinarum
ensim sensimque desinente. Rubor a compres-
one digiti evanescit, ea cessante a peripheria
edit. Graviore in malo ad margines palpebra-
ım tumor vesicularis apparet. Dolor est ardens,
ensivus et ab attactu lancinans. Secretio sebi e
andulis *Meibomii* illaque lacrymarum et muci
asalis augetur. Raro febris, saltem quoad pul-
ım, obvenit.

2. Caussae erysipelatis generales [91]) et blepha- Caussae.
itidem erysipelaceam producunt. Communiores
ınt: vitia gastrica, lavatio frigida palpebra-
ım et suppressio transpirationis.

3. *Blepharitis erysipelacea*, in epidermide et Diagnosis.
extu celluloso palpebrarum sedem praecipue
gens, nisi a caussa locali orta, plerumque ad
ffectiones rheumaticas spectat. Plerumque in-
uam, nam exstat blepharitis erysipelacea *arthri-
ica*, quae, cum citissime ad conjunctivam oculi
psius propagetur, infra recensebitur [92]). Suffi-
iat hic monuisse, in blepharitide erysipelacea
rthritica sub summo et ardente dolore, vesicas
veluti

91) P. I. Vol. II. Cap. VI. §. XXVII.
92) §. XCVII. N. 2. 3.

veluti a vesicatorio, ad marginem palpebrarum evolvi. Levis blepharitidis erysipelaceae gradus affinitatem cum *ecchymomate palpebrarum*, quod in regionibus septentrionalibus plus vice simplici sub itineribus hyemali tempore adversus ventum peractis observavimus, agnoscit. Universa palpebra simul cum membrana conjunctiva oculorum, nunc livorem, nunc nigredinem insta aethiopum exhibent. Horrendum spectaculum. Detinente erysipelate palpebrarum angulum internum nasi, cutim scilicet sacco lacrymali super impositam, cavendum, ne morbus (*anchilops erysipelatosus*), pro *inflammatione sacci lacrymalis* [93]) habeatur.

Prognosis. 4. Quoties agitur de blepharitide erysipelacea in homine alias sano, levior morbus non habetur. Terminatur enim malum spatio paucorum dierum plerumque cum desquamatione. Secus in scrophulosis aliisque valetudinariis hominibus. Hic enim non solum relinquitur dispositio ad recidivas, sed haud raro oriuntur vitia infra speciatim describenda, *oedema* scilicet *frigidum palpebrarum*, *maderosis*, *trichiasis*, *entropium*, *suppuratio palpebrarum* (in superficie interna *Mytesis* dicta) exulcerationibus chronicis ansam porrigens, nec non *fistula lacrymalis spuria* [94]). Ex insectorum ictibus orta blepharitide erysipelacea

93) §. LXXXVII. N. 3.
94) §. LXXXVII. N. 3.

acea, nisi aculeus sine mora extrahatur, facile gangraena praesto est. Utrum huc revocandus it *anthrax palpebrarum* (*charbon des paupières*) le quo legitur [95]), non audemus determinare.

5. Applicatio aquae frigidae super palpebras t adversus blepharitidem erysipelaceam in primo norbi limine commendatur [96]); at tali consilio, ob imorem retropulsionis erysipelatis, et illius evoluionis aliis in partibus, non subscribimus: nunquam nim oculi cum detrimento aliarum partium esentialium curandi [97]). Quamobrem si blepharitis erysipelacea, cum febre notas inflammationis atefaciente, in aegro robusto, juvene, occurrat, otius *venam* brachii *tundimus*. Alias ad *hirulines* retro aures (vel peracta venae sectione non egligendas) pervenimus. Retro aures, inquam, am ad tempora et latera nasi, vix sine propaatione erysipelatis vel conversione illius in edema et ecchymoma applicari queunt. Interne pri- Cura.

95) Aetius Tetrab. II. serm. 3. C. 30. Arantius de tumoribus C. II. Voigtel l. c. p. 61. Cfr. P. I. Vol. II. C. VIII. N. 2. (7.).

96) Beer l. c. 1. *Th.* §. 303.

97) Quodsi usui, peculiares medicos pro certis partibus corporis humani habendi, quid objicere vellem, hoc in eo locatum foret, quod se omnia fecisse existimant, dum malum e parte, ad quam curandam advocantur, fugant, quid inde eveniat non curando, ac superstitia mala primo interdum graviora, caeteris medicis relinquendo.

primum *nitratem potassae* et lenia *alvum eva-cuantia* cum reliquo regimine antiphlogistico, e versus finem vergente morbo *diapnoica* et *vesi-catorium* ad nucham praescribimus. Partem af-fectam linteo sicco subtili, in fronte ope fasciae cir-cularis firmato, tuemur, quod auxilium ad levis-simum morbi gradum profligandum per se suffici

§. LXXX.

Blepharitis catarrhalis.

Symptomata. 1. *Blepharitis catarrhalis* [98]), a multis inept *psorophthalmia* dicta, cum pruritu et tumore ru-bro, duriusculo, dolenteque secundum curricu-lum tarsorum, vel et ad alterutrum angulum ocu-li obvio, oritur. Ad superficiem externam pal-pebrarum, tumor vix ultra tarsos extenditur secus autem in superficie interna, ubi haud rar per totam palpebrae conjunctivam propagatur Impeditur inde et dolet motus palpebrarum, quam obrem aegroti oculis clausis decumbunt, et in-fantes ne quidem explorationem partis affectae con-cedere solent. Deletur secretio glandularum Mei-bomii, contra ea viget illa lacrymarum, quae seb destitutae, acres redditae, cum genarum erosion depluunt (*Epiphora*). Silet vero dein et lacry-marum secretio in vehementi morbo, unde ocu-lus siccus evadit, cum sensu arenae illum inte et palpebras haerentis (*Xerophthalmia*, *ophthal-mi*

98) Glandulosa Beerii l. c. §. 305. p. 284.

mia sicca). Dum inflammatio angulos internos oculorum detinet, corrugantur papillae lacrymales et puncta lacrymalia veluti occlusa apparent. Declinante morbo, pruritus, dolor ardens et siccitas oculi imminuuntur, restituta secretione sebi Meibomiani non sine materiae purulentae vestigiis. Flocci inde emergentes super corneam volutant et donec removeantur visum impediunt. Sub somno nocturno palpebrae ita invicem a sebo puriformi, per aëris contactum crystallorum sub adspectu indurato [99]), conglutinantur; ut non nisi adhibito multo labore sequenti mane a se invicem separari possint. Et cilia inter se conglutinantur [100]). Eroduntur praeterea tarsi, ac a contactu cum aëre libero dolent. Secretio morbosa sebi Meibomiani tandem chronica redditur. Quandoque palpebrae a pustulis parvis obsidentur. In primo morbi limine haud raro symptomata febrilia praesto sunt. Praecedunt vel concomitantur etiam morbum, de quo agitur, praecipue in debilioribus, et senibus, diarrhoea et retentio, quin immo incontinentia [1]) urinae.

§. 2. Blepharitidi catarrhali ansam porrigunt, ignota annua constitutio, praesertim catarrhalis, aër inquinatus, potissimum stabulorum et aqua impura pro lotione oculorum adhibita. Caussae.

3. *Ble-*

99) Gall. *Chassie.*

100) Demours op. c. Tab. XVI. fig. I.

1) Beer l. c. p. 310.

Diagnosis. 3. *Blepharitis catarrhalis* sedem in membrana mucosa, tarsum et internam palpebrarum superficiem obducente, ac in glandulis sebaceis ibi sitis, earumque ductibus excretoriis habet. Nexus inde cum affectionibus catarrhalibus membranae mucosae intestinorum et vesicae urinaria facile intelligitur. Vehementissimus blepharitidi catarrhalis gradus, morbi fere inflammatorii speciem exhibens, copiosâ lymphae coagulabilis secretione stipatus, plerumque simul ipsam oculorum superficiem corripit atque ob id in paragra pho de ophthalmitide externa sub nomine *Ble pharo - ophthalmoblennorrhoeae* describetur. E de *blepharitide scrophulosa ac venerea* infra quaestio erit.

Prognosis. 4. Minor *blepharitidis catarrhalis* gradus, i hominibus aliunde sanis et vegetis, vel sine art auxiliis, sub debito regimine evanescit. In gr viori malo, praesertim si aeger fuerit scrophul sus, arthriticus, venereus, verbo valetudinariu aut recens natus, vel senex, inprimis continuan imperio noxarum morbum gignentium, plus t mendum. Timendum enim morbum posse y in *ophthalmoblennorrhoeam* transire, vel chron cam induere indolem. Hic facile sequitur defo mitas *tarsorum* (*tylosis*) ac inevitabilis illi effectus, *entropium*. Verum et sine entropio lia, a crustis inter ea relictis, inquinari et int adv

2) §§. C. CI.

adversus bulbum oculi converti queunt (*trichiasis*). Possunt quoque palpebrae invicem concrescere, saltem ad angulum oculi externum (*ancyloblepharon partiale*); vel commissura earum auferri (*ectropium*), quod in omni quidem aetate, sed praecipue in senili contingere solet (*ectropium senile*). Palpebrae limbi extus conversi; maxime in scrophulosis *sarcomatosam* indolem induunt [3]). Aliquando ex inflammatione palpebrae superioris *sinus capillaris, ad glandulam lacrymalem* ducens, relinquitur.

5. Regimen, quod levissimae blepharitidi catarrhali opponitur, in fuga lucis, ventorum, aëris frigidi, impuri, humidi, liquorumque fermentatorum consistit. Frigida palpebris admovere inconsultum credimus; temporale enim levamen augmentum post se trahit mali. Vigente inflammatione, sub rerum positionibus supra allatis *) et praecipue si malum conjunctivae oculi communicari videatur, *venam* brachii *tundimus*, non neglecta applicatione, etiam reiterata, *hirudinum* retro aures. Reliqua therapia uti in febribus catarrhalibus [4]). Fracto plane inflammatorio impetu, *vesicatorium* ad nucham, vel si aeger admodum sensilis sit, inter scapulas. Si malum chronicum minaretur characterem, praesertim cum mo- Cura.

3) Cfr. §. LXXXIV. N. 13.
*) §. LXXIX. N. 5.
4) P. I. Vol. I. C. VI. §. LXVI.

molesto pruritu, *collyrium mucilaginosum cum opio* [5]), pro lotione quater et ultra de die tepide ope spongiae tenerrimae instituenda, adhibendum. Ne pars madida relinquatur, illico linteolo sicco abstergi leniter debet. Sunt qui simul ad *colly-rium cum muriate superoxygenato mercurii* confu-giant; quod solum in aegris parum sensibilibus, ac morbo admodum provecto, vel si suspicio de complicatione syphilitica adsit, fas est. Dosis vix ultra dimidium granum, pro collyrio indicato. Praesente excoriatione *collyrium lapidem divi-num* [6]) et *acetatem plumbi* continens ut supr adhibendum. In rebelli malo partes excoriata cum *laudano liquido Sydenhami*, penicilli op bi

5) R. Aquae rosarum uncias quatuor. Mucilaginis semi-num cydoniorum drachmam unam. Laudani liquid SYDENHAMI scrupulum unum. M. D. S. externe.

6) *Lapis divinus* docente ST. YVES sic praeparatur. R Vitrioli cyprini, nitri puri, aluminis crudi ââ uncia tres. Pulverisata liquefiant in vase vitreo in balne arenae. Liquefactis adde camphorae tritae drachmam unam et semis. Mixta et refrigerata massa servetu sub nomine *lapidis divini* Duce BEER, vitrioli cy-prini loco, *aeruginem purissimam* adhibeo. *Soluti lapidis divini* sic praescribitur. R. Lapidis divin grana quatuor, solve in aquae destillatae simplicis un-cia semis. Filtretur. Adde aquae rosarum uncias qua-tuor. Laudani liquidi Sydenhami scrupulum unum (ad duos). D. Scopo potentius adstringendi et exsic-candi, huic solutioni guttae quindecim vel viginti *ex-tracti saturni* adjiciuntur.

bis de die illiniendae. Si de debellanda agatur secretione morbosa sebi Meibomiani, *unguentum ophthalmicum rubrum* primum *mite* 7), postea *forte* 8), et si hoc non sufficeret, illud Janini 9), inter margines palpebrarum, cum penicillo levi manu, semel, quandoque bis illiniendum, dato aegro consilio, ut inde oculis clausis per quartam horae partem lecto incumbat et afflatum aëris frigidi evitet. Praesente complicatione scrophulosa vel arthritica methodus, infra tradenda 10), adhibetur.

§. LXXXI.

Blepharitis variolosa.

1. *Blepharitis variolosa*, simul cum eruptione variolarum, tumore forti palpebrarum, praesertim versus earum margines obvio, ac eadem ratione uti variolae crescente, orditur. Conglutinatis inter se palpebris aeger plerumque per novem dies ad exsiccationis scilicet epocham, visu plus minusve orbatur. Symptomata.

2. Con-

7) R. Butyri recentis insulsi unciam dimidiam. Mercurii praecipitati rubri grana octo. M. exactissime.

8) R. Butyri recentis insulsi semiunciam. Mercurii praecipitati rubri gr. decem. Tutiae praeparatae gr. sex. M. exacte.

9) R. Butyri recentis insulsi unciam semis. Mercurii praecipitati albi grana quindecim. Boli albi scrupulum unum. M. exactissime.

10) §. C. N. 6.

Caussa. 2. Contagium variolosum praesertim palpebris infensum evadit, in infantibus debilioribus cuti tenera instructis.

Diagnosis. 3. *Blepharitis variolosa simplex* probe a latente simul atque ex illa originem ducente inflammatione superficiei internae oculorum, morbo vehementissimo (*ophthalmo-blennorrhoea variolosa*), distinguenda. Distinctionem istam, etiamsi clausis palpebris, locum habere posse, vir expertissimus [11]) docet. Docet nempe, nos de illaesis adhuc oculis ipsis certitudinem habere, si epiphora sine lucis intolerantia praesto sit.

Prognosis. 4. Circumscripta inflammatione ad solas palpebras, destructio bulborum ciliorum et inde *trichiasis* partialis aut rubor ad marginem palpebrarum, sub temperaturae mutationibus obvius ipsae denique illarum margirum exulcerationes [12]), expectari debent. E contrario propagata blepharitide variolosa ad conjunctivam corneae et organa lacrymalia periclitantur.

Cura. 5. Praeter curam generalem variolarum [13]) blepharitis variolosa, primum *moderamen lucis* dein, docente saltem BEERIO, *calorem siccum* ope

11) BEER l. c. p. 520.

12) DEMOURS l. c. p. 114. *Chap. V. Des ulcères de la marge des paupières: „sans l'immortelle découverte de* JENNER, *ce chapitre auroit été fort long . . . . Le Journal de mon père est rempli de détails à ce sujet.“*

13) P. I. Vol. II. C. XIV. §. LXX.

ope linteorum palpebris superimpositorum exposcit. Si variolae segniter adimplerentur, lintea ista *camphora* conspergi queunt. Repletae pustulae, cum acu operationi cataractae dicata, ita aperiuntur, ut pus effluere possit, quin cutis rescindatur. Conglutinatae a pure aut a crustis palpebrae, *collyrio mucilaginoso opiato* [14]) humectandae, ac dein levi manu separandae et illico exsiccandae. Remotis a se invicem palpebris luci et aëri aditus sensim sensimque concedendus.

§. LXXXII.

Blepharitis impetiginosa.

1. *Blepharitis impetiginosa* [15]) orditur a pruritu palpebrarum, quo vigente tumor profunde ruber, undique pustulas parvulas exhibens in conspectum venit. Pustulis istis sensim sensimque disruptis, ulcera ichorosa, praeter pruritum, dolorem ardentem excitantia, crustis tandem cooperienda, subtus depascentia, nascuntur. Palpebrae inde formam ficus indicae recentis discissae acquirunt (*palpebra ficosa*, *sycosis*, *dasyma*, *trachoma*), bulbi ciliorum partim destruuntur (*madarosis*), partim intus convertuntur (*trichiasis*); quod tractu temporis, erosis tarsis, (post somnum conglutinatis, sanguinemque fundentibus) et respectu limborum palpebrarum contingit (*entropium*). Symptomata.

14) Vid. §. praecedent. (5.).

15) Blepharophthalmia psorica Beerii l. c. p. 565.

pium). Postremo et conjunctiva oculi, adspectum pustulosum prae se ferens, afficitur.

Caussae. 2. *Caussa* blepharitidis impetiginosae bifaria; nunc enim suppressa quadam in parte impetigine, (e. c. psora, psydracia, tinea, herpete etc.) malum, vices illarum agens, ad palpebras evolvitur; — nunc palpebrae, quatenus organon ad systema dermoideum spectans, primario afficiuntur. Utroque in casu dispositio quaedam morbosa palpebrarum, saepe in vitio scrophuloso locata, requiri videtur. Nec *morpiones* inter cilia nidulantes [16]), hic silentio praetereundi sunt.

Diagnosis. 3. *Blepharitis impetiginosa* ex tali caussa vivente, vel forte etiam ex *acaro exulcerante* producta; revera *psorica* dici potest. Non ita blepharitis, cui morbi cutanei alterius generis ansam porrexerunt, quamobrem vocabulum blepharitidis *impetiginosae* illi *psoricae* substituimus.

Prognosis. 4. Generatis a blepharitide impetiginosa, madarosi, trichiasi et maxime entropio, vix quidpiam ab arte expectare licet. Praeterea morbo illo incongrue per remedia localia pinguia aut saturnina curato: vel cataracta viridis vel glaucoma, vel amaurosis expectari debent.

Cura. 5. Qualiscunque origo blepharitidis impetiginosae fuerit, primum est, ut puritati partium affectarum studeatur. Lotioni palpebrarum optime inservit lene idque tepidum *decoctum herbae*

scordii.

16) P. I. Vol. II. C. XXX. §. CXVII. N. 4.

scordii. Morbo ex insectis oriente, haud neglectis cautelis alibi traditis [17]), ad *unguentum sulphuris* vel *mercurii* limbis palpebrarum, semel bisve de die penicilli ope illiniendis deveniendum. Licet quoque decocto scordii *solutionem* sive *hepatis sulphuris*, sive *muriatis hydrargyrii oxygenati* superaddere. Quodsi morbus ex impetiginibus aliis in locis praepostere sanatis pullularet, illae iterum secundum regulas praescriptas [18]), praesertim ope illinitionis *unguenti tartari emetici* vel illius *solutionis fortioris*, vel ope applicationis *emplastri antimonialis* [19]) super partem quondam affectam, revocandae. Si hoc ob nobilitatem partis fieri non posset, saltem *ulceribus artificialibus* succurendum foret. Locus illis praesertim pone aures conceditur, at non omnino prudenter. Ex diu enim protracta irritatione prope organon auditus, morbis illius plurimis via sternitur. Eligimus hinc plerumque brachia. Quoad *pharmaca interna*, pro varia impetiginis palpebris infensae indole, ducibus regulis jam stabilitis [20]), varia adhibemus. Cum utplurimum scrophulosi quid lateat, frequenter vel ad *aethiopem*

17) P. I. Vol. II. C. XXX. §. CXVI. N. 3.

18) P. I. Vol. II. C. I. §. VI. N. 35.

19) R. Emplastri diachylon unciam semis. pulveris tartari emetici drachmam unam. Malaxentur invicem c. s. q. laudani liquidi SYDENHAMI. D. S. usui externo.

20) l. c. §. VI.

pem antimonialem [21]), vel ad *muriatem calcis* [22]) quibus decoctum sive *herbae violae tricoloris* sive *radicis smilacis chinae*, sive *stipitum solani dulcamarae* superbibitur, confugimus. Simul victus ratio habenda, et inprimis cavendum, ne aeger carne suilla vescatur. Cibi leniter acidi, saltem in Lithuania, non nocent. Qua sub methodo, si ulcera palpebram occupantia exsiccentur, et crustae, relicta subtus cute rubra valdeque sensili, decidant, loca affecta penicillo, cui *unguentum*, ad palpebras in integrum restituendas aptissimum [23]), ad magnitudinem pisi adhaeret, levi manu tangenda. Quodsi nihilominus cutis madida remaneret, novaeque crustae generarentur, *unguentum* prius Hufelandii [24]), dein, si opus fuerit, illud Janini [25]), inungendum. Tempore, quo crustae decidunt, cavendum, ne aegri, praesertim infantes, illas palpebris infricent, ac ophthalmitidis traumaticae speciei ansam porrigant.

§. LXXXIII.

21) A parvis dosibus diu repetitis, plus expectandum quam á majoribus unica vice exhibitis.

22) Muriatis calcis drachmam unam. Solve in aquae destillatae uncia una. M. D. S. Ter de die (infanti 4. annorum) a guttis X. ad XXX.

23) ℞. Butyri recentis insulsi unciam semis. Vitrioli cyprini grana decem. Camphorae grana quatuor. Tutiae praeparatae grana sex. M. ut fiat unguentum.

24) Ex partibus similibus butyri insulsi, cerae flavae et praecipitati rubri.

25) §. LXXX. N. 5. (9.).

§. LXXXIII.

Hordeolum.

1. Praevio sensu molesto tensionis palpebrae alterutrae, vel ambarum et pruritu plus minusve molesto tarsorum, *furunculus* oritur *inflammatorius* (*hordeolum* [26])), motum partis affectae, palpebrarumque debitam appropinquationem impediens. Furunculus ille figurae grani hordei, durus, obscure ruber, et admodum sensilis evadit, comitante dolore lancinante, praesertim sub motu palpebrarum. Occurrit praeterea secretio aucta sebi Meibomiani limbos palpebrarum conglutinantis. Aucto magis magisque tumore, quandoque versus laminam internam palpebrae urgente [27]), et figuram conicam assumente, signa suppurationis evidentia fiunt. Abscessulus, ad maturitatem perductus, extus rumpitur, quo facto tumor in integrum evanescit, aut saltem, relicta duritie circumcirca, per diutius protractam suppurationem, orta debita cicatrice, tollitur. Quandoque, praesertim in scrophulosis, phaenomena inflammatoria sub medio hordeoli curriculo suspenduntur, relicta duritie (*Chalazion*). Symptomata.

2. Hor-

26) Gall. *Orgeolet.* Demours op. c. Tab XVII. fig. 1.

27) „*Quelques fois cette petite tumeur inflammatoire* (*l'orgeolet*) *au lieu de paroitre toute à l'extérieur, souleve un peu le bord de la paupière à sa face interne, et alors elle est accompagné de plus d'irritation.*" Demours l. c.

Caussae. 2. Hordeolum haud raro sine ulla evidenti caussa in hominibus sanissimis, praesertim laute viventibus et potu liquorum fermentatorum deditis oritur. Longe saepius vero hordeolum ex diathesi scrophulosa pullulat.

Diagnosis. 3. *Hordeolum simplex* sive *idiopathicum* a *scrophuloso*, praesertim ob id distinguitur, quod illud ad suppurationem, hoc autem ad indurationem pronum est. Hordeolum aliquando cum aliis morbis oculorum, maxime cum *ophthalmiis periodicis* [28]) complicatur, quo in casu nisi criticum sit, illorum vim, novum irritamentum inferendo, adauget. Sunt, qui a hordeolo tumores magnitudinis seminis milii, quibus sebum sub epidermide marginis palpebrarum collectum originem dat, distinguant [29]). Aliud adhuc tumoris genus, sub nomine *hydatidis marginis palpebrarum* admittitur. Consistit hydatis hujuscemodi in gutta lymphae transparentis epidermidem elevante [30]).

Prognosis. 4. Hordeolum idiopathicum rite curatum, non solum in primo morbi limine saepe resolvi potest, sed etiam dum in suppurationem transit, malum fugax nullasque reliquias agnoscens sistit. E contrario si negligatur aut e vitio scrophuloso pullu-

28) Demours l. c. p. 118.

29) Demours l. c. p. 119. sub nomine *grain de grèle*, v. Tab. XVI. fig. 2.

30) Demours l. c. Tab. XVI. fig. 3.

pullulet, *Chalazion*, ut monuimus, inevitabile; vel saltem hordeolum *habituale* fit. Nec desunt exempla hordeoli in *gangraenam* vel in *anthracem* desinentis. Quandoque tarsi corrugantur aut aliae deformitates oriuntur.

5. Hordeolo vix comparente potest quidem **Cura.** resolutio ope linteorum aqua frigida imbutorum saepe obtineri, at malimus, ut tuberculum in suppurationem transeat [31]); qua de caussa ea potius promovenda, cui scopo cataplasma ex pane albo, lacte et croco, vel ex pomo assato [32]) inserviunt [33]). Quibus in remediis etiam disrupto abscessu eousque continuandum est, quousque omnis non evanuerit durities. Ad istam in casu rebelli debel-

31) Nullum saltem inde malum expecto, e contrario ex impedito suppurationis processu multa incommoda emergere solent. Non poenitebit de hoc argumento legisse Zach. Platner. de noxis ex cohibita suppuratione in nonnullis morbis oculorum. Panegyrin med. Lips. indic. an. 1742.

32) „*Il faut enfermer la pulpe de pomme dans un linge et au moment de l'appliquer, enlever avec une paire des ciseaux un très petit morceau de l'enveloppe, pour que la pulpe porte à nu sur la tumeur.*" Demours l. c. p. 117.

33) Homines plethorici haemorrhoidibus obnoxii aliquando haec cataplasmata non ferunt, quin major isque molestus humorum ad oculum affluxus oriatur: juvat tunc hirudines retro aures apponere, alvum ope electuarii lenitivi apertam tenere, ac ad balnea pedum tepida confugere.

debellandam, quandoque ad cataplasma ex *herba conii maculati* et *saponariae* ac *camphora* vel ex *cepis assatis* confugiendam. Quodsi resoluta duritie cicatrix non illico subsequeretur, locus affectus, *emplastro diachylon composito*, cooperiendus. Hordeolo in gangraenam commutato, methodus consueta sphacelo medendi, in usum deducitur. Tumores sebacei et hydatis apice lanceolae aperiuntur, quo facto evanescunt, quod tractu temporis et sine artis auxilio contingit.

§. LXXXIV.

De Reliquiis Blepharitidis.

Generatim.

1. Ad reliquias blepharitidis spectant: *palpebrarum oedema*, *emphysema*, *pruritus*, *lapsus*; *madarosis*, *tylosis*, *entropium*, *trichiasis*, *distichiasis*, *ancyloblepharon*, *symblepharon*, *ectropium sarcomatosum*, *sarcoma palpebrarum*, *chalazion*, *scirrhus* et *cancer*.

Oedema palpebrarum.

2. *Leucophlegmatia* sive *oedema palpebrarum* sese tumore pallido, molli, impressionem digiti prementis retinente, indolente, palpebrae praesertim superioris, exhibet, Oritur plerumque post blepharitidem erysipelaceam, vel post scarlatinam, praecipue si oculi aqua frigida lavati fuerint. Haud raro atonia pro caussa habenda. In genere malum sistit vix difficulter profligandum. Cura in applicatione sacculorum, herbis aromaticis cum camphora repletorum, vel linteorum fumo sacchari,

chari, masticis, thuris imbutorum consistit. Abstinendum ab irritantibus, immo quandoque potius ad antiphlogistica confugiendum 34).

Emphysema palpebrarum.

3. Sicuti oedema, ita et *emphysema palpebrarum* curandum foret, quo de morbo observationes apud Wepfer 35) et Loder 36) inveniuntur.

Pruritus palpebrarum.

4. Molestum malum pruritus sistit palpebrarum, cujus mentionem injecit Forestus 37). Quamvis vitium, de quo agitur, plerumque ad prodroma blepharitidis impetiginosae pertineat, observavimus tamen illud etiam ut comitem catameniorum.

Atonia palpebrarum.

5. *Atonia*, sive *laxitas palpebrarum* (*ἀτονία τῶν βλεφάρον.*) plerumque ad palpebram superiorem circumscripta est. Aeger tunc, irrito omni nisu, illam elevare nequit, unde cornea maxima e parte cooperta manet 38). Dum atonia simul palpebram superiorem et inferiorem detinet, fissura palpebrarum nunquam rite claudi potest, ac limbi palpebrarum continuo extus vergunt. Quod phaenomenon atoniae musculi orbicularis palpebrarum tribuendum. Atonia palpebrae superioris

34) v. *Abh. f. pr. Aerzte. XIV. B.* p. 322.

35) Obs. p. 844.

36) *Journ. f. d. Chirurgie.* 1. *B.* p. 356. (Post laesionem ab emunctione narium).

37) L. XI. obs. 42. Cfr. Gmelin (*Reisen. II. B.* p. 169.) de *pruritu superciliorum*, utpote morbi Crimmeae, leprae speciei, symptomate, disserens.

38) Demours op. c. Tab. XVII. fig. 3.

ris a laxitase sive *paralysi* musculi illius levatoris repetenda. Quibus malis ansam porrigunt: neglectus abscessus palpebrae superioris, abusus cataplasmatum, inflammatio scrophulosa, praecipue a blepharospasmo diuturno comitata, vulnera musculi levatoris palpebrae [39]), hujus musculi pressio diuturna [40]), affectiones, praesertim rheumaticae, rami primi paris quinti, lacrymalis dicti, apostema in sinu frontali [41]), atque haec singula eo magis, quo annosior aeger. Senectute enim excepta, atonia palpebrarum plerumque sponte evanescit, et haud difficulter ab arte tollitur. Tollitur vero, victu nutriente, usu moderato vini, atmosphaera sicca, temperatura potius calida, frictione repetita vel palpebrae affectae ope panni lanei, vel regionis superciliaris cum *aethere sulphurico*, *balsamo vitae Hoffmanni externo*, vel etiam *electricitate galvanica* prudenter adhibita.

Lapsus palpebrae superioris.

6. *Lapsus palpebrae superioris* (*blepharoptosis*, *ptosis*), de quo Oettinger [42]) et A. G. Richter [43]) consulendi sunt, consistit in plica membranae externae palpebrae superioris, quae super fissu-

39) Richter comment. Goett. III. Vol. p. 35. Siebold *Lucina*. 1. *B*. 1. *St*. p. 81.

40) p. 81. Joerdens in Arnemanns *Magazin*. 2. *B*. p. 144.

41) Cellier in *Journ. de méd. continué. Vol.* XI. p. 516.

42) Op. c.

43) l. c.

fissuram palpebrarum dum clauduntur, nunc in :oto earum ambitu, nunc solum ad angulum ex- ernum oculi pendet, et haud raro introversioni palpebrarum aut saltem tarsorum aut ciliorum nsam porrigit. Musculus elevator palpebrae su- perioris, ad cutim, tanta plica instructam suble- vandam, impar evadit. Arrepta autem atque sus- pensa digitis medici plica illa cutanea, muscu- lus indicatus mox officium suum absolvit. Ocu- lus tunc utpote luci nequaquam adsuetus aegre nde afficitur. Caussae lapsus palpebrae superio- ris illis atoniae palpebrarum respondent. Prae- cipue huc spectat praegressa ophthalmitis trauma- ica. Lapsus palpebrae superioris per excisionem plicae illius cutaneae secundum regulas artis 44) peractam, in aegro caeterum vegeto, sine difficul- ate sanatur. In hominibus, labe quadam imbu- is, operatio ista facile inflammationem, per sup- purationem cum jactura substantiae terminatu- am, post se trahit, unde vitium lapsui palpe- brae oppositum, *lagophthalmus* 45), generatur.

7. *Madarosin* (*ptilosis*, *psilosis*, *alopecia*), Madarosis. ive *defluvium ciliorum*, reliquias blepharitidis, nprimis variolosae et impetiginosae sistere, mo- nuimus. Blepharitis variolosa madarosi, bulbos cilio-

44) Beer op. c. 2. *B.* p. 114. §. 100.

45) *Oculus leporinus*, malum, quidquid dicat Richter, adhuc artis conamina eludens. v. Beer l. c. p. 241.

ciliorum destruendo, ansam porrigit. Blepharitis catarrhalis et scrophulosa solum lapsum ciliorum promovent, quod eo facilius accidit, quo magis cilia inter se conglutinata fuerunt, et quo rudius in opere cilia a crustis liberandi aeger progrediebatur. Madarosis, praeter deformitatem, oculo praesertim prominenti, debitam quoque custodiam aufert. Quae ex jactura bulborum ciliorum oritur madarosis, haec, nisi forte *insitio ciliorum* votis respondeat, insanabilis est. Altera ex simplici ciliorum lapsu, dummodo absque *tylosi*, ab ipsa natura tolletur; nec ars hoc in opere quid adjuvare valet.

Tylosis. 8. *Tylosis* sive *tarsorum difformitas* blepharitidis catarrhalis et hordeoli, in scrophulosis praesertim, si morbus neglectus aut cum saturnis tractatus fuerit, effectum sistit. Exhibet ea nunc nodulos duros, segregatos super tarsos (cum *chalazio* non confundendos), nunc tumorem tarsorum ipsorum. Quod ultimum vitium priori (vigente diathesi scrophulosa insanabili), longe facilius tollitur; et quidem usu *unguenti ophthalmici rubri*, primum *mitis*, dein *fortioris*, tandem *unguento citrino* [46]), quae unguenta non solum tars

46) R. Mercurii vivi depurati drachmam unam. Spiritus nitri fumantis drachmas duas. Digerantur invicem in balneo arenae ad disparitionem mercurii, dein solutio calida misceatur cum butyri recentis insulsi unciis tribus.

arsis ope penicilli applicanda, sed illis probe emel bisve de die illinienda sunt. Noduli duri arsis insidentes, prius fotu ex herbis *conii naculati, saponariae, cum camphora*, emollienli, donec rubeant. Caeterum cave ab irritantius, si malum jam inveteratum sit, sique de vitio arcinomatico suspicio locum habeat. Cave in enere a stipticis et ab ipso unguento JANINI.

9. *Entropium* 47) seu *introversio palpebrarum* ut saltem *tarsorum* in utraque palpebra, maxime amen in inferiore 48) nasci solet. Ciliis tunc ntus conversis aeger de corpore peregrino in culis haerente conqueritur; lacrymae super genas opiose depluunt, ac elevata palpebra, cilia maida, bulbo oculi adhaerentia, conspiciuntur.)bveniunt porro, intolerantia lucis, rubor albuineae, cum periculo panni, obfuscatio corneae, onspectum pupillae impediens. In hominibus aeterum sanis, entropium methodo adversus psum palpebrae superioris commendata 49), aut ia mox infra contra trichiasin commendanda, aud difficulter tollitur. Vix *recisio tarsi* 50) con- Entropium.

 grua

47) CRAMPTON *Essay on the entropion or inversion of the Eyelids. Lond.* 1805. BAYER *üb. Trichiasis und Entropium, nebst Beschreib. e. verbesserten Augenliederzange.* 1816.

48) DEMOURS op. c. Tab. XVIII. fig. 1.

49) N. 6.

50) SAUNDERS *a treatise of some practical points relat-*

grua videtur. Potius *excisio bulborum ciliorum* suscipienda erit [51]), si tarsus fuerit corrugatus.

Trichiasis. 10. *Trichiasis* seu *introversio ciliorum* et pe[r] se, id est, sine lapsu palpebrae superioris au[t] entropio, locum invenit. Quod accidere sole[t] neglecta blepharitide catarrhali in scrophulosis post blepharitidem variolosam, ac impetiginosam et in genere ab exulceratione, marginem inter[] num tarsorum consumente: porro a ciliis muc[i] ope in fasciculos collectis iisque a crustis inqui[] natis, nec non a decubitu protracto infantu[m] super oculos, et a vitio plicoso. Cum trichiasi[s] haud raro *partialis* sit, ac solum ad angulu[m] externum oculorum obveniat, probe cavendu[m] ne praetervideatur. Trichiasis, nisi deformitate[m] tarsorum sociam agnoscat, arte tolli potest. Di[u] neglecta, *panno* *) ansam porrigit. Laudatur a[d] trichiasin tollendam *tenaculum* [52]), cujus ope c[i]lia prope basin firmata, directe evelluntur; at rar[o] sin unquam sic cura radicalis perficitur [53]). A[t] ea[]

ing the diseases of the eye. Schreger *Chirurg. Ve[r]suche. Nürnb.* 1818.

51) Beerii egregius discipulus D. Jaeger operatione[m] istam excogitavit perfecitque feliciter. Vidi eam a m[e]dico quondam secundario clinici Instituti Viennensis [] Rozas cum dexteritate peractam. Referente Professo[r] chirurgiae Vilnensi Cl. Pelican eadem operatio ja[m] dudum Petropoli ab experto medico oculario Raine[r] in usum deducta est.

*) §. CV. N. 6.

52) Beer op. c. 1. *B.* fig. 1.

53) Köhler *Vers. e. Heilart d. Trichiasis. Leipz.* 17[]

eam obtinendam *excisio plicae cutaneae*, sicuti
n prolapsu palpebrae superioris commendatur;
erum facile hic quid nimis exscinditur, aut
nembrana externa palpebrae per suppurationem
ıltra debitos limites destruitur, unde inevitabilis
agophthalmus. Arridet nobis hinc longe magis
nethodus [54]), qua, decumbente aegro clausis ocu-
is super dorsum, *acidum sulphuricum concentra-
um*, ope penicilli asbestiani susceptum, palpe-
rae secundum decursum tarsorum, duabus lineis
upra tarsum, (si agatur de palpebra superiore),
el totidem infra eum, (si agatur de palpebra in-
eriore) illinitur; consperso illico eodem loco cum
ıquae tepidae guttis nonnullis ex spongia expres-
is; quam scilicet methodum, praesertim in pal-
ebra superiore omnino successisse plus vice sim-
lici observavimus. Locus enim illinitus illico
esiculis albidis notatur, ex quibus paulo post
schara efformatur, qua deciduâ, lamina palpebrae
xterioris parum breviore redditâ, cilia mox extus
onvertuntur. Quandoque operatio ista bis terve
ıd perfectam sanationem obtinendam repetenda
st. Minori in malo, palpebra, manu extus con-
versa, emplastro agglutinante firmari potest [55]).

11.

54) Helling in Hufeland's *Journ.* 1815. *April.* p. 98.
112.

55) Demours l. c. T. I. p. 106. „*Je tire la paupière, en la renversant le plus possible, en dehors, et dans cette position, je place verticalement, en commençant*

Distichiasis.

11. *Distichiasis*, seu *duplex ciliorum ordo* malum in Lithuania familiare, immerito hinc in dubium vocatum, sistit [56]). Alter ciliorum ordo a primo legitimo in eo differt, quod cilia, seu potius pseudocilia, utplurimum candida et tenuiora sint saepeque sparsim [57]) super basi minimis excrescentiis notata [58]) obveniant, quo in casu tantum probe examinato oculo detegi possunt. Distichiasis praecipue in hominibus crinibus fuscis instructis et maxime in judaeis observatur. Aeger aliquando nil nisi citam oculi defatigationem accusat [59]). Ad distichiasin tollendam ustionem ostiolorum capillarium ope acus candentis aut applicationem caustici ut periculosum conamen rejicit expertissimus vir, ac *repetitam evulsionem*

près de la naissance des cils deux bandelettes, et quelques fois trois, de taffetas agglutinatif, vulgairement appellé taffetas d'Angleterre, de la longueur chacune d'un pouce et demie, et large d'un demi-pouce. Le succès tient à ce qu'on fasse usage de taffetas bien préparé, qu'on ait la patience de ne lâcher la paupière que lorsqu'il est sec, c'est à dire après quatre ou cinq minutes et qu'on ne l'ait ni trop, ni trop peu moullié avant de l'appliquer."

56) Et Demours illud vigesies et ultra vidit l. c. p. 110. Vera imago habetur Tab. XX. fig. 1. ejusd. op.

57) .... *les cils sont semés çà et là le long de la marge (de la paupière).* Demours l. c. v. Tab. LXIV. fig. 1.

58) Demours l. c.

59) Demours l. c. p. 111.

sionem *pseudociliorum*, quo primum in conspectum veniunt, ut unicum hucusque notum auxilium commendat [60]).

Ancyloblepharon et symblepharon.

12. *Ancyloblepharon*, seu *concretio palpebrarum inter se* et *symblepharon*, seu *concretio palpebrarum cum bulbo oculi* autopsiâ dignoscuntur. *Ancyloblepharon* dicitur *perfectum*, dum palpebrae in toto curriculo concretae sunt, secus autem, *imperfectum*. Eadem distinctio relate ad *symblepharon* locum invenit. Caussa hujusmodi malorum, in exsudatione lymphae coagulabilis, pseudomembranulam formantis, quaerenda videtur; cui exsudationi plerumque ophthalmiae traumaticae, inprimis eae, quae a rebus oculos chemice laedentibus [61]) (uti aqua fervida, acida mineralia, calx viva) excitantur, ansam porrigunt. Quaestio, num partes concretae cultro separandae sint, nec ne? ab oculorum conditione pendet. Enimvero si ex historia praevia morbi elucesceret, quod jam de visu desperandum sit, omnis separationis conatus superfluus evaderet. Porro in ancyloblepharo maxime interest nosse, utrum non delitescat simul symblepharon. Illud nequaquam delitescere apparet, dum palpebra superior ope digitorum in plicam colligi et oculus jussu medici ab aegro undique libere moveri potest. Licet et specillum exploratorium ab angulo

60) Beer l. c. 2. B. p. 120. Sic et Demours l. c.

61) Demours l. c. p. 113.

gulo interno oculorum sub palpebras ingeri, quod absente indicata complicatione nullum experitur impedimentum. Latente symblepharo quaeritur: utrum ad corneam, utrum ad albugineam locum inveniat? Ibi aeger vix aut ne vix quidem lucem percipit, hic sat bene. Tandem et tactus ope percipitur, num oculus, sub palpebris delitescens, male tractatus sit, nec ne? Quodsi bulbus oculi aut tabe aut alia difformitate laboraret operatione nil praestaretur, immo reconditum vitium palam fieret. Quo pacto operatio tum ancyloblephari tum symblephari instituenda [62]) et nova concretio impedienda sit [63]), alii docebunt.

Ectropium sarcomatosum et sarcoma palpebrarum.

13. *Ectropium sarcomatosum* [64]) sese exhibet tumore conjunctivae palpebrarum rubro, pallido, molli, levigato, ab attactu facile cruorem fun-

62) Beer op. c. 2. *B.* p. 128. 132. Richerand *nosographie chirurgicale T. II.* p. 17. 4. *édit.* Wenzel *diction. ophthalmologique. T.* 2. p. 155. et 156. Demours l. c.

63) Jam Celsus de artis impotentia hic conqueritur (De re medica. L. VII. C. VII.).

64) Gall. *évaillement des paupières.* Le Dran *sur un oeil évaillé.* In *mém. de l'ac. de Chir. T. I.* p. 44. Bordenave *mém. dans lequelle on propose un nouveau procédé pour traiter le renversement des paupières* (ib. T. V. p. 97.). Adams op. c. Mauchart Diss. de ectropio. Tub. 1733. in Halleri Diss. chirurg. Vol. V. N. 14. Herder Diss. de ectropio et trichiasi. Jen. 1785. Küntzel Diss. Aetiologiae ectropii et entropii examen criticum continens. Hal. 1792.

fundente, sensilique. Lacrymae fere semper per genas depluunt ob carunculam lacrymalem a bulbo oculi deductam. Afficiuntur nunc palpebrae utraeque, horrendo cum adspectu, nunc alterutra, plerumque inferior. Tractu temporis tumor palpebrae firmior, major et rubrior, ac tandem *granosus* *) evadit, ac sensibilitate destituitur. Quandoque non omnis superficies palpebrae extus conversae luxuriatur, sed in uno tantum earum loco excrescentiae in conspectum veniunt (*sarcoma palpebrarum*) nunc planae (*s. sessile*) nunc pendulae (*s. pensile*). *Ectropium sarcomatosum* effectum sistit blepharitidis catarrhalis fortissimae (*blepharo-blennorrhoeae*) et *ophthalmiae* sic dictae *gonorrhoicae*. *Sarcoma palpebrarum* originem chronicam agnoscens, instar sarcomatum in genere, ortum valde obscurum habet. Perstante adhuc commissura palpebrarum *ectropium sarcomatosum* eo facilius aufertur, quo mollius id est atque recentius. Orditur tunc cura *a tinctura opii simplici*, devenitur dein ad *laudanum liquidum Sydenhami*, et tandem ad *unguentum ophthalmicum*, prius *mite*, deinceps *forte*, quae singula semel aut bis de die palpebris luxuriantibus ope penicilli illiniuntur. Provectiori in morbo ad *unguentum Janini*, et si pars affecta jam dura foret, ad *butyrum antimonii* simili modo illinitum, vel ad

*) Cfr. §. XCV. 7. (*).

ad *lapidem infernalem* [65]) confugiendum est. Palpebra affecta fere cornea reddita, causticis, *scarificationum* ope, via paranda. Immo in tali malo rebelli operatione chirurgica palpebrae pars affecta auferenda [66]). Sarcoma palpebrae *forficibus* vel *cultro*, non ligatura vel causticis, abigi debet, illinito serius super locum affectum *laudano liquido Sydenhami.*

Chalazion. 14. *Chalazion*, hordeoli, cujus suppuratio impedita fuit, sistit effectum. Facile sarcomatosam id induit naturam, quandoque ad magnitudinem nucis avellanae crescens. Sedes nunc circa tarsum, plerumque palpebrae inferioris, (quae, ut tumor clare appareat, extrorsum deprimenda est), nunc ad superficiem externam sive internam palpebrarum animadvertitur. Signa gentilitia chalazii consistunt in tumore rotundo formae fabae, saepe mobili, levigato, firmo quidem, at non duro, minimeque dolorifico. Chalazio sub integumentis palpebrae latente, levis illius rubor observatur; quodsi vero sub musculo orbi-

65) St. Yves l. c. Lib. I. Ch. 15. Demours op. c. T. I. p. 100.

66) Hippocrates de visu. „Palpebrae si crassiores quam pro natura fuerint, ex inferna parte carne, quantum potes, quam expeditissime resecta, postea palpebram inurito, non candentibus ferramentis, vitando naturam pilorum: aut flore aeris tosto tenui adstringito.“ Cfr. Beer op. c. 2. *B*. p. 137. De cura *granulationum* lege in Hemly *Bibl.* 1. *B.* 2. *St.* p. 230.

orbiculari lateat, color cutis superimpositae a norma minime deflectit. Haud raro unâ eâdemque in palpebrâ plurima obveniunt chalazia. Quo in casu, inprimis in aegro scrophuloso, prognosis dubia, cum periculo transitus tumoris in scirrhum et cancrum. Alias sanatio certe promittenda. Et quidem sine operatione, si chalazion necdum magnitudinem pisi vel fabae adaequaverit, si immediate sub tegumentis externis jaceat et si necdum in scirrhum transformatum sit. Tentatur resolutio, chalazion ope digiti pluries de die perfricando, porro illinitione tumoris cum *balsamo vitae Hoffmanni*, *aethere* et *tinctura opii*, ac tandem cum *tinctura cantharidum*. Peracta illinitione chalazion emplastris *diachylon cum gummatibus* et *conii maculati*, intime aequali dosi mixtis atque super linteolum extensis cooperitur. Caustica, utpote scirrho viam sternentia, nunquam adhibenda. Quodsi sub methodo indicata chalazion inflammaretur, illico tumor modo indicato [67]) ad suppurationem perducendus. Resolutione incassum tentata, aut ea non indicata, ad *cultrum*, non neglectis debitis cautelis [68]), recurrendum.

Scirrhus et cancer palpebrarum.

15. *Scirrhus palpebrarum* plerumque ex tylosi aut verruca [69]) evolvitur. Morbus ille a chalazio

67) §. LXXXIII. N. 5.
68) Beer op. c. 2. *B.* p. 148.
69) Demours l. c. p. 120. Tab. XVIII. fig. 2.

zio distinguitur: quod scirrhus utpote ad marginem palpebrarum usque sese extendens, majorem occupet superficiem, quodque tumor nodosus, hinc inde a vasis varicosis notatus, admodum durus, et nisi in *cancrum* jam *mutatus* indolens sit. Mutatio ista violentiis externis, malae curandi rationi, constitutioni carcinomaticae aegrorum vitioque plicoso tribuenda. Indicatur a dolore lancinante et augmento tumoris, admodum sensilis, a copia vasorum varicosorum, a colore lurido cutis, et a livore conjunctivae bulbi oculi; quibus phaenomenis, si febris lenta superaccedat, de diagnosi nullum exstat dubium. *Cancer apertus* palpebrae dignoscitur, quod cutim depascit, quodque ulcus ichorem bruneum largiens marginibus inaequalibus, elevatis, duris sanguinem fundentibus, instruitur, quodque dolore profundo capitis, solum ab haemorrhagiis e vasis varicosis pro tempore sublevato stipatur. Nec desunt exempla nodulorum ad palpebras, illico cancrum exhibentium [70]). Quamvis scirrhus palpebrarum difficilius in cancrum mutetur, quam ille bulbi oculi, attamen morbum periculo plenum sistit, Prognosis *cancri* adhuc pejor. Resolutionem scirrhi palpebrarum tentare absurdum et aleae plenum est. Constituit enim verum *noli me tangere* [71]). Sicuti enim remedia externa transi-

70) Beer l. c. p. 143.

71) Verrucas ligatura ope fili sericei aufert Demours l. c.

transitum illius in cancrum promovent; ita usus internus conii maculati aegri constitutionem, sine omni alio fructu, pessumdat. Ipsa *scirrhi* vel *cancri extirpatio*, si conspicua jactura substantiae palpebrae ad eam perficiendam requiratur, ob lagophthalmum inde fere inevitabilem, nequaquam cum successu suscipitur 72). Quid de formatione palpebrae inferioris ex cute genae 73) sentiendum sit, ulterior demonstrabit experientia. Tentamina cancrum palpebrae sine operatione sanandi, frustra locum obtinuerint.

Caput XVII.

De morbis organorum lacrymalium.

---

§. LXXXV.

De argumento generatim.

Chirurgi et medici ocularii, in doctrina fistulae lacrymalis statuenda 74) exclusive occupati, illam morborum organorum lacrymalium in genere

72) Beer l. c.

73) *Bildung e. neuen Augenliedes aus d. Wange*, vom *Prof.* Dzondi *in Halle.* v. Hufeland's *u.* Harles's *Journ.* 1818. 11. *St. Novemb.* p. 99.

74) Vide infra §. CX. N. 5.

nere neglexerunt [75]); donec vir egregius Adamu Schmidt [76]) et in hac ophthalmologiae provinci lucem sparserit. Cum laude secutus est Beeriu noster [77]). Vestigia sua legendo, agemus 1° d *inflammatione glandulae lacrymalis* (*Dacryoade nitis*), 2° de *inflammatione sacci lacrymalis* (*Da cryocystitis*), 3° de *blennorrhoea sacci lacrymalis* 4° de *inflammatione caruncularum lacrymaliun* (*Encanthis inflammatoria*) et 5° de *reliquiis illa rum inflammationum.*

§. LXXXVI.

Dacryoadenitis.

Sympto-mata.

1. *Symptomata Dacryoadenitidis* seu *inflam mationis glandulae lacrymalis*, morbi quidqui dicat Schmidt [78]) rarioris [79]), sunt: siccitas ocul (*xerophthalmos*), dolor gravativus, oscillatorius pungens, regionis temporalis, sese rapide ad bul bum oculi, frontem, maxillas et occiput expan dens. Palpebra superior versus angulum tempora

len

75) Egena haec pars est in ipso Demoursii saepe lau dato opere, quamvis auctor studium, quod morbi viarum lacrymalium dicaverat, quam maxime attollat T. I. p. 129. s. q.

76) *Ueb. d. Krankh. d. Thränenorgans. Wien* 1803 De eodem argumento scripserat Lieht Diss. de prae cipuis viarum lacrymalium morbis. Argent. 1776.

77) Op. c.

78) Op. c. p. 134.

79) Beer op. c. 1. *B.* p. 349. nota.

lem tumet evaditque dura, obscure rubra, tensa, splendens ac attactum respuit. Bulbus quidem oculi (excepto quodam inflammationis vestigio in tunica conjunctiva anguli externi) minime rubet, at versus angulum temporalem vix moveri potest, ac sensilis admodum et durus est. Progrediente morbo, bulbus ex orbita deorsum pellitur, corneâ versus nasum constitutâ. Laeditur inde visus, pupilla angustiori, iride rigida redditis, non sine lucis morbosae apparitione et delirio. Malo sic ad acmen perducto, dolore pulsante facto, cum sensu frigoris in oculo, punctum flavescens, vel ad conjunctivam bulbi oculi prius inflammationis vestigia exhibentem, vel ad palpebrae superficiem externam, comparet, latentem indicans *abscessum.*

2. Praeter violentias externas regioni superorbitali illatas, dacryoadenitidi arthritis et scrophula ansam porrigere videntur. Caussae.

3. Dacryoadenitis quo profectior, eo facilius dignoscitur. Inprimis ad locum, ex quo morbus originem duxerat, et ad vim, quam glandula lacrymalis et annexa cellulosa, utpote tumore inflammatorio correptae, bulbo oculi inferunt, respiciendum. Conditio morbosa pupillae et iridis, nec non lucis morbosae evolutio, ex distensione nervorum ciliarium et nervi optici, nec non ex oscillatione vasorum sanguiferorum vicinorum, explicari possent. Diagnosis.

4. Quo-

Prognosis. 4. Quousque inflammatio glandulae lacrymalis se nequaquam ad bulbum oculi propagavit; eousque morbus sub recta medela minime periculosus est. Secus autem, si phlogosis partem internam oculi, jam aliunde lacessitam, occupet. Hic enim vel ipsa periclitari posset vita. Abscessu enim neglecto, ulcus fistulosum, et caries ossium orbitam componentium (patula facta puri ad cerebrum via) expectari debent. Quodsi puri tempestive exitus paretur, oculus in orbitam cum facultate videndi redit, quin tamen unquam bulbus ipse in axin poni possit, quae luscitatis species laesioni fere inevitabili musculi recti extern oculi motorii adscribenda est. Praeterea dacryoadenitis quandoque *sinui capillari* ansam praebet Nec *induratio* atque *scirrhus glandulae lacrymali* silentio praeteriri debent.

Cura. 5. Ad resolutionem dacryoadenitidis obtinendam, *cruor* illico e vena, praesertim jugulari, ejusdem ubi morbus lateris, copiose *trahendus*. Quo facto ad *repetitam hirudinum* applicationem, praecipue ad tempora, devenitur, non neglecto reli quo regimine antiphlogistico, inprimis *lenibu alvum evacuantibus*. Extremitatibus inferioribu *sinapismi* admoventur. Si morbus indolis traumaticae fuerit, fracto inflammatorio impetu, leni *diapnoica* et *vesicatorium* ad nucham. Amiss jam resolutionis spe, conamina ad bonam ci tamque suppurationem obtinendam dirigi debent

Hun

Hunc ad scopum *cataplasma emolliens* parti affectae superimpositum, saepiusve diu noctuque renovatum, addita etiam *herbae conii maculati* parte, conducit. Comparente puncto purulento, vel in conjunctiva oculi, vel extus ad palpebras, illud *emplastro diachylon* cum *emplastro conii maculati* partibus aequalibus mixto, donec fluctuatio evidens fiat, cooperiendum. Dein vero illico abscessus cultro, larga facta incisione, aperiendus. Quod si operatio ista ad palpebram locum inveniat, lintea carpta *laudano liquido Sydenhami* imbuta, vulneri immittenda ac effluxus puris promovendus. Interea vires aegri sustinendae. Ossibus orbitae jam cariosis factis, ad methodum adversus cariem, fistulam lacrymalem comitantem, propositam recurrendum.

§. LXXXVII.

Dacryocystitis.

1. *Dacryocystitis*, seu *inflammatio sacci lacrymalis*, orditur dolore obtuso, penetrante anguli nasi, quo loco tumor formae fabae, arcte circumscriptus, valde durus, et sensilis, in conspectum venit. Tumor iste durus pedetentim rubet, attactumque plane respuit. Dolor ad bulbum oculi extenditur. Carunculae lacrymales corrugantur, puncta lacrymalia evanescunt et stillicidium lacrymarum occurrit. Cavitas nasi lateris affecti ab initio admodum madida est, paulo Symptomata.

 T t autem

autem post plane arescit. Homines cute vald tenera instructi, tumorem, veluti erysipelaceum super palpebras et genas extensum, comitante ce phalalgia, experiuntur. Interea crescit tumo anguli nasi fluctuationem exhibens. Cutis eur obducens profundo tingitur rubore, ac splende Tandem in medio tumoris punctum oritur mo le, flaviusculum, ex quo disrupto pus tenu cruori mixtum, stillat, marginibus vulneris illic callosis redditis. Tumor inde haud evanesci sed imminuitur, ac morbus genuinam refert *fistu lam lacrymalem*, de qua infra.

Caussae. 2. Dacryocystitidi occasionem praebent cau sae traumaticae, rheuma, praesertim in scroph losis et syphiliticis.

Diagnosis. 3. Diagnosis dacryocystitidis, habita ration loci affecti, quatenus sacco lacrymali respond instituitur. Cavendum, ne eam cum *anchilo erysipelaceo* confundamus 80). Sistit enim is *anchilops* veram *blepharitidem erysipelaceam*, un morbus a cutis superficie sine tumore circun scripto et sine duritie orditur, tractu solum ter poris et sub perversa medendi ratione, saccu lacrymalem, et quidem maxime parietem suu anteriorem, attingit, qua de caussa malum no nisi lente cavitati proximae narium communic tur, ac abscessus, utpote non in ipso sacco lacr mali formatus, sub nomine *fistulae spuriae sac*

lacr

80) §. LXXIX. N. 3.

acrymalis obvenit. Quin immo, si abscessus equidem ad saccum lacrymalem pervenerit, (quod x signis serius tradendis dignoscitur), morbus impliciter *ulcus anguli nasi* (*aegilops simplex*) alutatur. Ut vero ad dacryocystitidem redeamus, aud arduum est, de illius praecipuis symptomatius rationem reddere. Originem enim debet: illicidium lacrymarum — obliterationi ductuum acrymalium; siccitas cavitatis vicinae narium — nflammationi, ad membranam Schneiderianam proagatae, quandoque et lymphae coagulabili dutum nasalem replenti; et tumor sacci lacrymalis — ecretioni muci prius, dein illi puris.

4, Dacryocystitis, nisi a violentiis externis roducta fuerit, haud difficulter in primo morbi liaine tollitur. Quodsi etiam perfecte resolvi nequeat, nflammationis effectus saltem ad *hydropem acuum sacci lacrymalis* [81]) restringitur. Qui hydrops b abscessu in eo distinguitur, quod solum colletionem morbosam liquidi cujusdam in sacco larymali, sine *jactura substantiae* constituat, ac ine magna difficultate debellari queat. Neglecta acryocystitide, obliteratio ductuum lacrymalium uctusque nasalis timenda est, de qua sub curiculo inflammationis, utpote omnem exploratioem contraindicantis, vix notitia acquiri licet. De prognosi fistulae lacrymalis infra sermo erit. Prognosis.

 5. *Cura*

81) Blennorrhoea sacci lacrymalis BEERII. Dacryops blennoïdeus SCHMIDTII.

Cura. 5. *Cura dacryocystitidis*, in primo morbi li mine, illi blepharitidis catarrhalis [82]) simili Suadent praeterea, ut aqua frigida naribus attra hatur [83]). Amissa resolutionis spe suppurati emollientium ope promovenda, et abscessus a maturitatem perductus, secundum regulas artis [84] aperiendus sanandusque.

§. LXXXVIII.

Blennorrhoea sacci lacrymalis.

Notio. 1. Inflammationem, vel potius irritatione chronicam sacci lacrymalis, secretionem copiosa lymphae coagulabilis largientem *blennorrhoeam* i lius nuncupamus.

Symptomata. 2. *Blennorrhoea sacci lacrymalis*, symptomat bus *anchilopseos erysipelacei* orditur. Illo tame in morbo, sub rubore, tumor sacci lacrymali percipitur. Compresso hoc tumore, mucus, a initio tenuis et albus, dein densior et flavu (ac etiam pro varia temperatura, in qua aeger ve satur, proutque satiatus est aut jejunus, valde di versus), per puncta lacrymalia regurgitat ac ocu lum inundat. Vix infra per ductum nasalem i evacuari potest, ob frequentem hujus ductus, prae sertim in scrophulosis, obliterationem. Nil hin mirum

82) §. LXXX. N. 5.
83) Beer op. c. 1. *B.* p. 369.
84) Idem, ibidem. p. 370.

nirum, si aeger simul de siccitate naris lateris ffecti conqueritur.

3. Blennorrhoea sacci lacrymalis plerumque Caussae. rogeniem coryzae aut blepharitidis catarrhalis in crophulosis sistit. Aliquando variolae, morbilli t scarlatina quoque, in scrophulosis, illi ansam orrigunt. Id vero blennorrhoeae, de qua agitur, roprium observatur, quod ea vigente, insultus nflammatorii partium affectarum saepe redeunt.

4. Quo crebrius recidivae hujuscemodi locum Prognosis. btinent, quo magis membranae sacci incrassanur, eo minor sanationis spes. Generatim morus habitualis redditus, difficulter, nisi per ipsam aturam e. c. tempore pubertatis, graviditatis, ollitur. Maxime transitus in *fistulam lacrymam* timendus, quae ut plurimum *atresiâ ductus asalis* stipatur. Quandoque parietes sacci lacryalis aut inter se concrescunt, aut ita relaxantur, t *hernia sacci lacrymalis* oriatur. Primo in casu *tillicidium lacrymarum* inevitabile. Quodsi maeriem puriformem in sacco lacrymali nec sursum ec deorsum evacuare liceat, *hydrops sacci larymalis* sequitur.

5. Cura morbi uti in dacryocystitide. Ca- Cura. endum ab exploratione sacci lacrymalis, nec non b injectionibus. E contrario juvat instillatio *soitionis lapidis divini*, vel illinitio sive *laudani quidi Sydenhami* sive *unguenti ophthalmici rubri itioris* in angulum oculi, praemissa semper

expres-

expressione sacci ope digiti. Membranis sac ipsis incrassatis, inungatur illi *unguentum hydra gyri griseum.*

§. LXXXIX.

Encanthis inflammatoria.

Sympto- mata.

1. Caruncula lacrymalis et membrana, cui e insidet, semilunaris, tument, dolent, ac late ru bent. Rubor, sine tumore tamen, ad margin palpebrarum, ad puncta lacrymalia et ad conju ctivam oculi extenditur. Impeditur inde lacr marum absorptio, earumque ductio ad saccur Progrediente morbo, dolor lancinans sub conat palpebras claudendi persentitur, qua de caus aeger oculis apertis manere mavult. Attactus l vissimus carunculae lacrymalis inflammatae, m ximum excitat cruciatum, bulbum oculi in co sensum trahentem, cum evolutione lucis morb sa. Interea secretio lymphae coagulabilis appa ret, quae, in crustas desinens, horis matutin angulum oculi conglutinat. Tandem inter carun culam et membranam semilunarem punctum su purans in conspectum venit, quod plerumque i abscessulum transit. Abscessulus iste quiden sponte rumpitur, at caruncula lacrymalis aut vo lumine aucta et dura remanet, aut etiam a su puratione attingitur (*Rhyas*), et aliquando cons mitur (*Rhacos*, *Rhacosis*). Suppuratione lent procedente vel neglecta, tela cellulosa luxurian

inc

ncipit, ac tumor fungosus, aliquando nucis ma-gnitudinis, evolvitur (*Encanthis fungosa*).

2. *Caussae encanthidis inflammatoriae* sunt corpuscula peregrina in carunculam lacrymalem llapsa, aut inter istam et membranam semilunaem haerentia, vulnera carunculae, et rheuma ad am conjectum. **Caussae.**

3. Oculus microscopii ope probe examinandus, utrum corpusculum quoddam extraneum e. . festuca vitri, lapidis, inveniatur, nec ne? pse aeger optime locum affectum indicat. Corpusculum extraneum quandoque et per specillum x osse balaenae facto detegitur. **Diagnosis.**

4. Encanthis inflammatoria, sine laesione conpicua partium affectarum, facile tollitur, relicto amen, pro tempore, impedimento in lacrymis bsorbendis. Quod impedimentum, *stillicidii lacrymarum* caussa, perpetuo expectandum, si ca-uncula et vicinae glandulae sebaceae, nec non ellulosa eas involvens, vel indurantur vel in suppurationem transeunt. **Prognosis.**

5. Morbo a corpore extraneo orto, hoc vel otione emolliente tepida, vel injectione simili ine vi instituta, vel denique tenacula aut scalpello, delicate abigendum. Qua facto aqua frigida, additis in graviori malo nonnullis guttis *acetatis plumbi liquidae*, oculo applicanda. *Encanthis* inflammatoria indolis *rheumaticae*, uti **Cura.**

blepha-

blepharitis catarrhalis [85]) pertractari debet. Relicto solo stillicidio lacrymarum, a remediis adstringentibus et exsiccantibus abstinendum, ac auxilium a tempore expectandum. *Encanthis fungosa*, dummodo non indolis carcinomaticae, illinita bis de die *tinctura opii composita Sydenham* aufertur.

§. XC.

De inflammationis organorum lacrymalium reliquiis

Generatim.

1. Reliquiis inflammationis organorum lacrymalium adscribuntur: *sinus capillaris glandulae lacrymalis*, *ejusdem scirrhus*, *sacci lacrymalis fistula*, *hydrops*, *hernia*; porro *stillicidium lacrymarum*, *xerophthalmos* et *encanthis carcinomatica*.

Sinus capillaris glandulae lacrymalis.

2. Abscessum palpebrae superioris et dacryoadenitidem neglectam *sinui capillari ad glandulam lacrymalem perducenti*, aliquando ansam porrigere, monuimus [86]). Obvenit vero sinus capillaris, de quo agitur, ad angulum externum palpebrae superioris, ac vix sine microscopii auxilio detegitur. Ostiolum habet marginibus callosis instructum, lacrymas limpidas fundens. Explorato ostiolo ope specilli Anelii [87]), via ad glandulam lacrymalem, caeterum sanam, patula est. Videtur hic morbus in laesione ductus cujusdam lacrymalis

85) §. LXXX. N. 5.
86) §. LXXXVI. N. 4.
87) Beer op. c. Tab. Instrum. 5.

lis consistere. Malum istud difficillime et delicatioris evadit curae, ac saepe satius est illud naturae committere, quam auxiliis, tum glandulae lacrymali, tum bulbo oculi facile infensis, aggredi. Indicatio enim alia hìc non invenitur, quam causticorum ope inflammationem novam sinus fistulosi excitandi. Ad quem scopum assequendum, specillum ANELII, vel chorda musica, vel candela ex spongia praeparata, ita in sinum repetitis vicibus introducuntur, ut eo dilatato, causticum aliquod, e. c. lapis infernalis, probe acuminatus, locum invenire queat.

Scirrhus glandulae lacrymalis.

3. Quamvis *scirrhus* vix ad exitus dacryoadenitidis pertineat, ac ab induratione glandulae lacrymalis, hac ex inflammatione pro tempore relicta probe distinguendus sit; attamen complementum doctrinae, ut vel de eo quaestio instituatur, exposcit. Hoc morbo per se existente glandula scirrhosa, bulbum oculi, fere immobilem factum, nasum versus, deorsum et extrorsum, premit. Caeterum nec dolor nec rubor occurrunt. Ad angulum temporalem, inter palpebram superiorem tensam et bulbum oculi protrusum, tumor fixus, durus, inaequalis, digito exploranti renitens, et (nisi jam evolutio cancri incipiat) indolens, percipitur. Obveniunt praeterea, bulbus oculi siccus, tarsi sebo Meibomiano exsiccato obducti, cornea plus minus impellucida, et in malo jam diuturno conjunctiva oculi corrugata,

rugata, totusque oculus veluti cadaverosus. Minus evidentia sunt signa scirrhi glandulae lacrymalis, si reliquae oculi partes simul vitio carcinomatico laborent. Tunc et transitus in carcinoma maxime timendus, qui transitus in simplici glandulae lacrymalis scirrho vix unquam locum invenit. Omne conamen scirrhum, de quo agitur, resolvendi, aut extirpandi, vanum est; nemo enim ante operationem ambitum scirrhi determinare scit, ac vix non semper, docente sectione cadaverum [88]), periosteum orbitae, quin immo ossa, eam componentia, a statu sano aberrant.

Fistula sacci lacrymalis.

4. *Fistula lacrymalis genuina* [89]) est *ulcus membranae pituitosae sacci lacrymalis foramine angusto callosoque instructum.* Foramen sacci lacrymalis non semper illi integumentorum erosorum respondet. Immo accidit quandoque, quod pus, ex uno sacci foramine manans, sibi varias sub cute vias paret, ac per totidem foraminula extus in conspectum veniat. Diagnosis vel hoc in casu haud ardua est, nam compresso sacco lacrymali in parte sua superiori, illico pus ex singulis foraminulis cutis pullulat. Fistula lacrymalis, in qua foramen sacci illi cutis respondet, *simplex*, secus, *complicata* dicitur. Neque ignorandum, posse saccum lacrymalem ad parietem posticum exulcerari, ac pus, erosis ossibus subjacentibus, sibi

88) Beer op. c. 2. *Th.* p. 246.

89) §. LXXXVII. N. 1.

sibi viam in cavitatem narium parare, quod *fistulam cariosam* constituit. Compresso sacco fistuloso lacrymali, hinc inde, praeter mucum et pus, purae se produnt lacrymae, quod de instauratione ductionis lacrymarum (mixtionem cum pure respuentium) ad saccum testatur. Fistula lacrymali senescente, secretio muci locum puris sensim sensimque occupat. Mucus iste, utpote nimis densus, quam ut ad cavitatem nasi duci queat, cum praeterea lumen ductus nasalis, ob tumorem membranae pituitosae, qua obducitur, imminutum sit, in sacco lacrymali colligitur. Verum tractu temporis et muci copia decrescit, ac albumini similis, jam cum lacrymis (instaurata functione punctulorum et canalium lacrymalium) miscetur. Coalescit nunc, vel per artis [90]) vel per naturae cona-

90) Curam fistulae lacrymalis, utpote plane ad chirurgiam spectantem, praetereo. Cfr. BEER op. c. 1. *Th.* p. 369. 377. et reliqui de fistula lacrymali scriptores, inter quos excellunt: PETIT *de la fistule lacrymale (Mém. de l'ac. de sc.* 1734. p. 135.) *second mém. sur la fistule lacrymale* (ibid. 1740. p. 155.) *troisième mém.* etc. (ibid. 1743. p. 390.). ANEL *obs. singulieres sur la fistule lacrymale. Turin.* 1713. I. CH. VOGEL de fistula lacrymali eamque sanandi tractatus. Gryphisw. 1756. POTT *Obs. of that disorder of the cornea of the eye commonly called fistula lacrymalis. Lond.* 1758. POUTEAU *Melanges de chirurgie. Lion.* 1760. PALUCCI Methodus curandae fistulae lacrymalis. Vindob. 1762. DE LA FOREST *Nouv. méthode de traiter les maladies du sac lacrymal.* In *mém. de l'acad. de chir. T. II,*

conamina foramen sacci lacrymalis, relicto saepenumero ductu capillari, (nisi communicatio sacci cum naribus instaurata sit) mucum lacrymis mixtum fundente. Deleta communicatione hujusmodi, et sanato ductu illo, aeger, ut contenta in sacco lacrymali pluries de die sursum per puncta lacrymalia exprimat, cogitur. Fistula lacrymalis complicata, praesertim in aegro aliunde valetudinario, difficillime sanatur. Caries injectionem solutionis *gummi resinae*, tum *ferulae asae foetidae*, tum *heraclei gummiferi* exposcit. Quocunque in casu *cicatrix* expectanda. Haud raro et *atonia punctulorum et canalium lacrymalium*, vel eorum *destructio*, per genas stillantibus lacrymis, relinquitur. Sacco lacrymali sic undique clauso, mucus secretus, et haud absorptus praeter modum colligitur, ac *hydropem sacci lacrymalis* constituit.

Hydrops sacci lacrymalis.

5. Praeter vix indicatam autem originem, *hydrops*

p. 175. Louis *Reflexions sur l'opération de la fistule lacrymale.* In *mém. de l'acad. de chir. T. II.* p. 193. Metzger Curationum chirurgicarum, quae ad fistulam lacrymalem hucusque fuerunt adhibitae, historia critica. Monaster. a p. Perenon. 1772. Blizard *A new method of treating the fistula lacrymalis. Lond.* 1780. Schulze Diss. de fistulam lacrymalem sanandi methodis. Argentor. 1780. Wathen *A new and easy method of applying a tube for the cure of the fistula lacrymalis. Lond.* 1781.

drops sacci lacrymalis [91]) et sub ipsa hujus receptaculi inflammatione, ut monuimus [92]), evolvitur. Generatim morbus iste tumore oblongo ad angulum nasi, de die in diem (aliquando ad magnitudinem ovi columbini), crescente, indolente, pressioni digiti renitente, et cute ex livido rubescente obducto, manifestatur. Fluctuatio nunc profunda, nunc nulla percipitur. Saccus lacrymalis nec per puncta lacrymalia sursum, nec per ductum nasalem deorsum evacuari potest. Eo ad extremum usque repleto ac rupturam minitante, aeger sensum molestum tensionis in cavitate nasali, in regione orbitali et in oculo ipso percipit, qui ab attactu augetur. Impedit tandem tumor sacci lacrymalis apertionem fissurae palpebrarum. Materies in sacco contento vel fluida adhuc est, vel jam in gelatinae speciem coagulata. Primum expectare licet, si morbus paucarum hebdomadum non fuerit senior, si tumor magnitudinem fabae haud superet, elasticus sit, fluctuationem etiamsi profundam agnoscat, ac cutis colorem, necdum multum a normali abludentem, exhibeat. Alterum locum dum obtinet, cutis tumorem jam radi-

91) „J. L. Petit *a fait remarquer que l'hydropisie du sac lacrymal est mal nommée, parcéque l'humeur n'est point sortie de ses couloirs. Cette maladie merite plutôt le nom de* r e t e n t i o n d e l a r m e s, *en égard au rapport qu'elle a avec la retention d'urine.*" Demours l. c. p. 141.

92) §. LXXXVII. N. 1.

radicem nasi superantem, lividum varici similem, compressioni digiti nequaquam cedentem ac nullum fluctuationis vestigium edentem prae se fert. Utroque in casu hydrops sacci lacrymalis operatione chirurgica [93]) auferri potest; verum alia quaestio sese exhibet, utrum scilicet absorptio et ductio lacrymarum ad cavitatem nasi restitui possit nec ne? Cui quaestioni solum praevia apertione sacci lacrymalis, ac instituta lege artis [94]) exploratione viarum lacrymalium, respondere licet. Multum spei exstat, si inflammatio praegressa non adeo vehemens fuerat, ut concretio viarum illarum expectari possit. De *hydatide sacci lacrymalis* alibi sermo erit.

Hernia sacci lacrymalis.

6. *Hernia sacci lacrymalis* tumore molli ad angulum nasi, in fovea scilicet ossea saccum lacrymalem continente), cuti concolore, magnitudinis fabae, indolente ac a compressione digiti evanescente, se exhibet. Compressionis hujusmodi ope, ex punctis lacrymalibus, vel si istae simul digito comprimantur, ex ductu nasali, vel ex utraque via simul, liquidum diaphanum, albumini simile, mucus videlicet, lacrymis mixtus, (aliquando in istis sub forma floccorum albidorum innatans), vel et materies puriformis regurgitat. Evacuato ita sacco lacrymali, tumor illius

pro

93) Beer op. c. 2. *Th.* p. 160—183.

94) Beer l. c. p. 162.

pro tempore evanescit, at cutis superimposita in rugas desinit, ac paulo post saccus iterum a muco et lacrymis repletur. Si saccus lacrymalis, quamvis a liquido contento evacuatus, tamen adhuc tumorem elasticum referret, id excrescentiae fungosae membranae illius pituitosae tribuendum foret. Caussa herniae sacci lacrymalis in praevia, rarissime in perstante adhuc illius blennorrhoea quaerenda est, neglecta scilicet diu expressione materiae puriformis, et inde secuta laxitate sacci ipsius, cellulosae eum cooperientis, musculi orbicularis et integumentorum. Ne vero *sacci lacrymalis hernia* cum illius *hydrope* confundatur, cujus erroris ipse A. SCHMIDT particeps factus est [96]) et alii quotidie participes fiunt, diversitates eorum sequens tabula exhibebit.

Sacci lacrymalis.

Hydrops.	*Hernia.*
1. Tumor ad ovi columbini magnitudinem increscere potest.	1. Tumor nunquam fabae magnitudinem excedit.
2. Cutis, tumorem obducens, ex livido rubra est.	2. Cutis, tumorem obducens, coloris normalis est.
3. Tumor compressioni renitens.	3. Tumor a compressione evanescens.

4. Sac-

96) Op. c.

Hydrops.	*Hernia.*
4. Saccus lacrymalis nullo pacto evacuari potest.	4. Saccus lacrymalis evacuationem admittit.
5. Tumor ad extremum perductus dolorem procreat.	5. Malum indolens.

Quo ad prognosin herniae sacci lacrymalis morbum taediosae quidem curationis, sed medelam admittentem sistit. Indicatio in instaurando partium relaxatarum tono consistit. Ad quem scopum consequendum linteola, rebus spirituosis imbuta, super locum affectum gradatim magis magisque secundum regulas artis 97) firmata, adhibenda sunt. Injectio per puncta lacrymalia, utpote haec organa laedens, rejicienda. E contrario juvat angulo interno oculi *alcohol*, *aetherem sulphuricum*, *balsamum vitae Hoffmanni*, *decoctum corticis quercûs* et maxime *aquam sapphirinam* 98), instillare.

Stillicidium lacrymarum. 7. *Stillicidium lacrymarum* duplicis est generis, nunc enim lacrymae copiosius, quam par est, secer-

97) Beer l. c. p. 158.

98) R. Aquae calcis vivae libram unam. Salis ammoniaci drachmam unam. M. Stent per viginti quatuor horas in vase cupreo, a quo aqua, colorem sapphirinum nacta, filtretur et servetur. Alias additur scrupulus unus sulphatis cupri, ad citius hunc colorem solutioni cupri conciliandum. — Dispens. pharmaceuticum univers. Auct. Dan. Wilh. Trillero, p. 73.

secernuntur, et a punctis lacrymalibus quamvis bene constitutis, absorberi tam cito nequeunt; nunc lacrymae ad normam quidem secernuntur, at ob punctulorum lacrymalium labefactationem haud absorbentur. *Stillicidium lacrymarum ex aucta secretione* *) 1° in aëre frigido et humido invalescit, remittit vero in aëre calido et sicco. 2° puncta lacrymalia ad normam constituta sunt et stimulo mechanico parvo licet applicito contrahuntur. 3° lacrymae non solum ex angulo oculi, sed undique ex fissura palpebrarum defluunt, et 4° oculus nihilominus lacrymis innatat. Caussa stillicidii hujuscemodi lacrymarum in sensibilitate morbosa oculi, praesertim conjunctivae locatur 99), quae ab ophthalmiis erysipelaceis, rheumaticis, arthriticis, syphiliticis, et scrophulosis relinqui solet. Quo ultimo in casu et lux fortis lacrymas elicit, socia plerumque contractione spasmodica palpebrarum. Hoc casu excepto, malum sub debito oculorum regimine tractu temporis sponte evanescit. Alias ad solutionem *lapidis divini cum acetate plumbi*, oculis decumbente aegro tepide ter quaterve de die instillandam, nec non ad *frictiones superciliorum* cum

*) Mense Januario 1815. virginem phthisicam observavi, quae noctu tantum lacrymarum profluvium patiebatur, ut pulvinaria plane madida fierent. Deerant omnia inflammationis circa oculos vestigia.

99) Beer l. c. 2. *Th.* p. 43.

cum *spiritu* quodam *aromatico* et *tinctura opii* confugiendum. Aegro perquam sensili et usus internus *extracti hyoscyami* indicatur. *Stillicidium lacrymarum ex labefactatione punctulorum et canalium lacrymalium* cognoscitur, 1° dum puncta lacrymalia hiant, 2° dum stimulo, licet mechanico, excitata sese contrahere recusant, 3° dum lacrymarum per genas depluentium copia mediocris cernitur, et 4° dum nasus lateris affecti siccitate plus minus laborat. Vitium istud ex anchilope erysipelaceo et ex blepharo-aut ophthalmo-blennorrhea originem nanciscitur. Quo ultimo in casu, haud raro, et membrana semilunaris adeo relaxata invenitur, ut puncta lacrymalia inde e propria debita sede remota, ad lacrymas quo decet modo, suscipiendas imparia evadant. Oculorum debito regimine, malum, de quo agitur saepe sponte evanescit; quod si tarde locum haberet, confugiendum ad usum *solutionis* vel *lapidis divini* vel *sulphatis ferri*, vel *boracis* in aqua *menthae piperitae*, superadditis *spiritu vini camphorato* et *tinctura opii*, quae singula caulis pennae adaperti ope, angulo oculi, decumbente aegro, instillantur.

Xerophthalmos.

8. *Xerophthalmus* oculi siccitatem significat. Malum istud plerumque ad reliquias ophthalmiarum traumaticarum et blepharitidis impetiginosae spectat, quo ultimo in casu saepe *entropio* stipatur. Generatim xerophthalmus iste obliterationi et

et destructioni ductuum nonnullorum excretoriorum glandulae lacrymalis originem debere videtur. Datur vero et xerophthalmus, qui ex *scirrho glandulae lacrymalis* originem trahere potest [100]. Distinguitur unus ab altero ex eo, quod in xerophthalmo post ophthalmias superstite, oculus debitam lacrymarum copiam non accipit, caeterum vero non plane siccus est; — quod aeger sub motu oculi solummodo de sensu, ac si arena illi inspersa esset, conqueritur; — quod incommodum istud a temperatura calida augetur; — quod nasus lateris affecti siccus est; — quodque cicatrix sub palpebra superiori versus angulum externum oculi conspicitur. Xerophthalmus iste temporis curriculo sponte evanescit, dum nempe ductus excretorii glandulae lacrymalis sani ita pensim sensimque dilatantur, ut reliquorum obliteratorum et destructorum vicibus fungi possint. Ne pharmacorum intempestivo usu tantum naturae conamen perturbemus! Ars enim nil hic praestare potest, quam interea oculorum siccitati infusionibus emollientibus prospicere. Mucilago seminum cydoniorum, ob principium stipticum, quo instruitur [1], locum hic non invenit.

9. *Encanthis scirrhosa et carcinomatosa* in caruncula lacrymali residet. *Scirrhus* prae se fert tumorem carunculae durum, inaequalem, indo- **Encanthis scirrhosa et carcinomatosa.**

100) N. 3.

1) Schmidt l. c. p. 62. Beer l. c. p. 48.

indolentem, ex pallido rubrum, nec non lacrymationem. Praesente *cancro*, caruncula invenitur dura, ex livido rubra, dolens itidem cum lacrymatione. *Cancro* jam *adaperto*, caruncula ulcere fungoso, cum marginibus induratis, elevatis, sanguinem et saniem foetentem fundente, maximeque dolente, detinetur; quod ulcus rapide internam palpebrarum commissuram depascit, et ectropio palpebrae inferioris ansam dat. Terribile, de quo agitur, malum praesertim effectum blepharitidis scrophulosae, arthriticae, syphilidi junctae, sistit. Scirrhus carunculae lacrymalis citius, quam ille palpebrarum, in cancrum transire solet. Eo jam praesente rarissime operatio cum fructu suscipitur, quae quocunque in casu insanabile lacrymarum stillicidium et conspicuum ectropium palpebrae inferioris relinquere solet. De morbis organorum lacrymalium loqui haud desinamus, quin ad *concretiones calculosas*, illis non minus quam viis urinalibus proprias, attentionem trahamus *).

CAPUT

*) Legatur de hoc argumento (scilicet: *üb. d. steinigen Concretionen d. Thränenflüssigkeit)* WALTHER in *Journ. d. Chir. u. Augenheilkunde.* 1. *B.* 1. *St.* 1820.

Caput XVIII.

De Morbis Bulbi Oculi.

§. XCI.

Vitia conformationis. Divisio.

Vitia conformationis.

1. *Bulbi oculorum* in monstris defecisse sunt visi, testantibus Schenk [2]), Bartholino [3]), Haller [4]), Alixio [5]), Spielenberger [6]), Malacarne [7]), Sprengel [8]), Hoffmann [9]), Fielitz [10]), Botin [11]), Weidele [12]), Klinkosch [13]) etc. Alias unus

2) Obs. med. L. I. de capite humano. obs. 251. p. 296.

3) Hist. anatom. rarior. cent. 1. hist. 55. T. I. p. 94. cent. III. hist. 47. T. II. p. 95.

4) Opera argumenti anatomici minora. T. III. p. 23. opusc. patholog. p. 23. Museum petropolitanum. T. I. p. 298. Act. erudit. Lips. an. 1726.

5) Observat. chirurg. Fasc. IV.

6) Miscell. nat. Cur. Dec. I. an. 3. obs. 108.

7) *Salzb. med. chir. Zeitung.* 1790. 2. *B.* p. 32. *Sistemi del corpo umano. Padov.* 1803.

8) Reil's *Archiv.* 5. *B.* p. 6.

9) *Zweite u. dritte Nachricht v. d. Anstalt f. arme Kranke* in Stark's *Archiv,* 4. *B.* p. 700.

10) Richters *Chirurg. Bibl.* 5. *B.* p. 143.

11) *Mém. de l'acad. des sciences.* 1721. *Hist.* p. 42.

12) Himly *u.* Schmidt's *ophth. Bibl.* 3. *B.* 1. *St.* p. 170.

13) Progr. quo sect. et demonstr. indicit etc. Prag. 1766.

unus tantum aderat oculus (*cyclops*); observantibus Ellero [14]), Borrichio [15]), Ploucqueto [16]), Collombio [17]), L'Eveilles [18]), Borello [19]), Heuermanno [20]), Giliberto [21]) etc. E contrario duo quandoque oculi in una continebantur orbita [22]). Nec desunt exempla hominum *oculis tribus* [23]), *quatuorve* [24]), praeditorum, vel oculorum *aliena* prorsus *loca* occupantium, ut *occiput* [25]), *pectus* [26]), *scapulas* [27]), *axillas* [28]), *genu*

14) *Mém. de l'acad. R. des sc. de Berlin.* 1756. p. 112.

15) Barthol. Act. med. Hafn. 1671. Vol. I. obs. 93. p. 182.

16) Nova acta nat. cur. 1791. T. VIII. obs. 7. Tab. V.

17) *Oeuvres medic. chirurg. Lyon.* 1798. Reil's *Archiv für Physiologie.* 4. B. p. 213.

18) *Phys. medic. Journ.* 1800. *Novemb.* p. 855.

19) Observat. phys. med. Cent. 3. obs. 3.

20) *Vermischte Bemerk. u. Untersuch. der ausüb. Arzneywissenschaft. Kop.* 1765. 1. *B.* p. 315.

21) *Samml. prakt. Beob. u. Krankengeschichten.* p. 56.

22) *Mém. de l'acad. des scienc. de Paris.* 1751. p. 49.

23) Lycosthenes chron. prodig. et ostent. p. 663. Schenk Obs. med. L. I. obs. 250. p. 297. Rowley *Abh. üb d. vorzüglichst. Augenkrankh.* p. 220. Valnisneri *Historie v. d. Erzeugung d. Menschen und Thiere. Lemg.* 1739. p. 697. Tab. 6. Schelhafer Misc. nat. cur. Dec. II. an. 3. obs. 156. p. 303. Heiland hist. infantis monstrosi. Amstel. 1677.

24) Lycosthenes l. c. Schenk l. c. Plancus: vide Haller. L. I. p. 75.

25) Plinius hist. nat. L. IX. C. 52. Bartholinus Hist. anat. rar. cent. III. hist. 7. T. II. p. 21.

genu [29]). Hinc inde oculi extra orbitam pendent [30]), *cornea* deficere videtur [31]), *choroidea* revera deficit [32]), ita *iris* et *uvea* [33]), in oculis utrisque diversi coloris [34]). Praeterea *pupilla* clausa (membranâ pupillari ultra octavum mensem perstante [35])), duplex [36]), *lens crystallina* nulla [37]),

26) Fincelius de miraculis nostri temporis.

27) Schenk L. I. p. 25. 297.

28) Spielenberger Misc. nat. cur. Dec. I. an. 3. obs. 108.

29) Paraeus op. chirurg. p. 619.

30) Bartholinus l. c. Denys in Leske's *auserl. Abh. aus d. philos. Transact.* 1. B. p. 3. Loschge in Isenflamm's *u.* Rosenmüller's *Beitr. f. d. Zergliederungsk.* 1. *B.* p. 315.

31) Klinkosch progr. ad acad. an. 1766. Prag.

32) l. c. p. 7.

33) l. c. Buzzi in Weigel's *Ital. Bibl.* 4. *B.* 1. *St.* p. 57. Dzondi in *Allgem. Literat. Zeitung.* 1818. *Febr. N.* 31.

34) Borell obs. cent. II. obs. 63.

35) Wrisberg de membrana foetus pupillari. §. 8. Littre *mém. de l'acad. des sc.* 1707. p. 659. Wachendorf in Commerc. Liter. Norimb. 1740. hebd. XVIII. *Mém. sur la mémbrane pupillaire et sur la formation du petit cercle arteriel de l'iris p. Mr.* Cloquet. v. *Nouv. Journ. de méd. T. II. Août.* 1818. p. 301. Cfr. Portal *Cours d'anat. méd. Vol.* 5. p. 581. et: *quelques considérations sur la membrane pupillaire* etc. v. *Journ. gén. de méd. T. II. Janv.* 1819.

36) Haller op. anatom. minor. T. III. p. 39.

la [37]), duplex [38]), *nervi optici* contra normam evoluti [39]) observabantur.

Divisio. 2. Ad morbos *bulbi oculi* quod spectat; occupant illi vel *superficiem externam* vel ipsam *visceris cavitatem*, vel *utraque loca simul*. Singulorum germen, paucis concessis exceptionibus, in inflammatione et illius reliquiis quaeri debet. Mirum hinc non est, omnes, qui ophthalmologiam explanarunt, praecipue doctrinae *ophthalmiae* seu *ophthalmitidis* *) incubuisse. Doctrinae istiusmodi specialis historia a Trnka [40]) tradita est. Qui praeter allatos a nobis auctores [41]) serius accessere, passim debitisque locis commemorabuntur. Ad morbos *superficiei externae bulbi oculi* revocari solebant: *taraxis*, *ophthalmia* proprie dicta, et *chemosis*, eorumque *reliquiae*. *Morbis cavitatis oculi ipsius* adnumerabantur: *phlegmone oculi* seu

37) Morgagni Epist. LII. §. 30. Walter's *anat. Museum*. 1. *B*. p. 148. *N*. 295.

38) Jaenisius misc. nat. cur. Dec. I. An. III. obs. 277.

39) Prochaska annot. acad. T. III. p. 175. Klein monstr. quorund. descr. Stuttg. 1793. p. 16. Nicolaus di Janua v. Aglietti Caldani opusc. anatom. Pad. 1803.

*) Quamvis nomen *ophthalmitidis* accuratius designet *inflammationem* oculorum, quam illud *ophthalmiae*, attamen istud, utpote magis receptum, retinere volui.

40) Histor. ophthalm. omnis aevi observata continens. Vindob. 1783.

41) §. LXXVI.

seu *ophthalmia interna*, *hypopyon*, *hydrophthalmus*, *cataracta*, *amaurosis*, *vitiaque visus*. *Taraxis* 42) levissimus dicebatur inflammationis gradus, rubore solum albugineae insignitus, sine tumore aut dolore. Sub nomine *ophthalmiae* inflammatio superficialis oculi intelligebatur, cum dolore, lucis intolerantia et lacrymatione, at sine tumore. *Chemosis* supremus horum malorum gradus salutabatur, cum tumore conspicuo, febre, capitis dolore, vigiliis etc. Alii ophthalmitidem in *acutam* et *chronicam* dividebant. Quoniam autem distinctio morbi in varios gradus, aut secundum illius curriculum divisioni, ex ipsa *indole* aegritudinis petitae, subjici debet; morem potius recentiorum et inprimis Beerii nostri sequimur; quatenus inflammationem oculi in *ophthalmiam traumaticam*, *erysipelaceam*, *rheumaticam*, *inflammatoriam*, *gastricam*, *arthriticam*, *periodicam*, *exanthematicam*, *scrophulosam*, *veneream*, *scorbuticam*, *plicosam*, *complicatam* et *consensualem* dividunt 43). Antequam vero ad morbos bulbi oculi eorumque multiplices reliquias consideran-

42) Oculorum perturbatio dicitur Sauvagesio secundum Galenum (Epidem. Hippocrat. L. VI.).

43) Docente Omodei (in opere infra citando) et *ophthalmia* datur *typhodes*. Posse reliquas ophthalmias indolem typhodem induere, minime dubito, dubito autem vehementer, dari genuinum typhum, *specifice* oculorum inflammatione stipatum.

derandas perveniamus, prius de *inflammation[e]* *orbitae* disserendum.

§. XCII.

Inflammatio orbitae.

Descriptio.

1. Incipit iste morbus cum dolore obtus[o] profundo, in universo orbitae ambitu evolut[o] quem aeger in ipso oculo percipere autumat e[t] de quo obscure tantum rationem reddere sole[t] e. c. asserendo, se ad legendum et mentis intentionem imparem esse, aut hemicrania laborar[e]. Morbo solum *periosteum orbitae* detinente [44]), vi[x] alia praeter allata symptomata in conspectum veniunt. Secus autem, si textum cellulosum orbitae [45]) aggrediatur. Tunc enim crescente dolore motus bulbi oculi arcetur, ac tandem plane tollitur. Videtur aegroto visceris in orbita content[i] volumen orbitae excedere capacitatem. Bulbu[s] oculi, sub augmento dolorum, sensim sensimqu[e] ex orbita protruditur (*Exophthalmos*). Dolet ill[e] ab attactu et videndi facultas perimitur. Examinato oculo, quin fissura palpebrarum rite dirimatur, volumen illius auctum esse arbitramur, quod incipiente morbo falsum est. Oculi enim bulbus tunc solum volumine crescit, dum jam cavitas illius ab inflammatione corripitur, quo facto caecitas absoluta, et immobilitas iridis prodeunt; orta evolu-

44) Demours l. c. Vol. I. p. 91.

45) Idem, ibidem. p. 93.

evolutione morbosa lucis (*Photopsia*). Interea et sclerotica rubere incipit, ac iris proprium colorem amittit [46]), camera oculi anterior minor evadit, pupilla fere clauditur, ac tandem palpebrae tumore rubro prehensae, immobiles, protrusum cooperiunt oculum. Quibus omnibus contingentibus, febris quam maxime urget, atque aeger, prius capitis dolore excruciatus, in delirium circa objecta lucida, flammea versans, conjicitur. Inflammatione ad membranas encephali propagata, aeger mori potest. Alias perducto ad extremum morbo, cessanteque delirio, aeger dolorem obtusum, gravativum socio sensu frigoris in oculo, accusat, et quandoque a universalis horror aegrum aggreditur. Membrana conjunctiva in tumorem mollem rubellum, uno aut plurimis in locis superficiei oculi externae, elevata, totidem puncta alba suppurata exhibet. In genere, probe examinatâ parte affectâ, fluctuatio puris, inter bulbum oculi et orbitam collecti, percipitur. Pure in una tantum hujus spatii parte collecto, bulbus oculi oblique protruditur. Praesente suppuratione in orbita, quandoque *metastaseos* effectu [47]), palpebrae, inprimis illarum inferior, oedematosae fiunt; accedentibus febris hecticae symptomatibus [48]).

Mede-

46) Si iris fuerit coerulea aut grisea, viridescit, — si brunea, rubet.

47) Demours l. c. p. 93. Tab. LVI. fig. 1.

48) P. I. Vol. I.

Medelâ neglectâ, suppuratio membranas cerebr attingit, vel pus in orbita generatum, praevia ca rie, ad encephalum, plerumque prope sellam tur cicam, sibi viam parat, vel oculum, (et felicior in casu haud conservandum), nec non ossa orbi tae destruit. Et *hydrops orbitae* observatus est [49]) *Caussae* inflammationis orbitae obscurae sunt Phlogosis, quae periosteum attingit, infantibu familiaris, saepe repentinae cessationi irritatio nis habitualis a pediculis productae, adscribend est *); alias rheuma, scrophula et syphilis, prae cipue exostoses orbitae, accusandae sunt.

Cura. 2. In primo inflammationis limine salus i methodo antiphlogistica universali et locali virili ter adhibita quaerenda. Fracto morbi acuti im petu, vitium rheumaticum, scrophulosum, syphi liticum, aut aliud, sicuti in ophthalmiis docebi tur, aggrediendum, aut irritatio partis capillata capitis restituenda. Evanida resolutionis spe, sup puratio ope cataplasmatis emollientis promoven da. Quoniam vero continua illorum applicatio partes vicinas excalefacit, cutimque fere macerat noctu *emplastrum diachylon simplex* parti affectae admovendum. Fluctuatio evidens, ut culter secun-

49) *Philos. Transactions. Vol. XLIX. P. I.* p. 18.

*) Demours l. c. p. 92. „*Ce qu'il y a de certain, c'est, que très souvent la disparition subite, même spontanée de ces insectes, donne lieu à des phlegmasies de l'oeil, qui, chez les enfants, se manifestent particulièrement aux parties extérieures de cet organe.*" (Obs. 14).

secundum regulas chirurgiae [50]) admoveatur, invitat. Vulnus ope turundae *laudano liquido Sydenhami* imbutae apertum tenetur. Interea diaeta nutriens, decoctum cinchonae aliaque in suppurationibus commendata minime negligenda sunt [51]). Caries injectiones *solutionis assae foetidae* et *myrrhae* exposcit.

§. XCIII.

Ophthalmia traumatica.

1. Ophthalmitis, quae laesioni oculi a caussa externa, sive mechanice [52]), sive chemice [53]), sive modo mixto [54]), agente, originem debet, nomine generali *traumaticae*, salutatur. Definitio.

2. Pro varia indole et vi caussae oculis infensae et pro varia constitutione hominis illi expositi, varia oriuntur *ophthalmitidis traumaticae* symptomata. Enim vero morbus formam nunc *taraxeos*, nunc *ophthalmiae* proprie dictae, nunc *chemoseos*, nunc *phlegmones oculi*, nunc amborum simul induit. En hujus mali complicati imaginem! Laeso vehementer oculo, dolor saevus, tensivus non solum ad partem affectam, sed ad fundum orbitae usque percipitur. Illico rubor Symptomata.

album

50) Beer op. c. 1. *B.* p. 348.

51) P. I. Vol. I. appendix.

52) E. c. per puncturam acus.

53) Per calcem vivam.

54) Per festucam ferri candentis.

album oculi perfundit. Sclerotica primum rete vasorum sanguiferorum exhibet, quod vero accedente conjunctivae tumore et rubore illico absconditur. Haec ipsa membrana circa corneam, veluti vallum, duram, attactum respuentem elevatur. Cornea sub tumore isto ita sepulta jacet, ut solum centrum illius in conspectum veniat. Pupilla admodum angusta, iris immobilis et colore sive viridi, sive rubro comparet. Deleto visu, lux morbosa evolvitur, ac imagines lucidae coram oculis versantur. Quivis oculi motus cruciatus exacerbat, donec bulbus movendi facultate orbatus, tumens, totamque adimplens orbitam, veluti moles carnis crudae inter palpebrarum fissuram apparet. Nunc et palpebrae (nisi jam ab initio a caussa bulbo oculi infensa simul laesae fuerint) inflammatione corripiuntur, quarum inferior extus propellitur. Secretione lacrymarum et sebi deleta, partes affectae arescunt. Quorum malorum sub curriculo, febris vehementissima, quandoque cum delirio, et vomitu citius ocyus evolvitur. Jam vero perducto ad extremum morbo, inprimis neglecto, frigus ingruit. Tumor conjunctivae, obscure rubentis et madidae, augetur, molliorque fit. Corneae pars, quae in sensus cadit, albescit, flavet [55]). Palpebra superior rubore livido notatur. Dolor evadit pulsans, ac circa oculum sensus frigoris, in ipsa autem orbita

55) Beer op. c. 1. *Th.* Tab. I. fig. 2.

orbita pondus intolerabile percipiuntur. Rebus huc perductis, sub fragore, ab adstantibus interdum perceptibili, rumpitur oculus (*Rhexis, Rhegma oculi*) atque pus, cruore et reliquiis lentis ac corporis vitrei mixtum, ad passus quandoque distantiam, ejaculatur. Dolor nunc in sensum ingratum ardoris commutatur, ac continuante suppuratione, quod de bulbo remanebat, consumitur, orbitâ vacuâ redditâ. Quodsi inflammatio, de qua agitur, ad summum perducta, male curetur, suppurationis loco *gangraena*, non sine vitae discrimine, expectanda.

3. *Caussis* ophthalmiae traumaticae adnumeramus: 1° *corpora peregrina*, vel *oculis illapsa*, ut cilia (praeter *trichiasin* et *distichiasin*), crines, arena, pulvis scriptorius, appludae seminum milii [56]), nicotiana, piper, festucae sacchari, glaciei, insecta aut eorum alae, crustae impetiginosae, — vel *oculis consulto immissa*, ut lapides cancrorum, margaritae, scopo lacrymas eliciendi, ac corpus extraneum abluendi. 2° *res oculos ferientes*, ut vulnera accidentalia per cuspides cultri, ensis, subulae, acus, festucas vitreas, metallicas [57]), calami scriptorii, unguium, naucorum, Caussae.

56) In aviariis per afflatum expurgandis. Demours Op. c. T. I. p. 218.

57) E. c. *ferri* super corneam et ad faciem internam palpebrae superioris, v. Demours op. c. Tab. XXI. fig. 3. *antimonii* op. c. T. I. p. 221.

rum, aut ope instrumentorum ophthalmicorum excitata. 3° *res oculos erodentes* e. c. vapores (hydrosulphuretum ammoniae) e latrinis ascendentes [58]. 4° *contusiones* a baculis, tubulis fictilibus, verutis gladiatoriis, globis sphaeristerii, ictus pugnorum, digitorum, inprimis annulis munitorum, flagelli, caudae equinae, 5° *Ambustiones* culpa flammae ipsius, pulveris pyrii, aquae, olei, axungiae, cerae sigillatoriae sub actu ebullitionis, lixivii caustici, calcis vivae, caementi, lapidis infernalis, acidorum mineralium concentratorum, festucarum metallorum candentium. 5° *erosiones* a sinape, oleis essentialibus, fumo [59], morpionibus, cantharidibus, porro ictus apum aliorumque animalium.

Diagnosis. 4. Commendari satis non potest, ut quacunque in ophthalmia, praecipue si ea in uno duntaxat oculo obveniat, inquiratur, num forte corpus extraneum sub palpebris lateat, aut violentia externa, bulbo infensa, praegressa sit; de quo argumento memorabilia WEISSENBORN scripsit [60].

Examen

58) DUPUYTREN v. *Dict. des sc. méd. T. XVII.* p. 521. Art. de Mr. NYSTEN. Ophthalmiae species hac ex caussa orta Gallice *la mite* dicitur.

59) Vulgus in Lithuania, candelarum loco, saepe lignis ardentibus utitur (*łuczyna*) quorum fumus ophthalmiis gravibus ansam porrigit.

60) *Ueb. e. oft unbemerkte äusserl. Ursache, sowohl d. Augenentzündungen, als d. Hornhautgeschwüre u. der daher entstand. Blindheit. Erf.* 1789.

Examen istud oculorum, secundum regulas artis, ad lectos aegrorum tradendas, et cum minimo irritamento absolvendum est. Quam ardua talis exploratio apud infantes et homines blepharospasmo laborantes evadat, experti dicant. Interea non omnis mox irritatio *transitoria* oculi, a corpore extraneo producta, ob id, quod rubore et lacrymatione insignitur, pro ophthalmitide traumatica declaranda est. Ab opthalmitide quoque *ecchymosis oculorum* distinguenda, quatenus, a contusionibus, a nisu in ponderibus elevandis, alvo deponenda, sub partu difficili, tussi, vomitu, ejulatu etc., contingit. Corpora extranea minoris momenti oculis illapsa plerumque in fossa lacrymali, retro marginem palpebrarum, aut quo loco conjunctiva palpebrarum in eam bulbi desinit, sita inveniuntur. Cuspides utplurimum inter conjunctivam et scleroticam, aut corneam, vel inter hujus lamellas infixae haerent. Appludae seminum milii saepe conjunctivae infiguntur, ac abscessus, cujus maturatio incassum expectatur, formam exhibent [61]). Contusiones et inprimis illae, quae ab ictu caudae equinae aut flagelli oriuntur, haud raro iridem vel totam vel ex parte a processibus ciliaribus avellunt, ac amaurosin inducunt [62]). Effusio sanguinis in cameras oculi, explo-

61) Demours l. c. v. Tab. XXI. fig. 3.

62) Tale exemplum Viennae die 3. Jul. 1817. in Judaeo

explorationem exactam partium affectarum saepe impossibilem reddit.

Prognosis. 5. *Ab ophthalmia traumatica* relinqui queunt: *paralysis musculorum bulbi* oculi (*ophthalmoplegia*), *luscitas*, *corrugatio*, *exulceratio corneae*, *cataractae*, praecipue illae, quae *capsulo-lenticularis*, *arborescens*, *tremula*, *arida*, *siliquata*, *membranacea*, *natilis*, *cretacea*, dicuntur; porro *jactura humoris vitrei*, *glaucoma et amaurosis*. *Prognosis* ophthalmiae traumaticae ipsius generatim desumitur: a nobilitate majori minorive partium laesarum, a vi et diuturnitate morbi, ab indole caussae illum inducentis, nec non a praevio aegri statu. Compertum enim est valetudinarium praecipue scrophulosum, arthriticum, venereum plicosum et senem, a minoribus licet caussis oculum laedentibus gravius affligi, quam homo sanus et juvenis a maximis violentiis illis illatis. Dummodo enim hoc in casu *nexus* partium oculum componentium servetur, et nervorum, praecipue superorbitalium [63]) et opticorum vis non admo

vidi. Vir iste, jussui militis Politiae rebellis, ab ill ictum baculi super oculum dextrum accepit. Mo iridis pars superior a processibus ciliaribus avellebatur Perducto aegro ad clinicum ophthalmicum membranul illa instar veli in oculo pendebat, relicto superius fo ramine veluti pupilla artificialis. Aderat simul amaurosis.

63) Platner de vulneribus superciliis illatis, cur coeci

admodum frangatur, (quod vix post contusiones sperandum), natura, nisi semper ad visum conservandum, saltem ad deformitatem evitandam, miracula operatur.

6. Sequitur inde in *ophthalmitide traumatica* curanda multum naturae tribuendum esse. Hoc autem non impedit, quominus et sequentes *indicationes* locum obtineant: 1° caussam morbi, quousque fieri potest, removendi; 2° effectus illius temperandi; 3° partiumque affectarum, utpote post morbum labefactatarum, vim restituendi. *Primae indicationi* prudenter, ne scilicet oculus, aut plus quam par est, aut incassum irritetur, satisfaciendum. Si contractio spasmodica palpebrarum necessariae oculi apertioni obstaret, scias, quiete et obscuritate plus, quam vi et luce ad eas a se invicem abducendas effici. Quodsi tamen blepharospasmus peculiariter rebellis foret, *cataplasma* ex mica panis albidi, lacte et croco, addito, si requiratur, et *laudano liquido Sydenhami* aut *herba hyoscyami nigri* palpebris admovendum, cavendumque, ne frigescat. In aegris valde sensilibus *narcotica* et intus adhibenda. Soluto blepharospasmo, digitis medici palpebra superiore sursum tracta, ac illius jussu bulbo deorsum conspiciente, aut palpebra inferiore detracta, et bulbo sursum voluto, *cilium* illapsum, ope made- Caussae.

Xx 2 factae

tatem inferant, ad locum Hippocratis programma. Vide opusc. T. II. p. 166. Lips. 1749.

factae spongiae, strophioli vel penicilli detergitur, — *capillus*, *aculeus insecti*, ope tenaculae ophthalmicae [64]) lente extrahuntur; — *lapides cancrorum* et *margaritae*, palpebram superiorem digito ab angulo externo ad internum versus leniter perfricando ad carunculam lacrymalem perducuntur, quo facto vel sponte cadunt, vel facile abigi queunt, quod, si ob angustiam fissurae palpebrarum et bulbum valde prominentem haud liceret, elevata palpebra superiore ope pollicis et digiti indicis, eaque a bulbo deorsum conspiciente, retracta, cochlear parvulum Davielis [65]) in spatium inde emergens, alte versus angulum externum orbitae, introducendum, atque facto cum hoc instrumento arcu, versus angulum nasalem, corpus extraneum, probe firmatum, expellendum foret. *Arena*, *nicotiana*, *piper*, *crustae impetiginosae*, *insecta mollia*, *cantharides*, vel lavatione oculi, vel instillatione lactis, facillime vero injectione illius, ope syringae subtilis sub palpebra, ad angulum externum orbitae applicitae, eliminantur. Relicto forte illarum rerum frustulo uno alterove, id per penicillum, prius butyro recenti immissum, detergi debet. *Saccharum aut glacies* oculis illapsa a lacrymis sponte solvi solent. Si corpora duriora, ut *cuspides calami scriptorii*, *insecta alis duris instructa* etc. sub palpebris lateant,

64) Beer op. c. 1. *Th. Instrumententafel* 1. *Bild.*

65) l. c. 2. *Th. Instrumententafel.*

teant, a frictione earum abstinendum, ne corpora illa oculos magis adhuc laedant. Plerumque in fovea, quam sibi in cornea sive in sclerotica pararunt, jacent, ex qua *specilli complanati* [66]) ope sublevantur. *Lapides et festucae metallicae* jam profundius in ipsas oculi membranas insinuantur, unde prius tenaculo firmandae, et forfice cum cellulosa annexa exscindi debent. Dum inter conjunctivam et scleroticam reconditae sunt, prima harum membrana lanceolae ope usque ad corpus extraneum incidenda, hocque denudatum, ut docuimus, firmandum et exscindendum. Corpore extraneo duro inter lamellas haerente, *scalpellum*, quod ad destructionem capsulae sub cataractae operatione inservit [67]), adhibendum est. Corpusculum mollius acu simplici, operationi cataractae dicata, abigitur. Caveas vero hic a perforatione corneae, cujus membranae inter lamellas cum instrumento oblique ad latera et sub corpusculo extraneo, cautissime perveniendum est. *Festucis vitreis* membranis oculi infixis, utpote quae visum fugiant, specillo flexili ex osse balaenae, sedes earum probe exploranda, deinde unum post alterum, ut docuimus, tenaculo firmandum et forfice exscindendum. Si *festucae metallicae* membranis oculis inhaereant, superficies illarum mox rubigine obducitur, unde remotis [solis partibus metal-

66) Beer op. c. *Erste Instrumententafel. 2. Bild.*
67) Idem, ibidem. 2. *Th. Instrumententafel.*

metallicis non quiescendum, donec et relicta in vulnusculo rubigo removeatur, quae alias certissime illius sanationi obstaret. *Calce viva* oculo inhaerente, a lavatione abstinendum et ad penicillum butyro intinctum confugi debet. *Morpiones* unguento mercuriali, penicillo suscepto, attinguntur, deterguntur que. De cura *vulnerum oculorum*, quatenus de argumento plane chirurgico, non agimus, pervenimusque ad *indicationem secundam.* Consistit ea in *inflammationis vi infringenda*, et si hoc amplius obtineri nequeat, in *suppuratione* dirigenda. Quamobrem nisi irritatio oculi, extracto corpore extraneo, paulo post sponte cesset, et eo magis, si frustrato extractionis conamine inflammationis periculum crescat, aut ipsa inflammatio, jam omnibus numeris absoluta, saeviat, ad *methodum antiphlogisticam* deveniendum. In aegroto juveni, plethorico et quocunque in alio, praesente febre, inprimis si inflammatio in oculi cavitatem penetraverit, abundans *venae sectio* e pede lateris affecti instituenda. Peracta venae sectione, vel in minori malo, directe ad *hirudines* confugiendum, modo jam indicato [68]) applicandas. Quo recentior morbus quoque minus dolens [69]), eo securius oculo *aqua frigida*

68) §. LXXIX. N. 5.

69) „*Calida* oculis convenit, doloribus, suppurationibus, lacrymis mordacibus", siccis omnibus. *Frigida* doloris

frigida pura linteorum subtiliorum ope admovetur. Quin immo leviori in malo praecipuum ea hîc constituit auxilium. Licet illi guttas nonnullas *acetatis plumbi liquidi* superaddere. Praeterea lux avertenda, cui scopo, praeter fenestrarum velamenta, pro re nata inserviunt *umbraculum viridis coloris*, frontem aegri cingens, vel *frustula linteorum*, itidem fronti alligata ac super ambos oculos, licet unus tantum affectus sit, pendula. Fascia aliaque velamenta, super oculos gravescentia, cane et angue magis fugienda. Diaeta requiritur eo tenuior, quo fortior, quoque profundior inflammatio. Pro *potu* aqua, inprimis succis vegetabilibus subacidis mixta, eligenda. Praeterea *quies* corporis et animi requiruntur. Nec *lenibus alvum evacuantibus*, *clysteribus*, et maxime *nitrati potassae* parcendum. Quibus singulis in auxiliis administrandis eousque continuamus, donec vel morbus plane *sanatus* sit, vel in *suppurationem* transiverit, vel chronicus factus sit. Quoad *suppurationem*, cave, ne eam ex sola *apparitione lymphae coagulabilis* revera inceptam credas, de quo argumento in paragrapho de *hypopyo* fusius quaestio erit. Confirmata autem *suppuratione*, nisi partes abscessui vicinae adhuc passione inflammatoria detineantur, *diaeta* minus severa concedenda, *obscuritas* imminuenda, fomen-

exortibus, valde rubicundis." HIPPOCRATES de humidorum usu.

mentationes frigidae cum *calore sicco* commutandae, qui calor ope linteorum primum simplicium, dein *camphora rasa* adspersorum, tandem ope sacculorum *herbis aromaticis* repletorum, fronti appensorum, admoveri solet. Interea fatemur, maximam aegrorum partem a fomentis istis siccis nimis irritari, ac nihil hic *cataplasmati, ex pulpa pomorum confecto* et tepide palpebris admoto, palmam eripere. Bulbo oculi abscessulis affecto, decoctum *herbae malvae rotundifoliae* cum *opio* tepide instillandum. Cura *abscessulorum ruptorum* infra [70]) tradetur. Quodsi quadam oculi in parte *abscessus formalis* oriatur, isque jam maturus adeo profunde lateat, ut ruptura spontanea, sine detrimento expectari nequeat, ad lanceolam recurrendum [71]). Quousque suppuratio viget, a remediis causticis caveas. E contrario languentes aegri vires *diaeta* congrua, et pharmacis tonicis, praesertim *cortice cinchonae* sustinendae sunt. Aegro quadam labe imbuto, ad methodum specificam illi accommodatam recurrendum.

§. XCIV.

Ophthalmia erysipelacea et rheumatica.

Symptomata opththalmiae erysipelaceae.

1. *Ophthalmia erysipelacea* orditur a sensu tensionis oculi, cum colore ex roseo pallido conjuncti-

70) §. C. N. 6.

71) Beer op. c. 1. *Th.* p. 253.

unctivae, quae membrana tumores vesiculares lavescentes, rubros, praesertim circa corneam xhibet. Sub motu palpebrarum (non sine dolore ocum habente) tumor variam induit formam ac nter palpebras protruditur. Adapertis oculis, lucem vix ferentibus, aeger flere videtur; enim ero lacrymarum secretio plerumque aucta est. Crescit dein rubor conjunctivae, maculis profunde rubris (*ecchymomatibus*) notatae [72]). Cujus membranae inter tumores mucus albus reperitur, corneam obducens, obfuscans, facile detergendus. Saepe palpebrae plus minus in consensum trahuntur. Tandem conjunctivae rubor, perstantibus sat diu ecchymomatibus, flavescere, tumorque illius decrescere incipit. Nihilominus nexus debitus conjunctivae cum sclerotica, tarde tantum restitui solet, unde in senibus haud raro via ad *pterygium* [73]) sternitur.

Symptomata ophthalmiae rheumaticae.

2. *Ophthalmia rheumatica* [74]) dolore pungente, distendente oculi partiumque vicinarum, ab aëre calido invalescente, cum lucis intolerantia et lacrymatione incipit. Conjunctiva rete vasorum sanguiferorum veluti arte injectorum refert, sub quo sclerotica roseo notata colore translucet. Decre-

72) Beer op. c. 1. *Th.* Tab, I. fig. 3. Demours op, c. Tab. XXII. fig. 1.

73) §. CV. N. 7.

74) Ophthalmia serosa, humida *auctor.* Cfr. Wardrop In *medico-chir. transact. Vol. X. P. I.* 1819.

Decrescente lucis intolerantia, lacrymatio et do-lor, jam ad cranium extensus, augentur. Cor-nea, aut potius lamina conjunctivae eam coope-riens, obfuscatur, ac superficies oculi, praeser-tim in locis, ubi vasa sanguinea maxime turgent *phlyctaenas* exhibet. Phlyctaenae hujusmodi adhuc clausae, si a latere conspiciantur, conicam prae se ferunt figuram. Disruptae phlyctaenae, comite dolore ardente, pungente, sat conspicuo in *ulcus-cula* potius serpentia quam penetrantia, nunc ichorosa nuncque purulenta mutantur. Ulcuscula ista, alias rebellia, sub debita medela, cum reli-quis inflammationis symptomatibus, nulla relicta cicatrice, evanescunt. Attamen cornea, quo loco ulcusculis notata erat, saepe sat diu *foveas pris-maticas*, retinet, tamen tractu temporis, nisi aeger admodum annosus fuerit, evanituras.

Caussae. 3. *Caussae ophthalmitidis erysipelaceae et rheumaticae saepe epidemicae* 75), ab iis blephari-tidis erysipelaceae et catarrhalis 76) haud diffe-runt. Nemo illas Hippocrate 77) accuratius in-dicavit.

4. Nec

75) Demours op. c. T. I. p. 212. pulchre epidemiarum hujus generis rationem reddit.

76) §. LXXIX. N. 2. §. LXXX. N. 2.

77) „Si vero hyems australis, et pluviosa ac clemens fiat: ver autem siccum et aquilonare . . . . et lippitu-dines siccae fiunt. Aphor. Sect. III. Aph. 12.“ — Si vero aquilonaris et aquarum exsors autumnus fuerit . . . . fient lippitudines siccae.“ Aph. 14.

4. Nec aliter *ophthalmia erysipelacea a rheu-* Diagnosis.
atica, quam *sede* discrepat. Enim vero *ophthal-*
ia erysipelacea, maxime *conjunctivam*; *rheuma-*
atica, magis *corneam* et *scleroticam*, detinet.
'erbo eadem circiter ratio inter eas exstat, uti
nter *erysipelas* et *rheumatismum acutum*.

5. *Ophthalmia erysipelacea* in hominibus cae- Prognosis.
erum sanis, aëris intemperiem fugientibus, sine
mni discrimine decurrit, ac plerumque sponte
vanescit. E contrario aegro valetudinario, val-
eque irritabili, aut in atmosphaera inquinata, hu-
nida frigida habitante, morbus, in ophthalmiti-
em illam summe inflammatoriam et periculosam
ransire potest, quam sub nominibus *ophthalmo-*
lennorrhoeae et *chemoseos* descripturi sumus.
)uin immo et *cavitas oculi* quandoque periclita-
ur. Haec singula et de *ophthalmia rheumatica*
alent, potissimum si ea in arthriticis, aut syphi-
iticis evolvatur. In genere ophthalmia rheuma-
ica ob *maculas corneae* et ob *ulcuscula*, quibus
raesertim in scrophulosis ansam porrigit, timen-
la est. Relictis enim vel *macula corneae* vel
icatrice vel *fovea prismatica*, haec si pupillae
espondeant, *visus* sive *interceptio* sive *duplici-*
tas expectari debent.

6. *Cura ophthalmiae erysipelaceae* et *rheu-* Cura.
maticae illi blepharitidis erysipelaceae et catar-
rhalis [78]) omni sub respectu similis est. Prove-
ctiori

78) §. LXXIX. N. 5. §. LXXX. N. 5.

ctiori in morbo, si dolor valde urgeat, *opiu* a granis sex ad duodecim in saliva aegri sol tum, regioni supraorbitali illiniendum. Exha sto jam regimine antiphlogistico, ad *calorem s cum* recurre. Ne vero ab eo quid expectes, jam ulcuscula externam oculi superficiem defo dent, tunc enim *solutio lapidis divini* tepide i stillanda, et alternatim ad *sacculos*, cum *herl aromaticis*, addita serius et *camphora*, recurre dum. Phlyctaenis adhuc clausis *decoctum malv* cum *opio* opponitur.

§. XCV.

Ophthalmia inflammatoria.

Notio. 1. Ex blepharitide catarrhali [79]), et ex ophth mia erysipelacea nec non rheumatica [80]), du negliguntur aut male curantur, vel etiam imm diate inflammatio externae superficiei oculi ad saeva oriri potest, ut visus brevissimo tempo spatio summopere periclitetur. Inflammatio istiu modi, prout vel *lymphae coagulabilis copio secretione*, vel *tumore phlegmonoso sicco* membr narum externarum oculi, stipetur, aut *ophtha mo-blennorrhoeae* aut *chemoseos* obtinet nomin Cum vero diathesis inflammatoria non solum s perficiei externae oculi, sed et *cavitati* illius i fensa sit; praeter ophthalmo-blennorrhoeam ac ch mosi

79) §. LXXX.
80) §. XCIV.

psin et *phlegmone oculi* seu *ophthalmitis inter*-considerandae sunt. De singulis speciatim.

2. *Ophthalmo-blennorrhoea* terribilis ille est orbus, qui tot strages in Aegypto *) in *exerci*-bus [81]) ac in *orphanotrophiis* edit, et de quo ripsere GOETZ [82]), STRATINGH [83]), DREYSSIG [84]), ARREY [85]), ASSALINI [86]), BRUANT [87]), LUDOVI-US FRANK [88]), HELLING [89]), GIBSON [90]), VECHT [91]), LAVE- Ophthalmo-blennorrhoea.

*) PROSPER ALPINUS de medicina Aegyptiorum. Lugd. Bat. 1718. C. VII. Lib. p. 22. aliique mox citandi.

81) *Aegypti, Malthae, Siciliae, Angliae*, ipsius denique *Germaniae*. Cfr. RUST in HUFELAND's *Journ. d. pr. Heilkunde*. 1820. 1. *St.* p. 107.

82) De ophthalmia infantum recens natorum. Jen. 1791.

83) Diss. de ophthalmia recens natorum. Erford. 1793.

84) Diss. de ophthalmia neonatorum. Groening. 1798.

85) *Relation sur l'expédition d'Egypte sect. I.* v. *Samml. auserl. Abh. f. pr. Aerzte.* 21. *B.* 4. *St.* p. 473. 22. *B.* 1. *St.* p. 42.

86) *Observat. sur la maladie appellée peste et l'ophthalmie d'Egypte. Paris.* 1801.

87) DESGENETTES *histoire médicale de l'armée d'orient. Paris.* 1802. *Part.* 2.

88) *Opuscules de médecine pratique. N.* 8. — De peste, dysenteria, et ophthalmia Aegyptiaca. Vindob. 1820.

89) *Beobachtungen üb. d. im letztern Feldzuge* 1813—1814. *epidemisch gewordene Augenkrankheit. Berlin* 1815.

90) *On the common cause of the puriform ophthalmia of newborn childern.* v. *Edinb. med. chir. Journ.* 1807. *Vol. III.* p. 159.

91) *An account of the ophthalmia, which has appeared*

Laverini [92]), Ware [93]), Thomas [94]), Farrel [9…
Lang [96]), Reil [97]), Schaeffer [98]), M' Gregor [9…
Edmonstone [100]), Balz [1]), Weinhold [2]), Le…
mann [3]), Omodei [4]), Mongiardini *), Cimba **…
Vas…

in England since the return of the british Army fr… Egypt. Lond. 1807. *A. d. E. übers. v.* Michaeli… *Berlin* 1817.

92) *Relation d'une ophthalmie inflammatoire épidémiq… et contagieuse, qui a regnée à Vicence pendant … cours de* 1808.

93) *Remarks on the purulent ophthalmia. Lond.* 1809.

94) *Observations on the Egyptian ophthalmia and ophtha… mia purulenta. Lond.* 1809.

95) *Observations on the ophthalmia and its conseque… ces. London.* 1811.

96) Diss. de Blepharophthalmia recens natorum. Vilna 1812.

97) Memorabilia clinica. Vol. I. fasc. I. p. 106.

98) *Von der Eyterung d. Augenliederdrüsen.* v. *Samm… auserl. Abhandl. f. pr. Aerzte.* 14. *B.* p. 75.

99) *Transactions of a Society for the improvement … medical and chirurgical knowledge. Vol.* 3.

100) *Treatise on the varieties and consequences … ophthalmia.*

1) *Die Augenentzündung unter den Truppen in d. Kriegs… jahren* 1813—1815. *oder Ophthalmia catarrhalis bel… lica. Berlin* 1816.

2) *Ueber eine der Aegyptischen Ophthalmie ähnliche epi… demische Augenkrankheit. Dresd.* 1815.

3) *Behandlung der Augenentzündung in den Feldzüge…* 1815. *Leipz.* 1816.

4) *Cenni sull' ottalmia d'Egitto e sulla propagazion… in Italia, Milano* 1816.

ASANI ***), KLUYSKEN †), RUST ††), GÜN-HER †††), VALENTIN ††††). Ophthalmo-blennor-hoeâ ex blepharitide catarrhali originem ducente *Blepharo-ophthalmo-blennorrhoea*), ad acmen erducta blepharitide, inflammatio a conjunctiva alpebrarum conjunctivae oculi, indeque corneae et cleroticae communicatur. Ophthalmo-blennorrhoeâ ero ex *ophthalmia erysipelacea* et *rheumatica* bortâ, nil amplius quam expansio ad corneam, ac iajor in conjunctiva oculi et scleroticae inflamma-onis gradus, requiruntur. Qui maximus membra-arum singularum superficiem externam oculi com-onentium inflammationis gradus et immediate asci potest. Quocunque in casu, ophthalmo-lennorrhoea cum tumore oculi, mox unius, dein t alterius, ex molli subelastico, levigato, facile-que

*) *Memorie della Soc. d'Emulazione di Genova. Vol.* 1. 2. 1802.

**) *Discorsi ed osservaz. pratiche. P. I. Genova* 1816.

***) *Storia dell' ottalmia contagiosa dello spedale militare d'Ancona. Verona.* 1816.

†) *Diss. sur l'ophthalmie contagieuse, qui regne dans quelques bataillons de l'armée des Pays-bas. à Gand.* 1819.

††) *Die Aegyptische Augenentzündung unter d. K. Preuss. Besatzung in Mainz. Berlin,* 1820.

†††) HIMLY *Bibl. f. Ophthalmologie.* 1. *B.* 1. *St.* p. 39. 2. *St.* p. 207.

††††) *Notice sur l'ophthalmie épidémique dans la garnison pruss. à Mayence.* In *Journ. de méd. franç. et étrangère.* 1820. *Janvier.* p. 132.

que sanguinem fundente, incipit. Paulo pos
tumor ille sarcomatosam induit indolem. Int
rea mucus primum albicans, tenuis; lympha dei
coagulabilis, quandoque striis cruentis notata, v
etiam ichor, loturae carnis similis, sub conat
palpebras aperiendi, cum vi prosilit genasqu
haud raro inundat. Nisi morbus in palpebris ja
originem habuerit, propagatur nunc et ad co
junctivam eas obducentem. Qua de caussa pa
pebrae pars interna substantiam villosam et fu
gosam exhibere solet, intestini recti tunicae vi
losae fere similem. Aliquando sub clamoribu
infantum, vel sub incauto conatu oculos aperiend
palpebrae ad exteriora invertuntur (*ectropium*
atque nisi illico reponantur, hac in positio
manent constrictae. Et palpebrarum superfici
exterior, rubore profundo, sub ejulatu infanti
livido perfunditur. Saepe genae, saccus lacrym
lis et nasus intumescunt. Ex oculo haud ra
haemorrhagia, plerumque cum levamine conting
Attamen morbo sive neglecto, sive male curat
conjunctiva spatio duorum triumve dierum ade
circa corneam tumet, ut cornea foveam, nunc
lympha coagulabili repletam, nunc a pseudomem
brana obductam, referat. Rebus huc perduct
secretio lymphae coagulabilis sensim sensimqu
evanescit ac muco locum concedit. Decrescit
partium tumor, relicta epiphora. Fugata inflam
matione, *reliquiae* magis in conspectum veniun
feli

felici scilicet in casu, *recessio conjunctivae corneae a lamellis hanc membranam constituentibus cum illarum lamellarum obfuscatione*, — alias *suppuratio corneae ipsius*, sub forma vorticis sese ex fovea a conjunctiva, ut diximus circumscripta, elevantis. *Rumpitur* tandem *cornea*, vel lente, vel derepente cum dolore, relicto foramine ovali, in cujus fundo lens crystallina, capsulâ illaesâ inclusa, conspicitur. Redit tunc in nonnullis pro tempore visus, unde adulti sibi magnopere gratulantur. Breve gaudium! enim vero suppuratio corneam mox in toto ambitu erodit, ac iris per erosa foraminula prolabitur (*staphyloma racemosum* [5])). Quo facto suppuratio et lentis capsulam attingit, qua disrupta lens, saepe cum parte corporis vitrei, per foramen corneae, adjuvantibus musculis oculomotoriis eliminatur. Silente suppuratione cornea quandoque cicatrice, brunea vel coerulea clauditur; alias liquatio totius oculi expectanda. In adultis febris plerumque totam inflammatoriam morbi periodum comitatur; in infantibus primis morbi diebus vix febris occurrunt vestigia; at parvulus ejulat, vigiliis et diarrhoea excruciatur, ac tandem saepe in tabem conjicitur.

3. *Chemosis* orditur cum siccitate oculi et sensu, acsi oculus undique comprimeretur. Sclerotica Chemosis.

5) Beer op. c. 1. *Th.* Tab. I. fig. 1.

rotica rubore perfusa sub conjunctiva, rete vaso-rum sanguiferorum exhibente, translucet. Cornea pelluciditatem amittit. Motus oculi, nisi interceptus, saltem dolorificus. Generatim dolor con-tinuo crescens mox acmen attingit et ad encepha-lum extenditur. Eadem ratione, qua dolor in-valescit, et tumor siccus, tum conjunctivae, tum subjacentis scleroticae augetur, facta iterum foveâ corneam, ab inflammatione jam non immunem occludente. Nec iris, nec pupilla amplius con-spici possunt, atque aegroto vix lucis perceptio relinquitur. Sub febre ardente, dolor oculi pul-sans evadit, atque palpebrae, etiam ab inflam-matione correptae, oculum amplius cooperire ne-queunt [6]). Conjunctiva oculi, quo loco velut vallum circa corneam constituit, profundius ru-bere ac tumorem molliorem exhibere incipit. Cornea plus minus verticem suppuratum prae se fert. Nec desiderantur in ipsa conjunctiva abscessuli. Febris suppuratoria omnibus numeris absoluta caput simul attollit. Quibus singulis efficitur, ut bulbus oculi structuram suam amittat, ac massam deformem inaequalem exhibeat (*Phthisis*, seu *consumptio purulenta oculi*). Quandoque suppu-ratio uno tantum oculi loco infensa est; quo-dum accidit, hic solum fossa infundibuliformis oritur, superstite structura reliqua visceris.

4. *Ophtha*

6) Beer l. c. Tab. I. fig. 4.

4. *Ophthalmia interna*, seu *phlegmone oculi*, nflammationem *iridis*, *capsulae lentis*, *corporis itrei*, *Ruyschianae*, *choroideae* et *retinae* amlectitur. Symptomata iritidis speciatim, ea vero eliquarum partium non nisi summatim exponere icet. Primum de istis. Annuntiatur *ophthalmia nterna*, sensu molesto tensivo totius bulbi oculi, ui in dolorem oscillantem, ad encephalum usque ropagatum, transit. Pupilla nigredinem splenentem amittens, angustior redditur, ita ut iris uandoque impervia appareat [7]). Videndi facultas, im ab initio perturbata, plane cessat; ac lux norbosa in oculo evolvitur. Iris alienum induit olorem ac tumet, unde camera anterior oculi anustior evadit. Cornea minus splendet. Sclero-ica late rubet, et conjunctivae vasa rete exhient. Febris, cum cephalaea et vigiliis urgent. Morbo ad acmen perducto, materies puriformis n camera anteriore apparet (*hydrops purulentus culi*), quae, si admodum copiosa fuerit, corneam conicam redditam antrorsum pellit. Nisi uccurratur, rumpitur cornea, oculus collabitur, ac olor cessat. Iride necdum plane impervia, grumus purulentus, aliquando in camera posteriore eneratus, pupillae ostium claudit (*cataracta spuia purulenta*), ac saepe cum margine pupillari idis arcte concrescit. Dum *inflammatio in iride* osa evolvitur, aeger ab initio sensum digiti su-

Ophthalmia interna et iritis.

Yy 2 per

7) Beer op. c. 1. *Th.* Tab. I. fig. 5.

per oculum prementis percipit. Mox iris immobilis redditur, pupillâ tamen formam rotundam et sedem retinente. Color iridis primum in annulo minore, dein in majore mutatur; fit nempe viridis aut ruber [8]), prout prius vel griseus et coeruleus vel pruneus et niger fuerat. Praeterea iris tumet et versus corneam protruditur. Visus fere omnino intercipitur, ac lux morbosa molestias infert. Oculo probe examinato, ipsa *capsula lentis* inflammata apparet [9]), quae tumens, uveae propior redditur, unde haud raro nexus morbosus inter capsulam et uveam locum obtinet (*synechia posterior*). Sub continua febre cephalaea *iris*, plerumque inter annulum parvum et magnum puncta prominentia in evidentes *abscessulos* transeuntia, exhibet. Quibus disruptis, *pus* humori camerae anteriori innatat (*hypopyon*). Similia in camera posteriori relate ad uveam contingere videntur. Qua de caussa, absorpto licet pure in camera anteriori, visus non semper restituitur. Praeterea *sanguis* hinc inde in cameras oculi irruit. Ne quid malorum desit, quandoque iris cum cornea, aut immediate, aut intermedia pseudomembranula, concrescit. Si immediate concrescat, *staphyloma totale corneae* oritur; si per pseudomembranulam, cornea potius complanatur, ac

8) Beer l. c. fig. 6.

9) Walther *Abhandlungen aus d. Gebiete d. prakt. Medicin, besond. d. Chir. u. Augenheilk*, 1. B. 1816.

ac iris vix aut ne vix quidem conspicitur. Quo in casu et fontes humoris aquei arescunt.

5. *Caussae blepharo - ophthalmo - blennorrhoeae* potissimum inter *recens natos*, *puerperas* [10]) et *nutrices* sunt: aër orphanotrophiorum (ab exhalationibus lochiorum, lactis acidi, urinae, siccatione linteorum et habitatione plurimorum hominum impurorum) inquinatus, lactis suppressio [11]), expositio recens natorum lucis gradui nimio, partus, sub quo caput infantis diu in ima pelvi retinetur, inprimis si mater fluore albo laboret [12]), lavatio rudis oculorum recens nati, et refrigeratio capitis tempore baptismatis [13]). Inter adultos morbus praesertim ex blepharitide catarrhali neglecta pullulat, si aegri cubicula humida fumo inquinata, vel stabula inhabitent, maleque Caussae.

10) Demours l. c. T. I. p. 201.

11) „Pituitae fluxiones ex mammis trahunt oculi" Hippocrates de morbis popularibus. L. II. Sect. V. 13.

12) Hegewisch in Horn's *Archiv.* 3. *B.* p. 208. Gibson l. c. Interea fateor, in Lithuania fluorem album crebrius quam in aliis mihi notis regionibus obvenire, quin tamen ophthalmo-blennorrhoeam recens natorum hic frequentius obvenire dixerim.

13) Schaeffer in Hufeland's *Journ.* 1816. *Decemb.* p. 13. Cfr. *Salzb. med. chir. Zeitung.* 1814. 6. *Octobr.* *N.* 80. Blepharo-ophthalmo-blennorrhoeam recens natorum cum *ictero*, cui pusiones subjiciuntur, nexum habere existimat Kupfer (*Zweyter Jahresbericht d. Heilungsanstalt für arme Augenkranke in Nürnberg.* 1816.).

leque nutriti sint, si prope ignem labores perfi-
ciant, aut diem noctemque in plateis, vento fri-
gido expositi, transigant. *Chemosi* et *ophthal-
miae internae* praeter caussas traumaticas [14]) an-
sam porrigunt blepharitis erysipelacea, ophthal-
mia rheumatica, dum negliguntur aut male curan-
tur, plethora, inprimis haemorrhoidalis [15]) vel al
epistaxi habituali et menstruis suppressis [16]); de-
fatigatio oculi, praesertim sub laboribus microsco-
picis, potus liquorum fermentatorum [17]), et luci-
vehemens repercussio, potissimum a nive [18]). Ad
numerantur praeterea caussis ophthalmitidis in-
flammatoriae ventorum peculiares species [19]), in-

primi-

14) Relate ad chemosin praecipue huc spectant punctur-
insectorum relicto aculeo in oculi sclerotica aut cor-
nea, et quoad iritidem, operatio cataractae.

15) Fr. Hoffmann med. rat. syst. T. IV. P. 4. C. 5
obs. 4. Congestiones sanguinis frequentius in ocul-
dextro quam sinistro locum invenire et quidem ol
decubitum, quem maxima hominum pars potius in
latus dextrum eligere solet, contendit Bourdan (*Es-
sai sur l'influence de la pesanteur sur quelques phé-
nomènes de la vie.* v. *Journ. général de méd. Paris*
1819. *Août*).

16) Fr. Hoffmann l. c. C. II. obs. 2. Janin op. c.

17) Praesertim inter milites. (Farrel l. c.).

18) Hreczyna in epistola sua de morbis Kamtschatkae,
v. *Pamiętnik towarzystwa medycznego Wilenskiego.
T. I.* Blumenbach in *Gött. gelehrt. Anzeigen,* v.
Salzb. med. chir. Zeitung. 1816. *No.* 19.

19) Ventus *Harmattan.* v. Mungo-Park *Reisen im*

primis ii, qui arenam *), maxime eam, quae particulis salinis impraegnata est [20]), advehunt, porro vestes militum nimis arctae, praecipue collaria, pilei metallici, tandem neglecta lavatio oculorum, fumus castrorum et contagium [21]).

6. Sub exploratione oculorum in ophthalmo-blennorrhoea cavendum, ne palpebram superiorem vi attollamus, quo scilicet in casu, inprimis in infantibus sub ejulatu, facile *ectropium*, vix reponendum, producitur. Nec supervacaneum credas nosse, utrum infans ex *stirpe venerea* descendat, aut *syphilidis* notas exhibeat. Caeterum inter *ophthalmo-blennorrhoeam* et *chemosin* nullum aliud discrimen detegere potuimus, praeter quam quod ibi, inflammatio *secretionem lymphae coagulabilis*, a *pure* probe distinguendae [22]), largiatur; hic vero morbosa secretione destituatur, quod solummodo majorem adhuc mali gradum indi- Diagnosis.

Innern v. Afrika. p. 233. Cfr. *Journ. de méd. T.* 56. p. 441.

*) „Pulvis ille vel arena copiosa ventis tum asportata, tum ex solo Aegypti ventis arrepta, atque per aërem agitata, non minus quam aër, suo calore corpora laedit atque offendit oculosque maxime, quos mordet et inflammat.“ PROSP. ALPIN. l. c.

20) E. c. prope littora maris (FARREL).

21) M' GREGOR, FARREL, EDMONSTONE, LUVERINE, OMODEI, KLUYSKEN, RUST l. c. Ophthalmiam Aegypti pro *non* contagiosa habet LUDOVICUS FRANK.

22) P. I. Vol. I. Appendix. LANG l. c. p. 9.

indicare videtur. *Ophthalmiae internae* diagnosis, potissimum dum oculi extus non rubent ac examen illorum ob id negligitur, sat ardua est; facile enim affectio encephali pro morbo primario, et oculorum dolor pro symptomatico, eousque habentur, quousque visus interceptio verum morbi statum, tarde nimis, patefaciat.

Prognosis. 7. Periculum ophthalmo-blennorrhoeae, chemoseos et ophthalmiae internae ex illorum descriptione abunde elucet *). *Ophthalmo-blennorrhoea*, quae ex blepharo-blennorrhoea originem ducit, minus periculosa, quam ea, quae ex ophthalmia erysipelacea sive rheumatica evolvitur. Blepharo-ophthalmo-blennorrhoea, infantibus non exceptis, quandoque in primo morbi limine resolvi potest [23]), secus autem, dum jam progressus fecerit, quo in casu ad sex, octo, duodecim hebdomadas

*) Milites angli ex Aegypto reduces 2317. caeci evaserunt. (Maccregor l. c.).

23) Porro indicationes, quemadmodum in febribus scripsi, ita et hic se habent. Verum signa edoctum, juxta differentias lippitudinum praedictionem facere oportet, quum pessima signa accesserint, diuturnarum lippitudinum, velut de singulis praescriptum est: quum vero apparuerint optima signa, brevium. Tunc enim *septima die* desituras esse praedicendum est, aut prope hoc tempus, et alioqui securas esse putandum est . . . . omnium vero maxime *urinae statum in affectionibus oculorum* considerare oportet." Hippocrates Praedict. L. II.

madas extendi solet morbus [24]). In genere prognosis, tum ophthalmo-blennorrhoeae, tum chemoseos, a conditione corneae desumenda; de qua infra, ibi scilicet, ubi de corneae *obfuscatione*, *abscessu*, *ulcere*, *cicatrice* et *corrugatione*; de *synechia anteriori* et de *staphylomate* quaestio erit [25]). Prognosis *ophthalmiae internae* eousque bona, quousque visus perstat. *Clausa* jam *pupilla*, caecitas inevitabilis. At et ea aperta male augurandum, si *pseudomembranae retro pupillam* in conspectum veniant, sique *capsula*, *lens*, *retina* affecta sint. Quo ultimo in casu et *lucis perceptio* desideratur. Nec quid sperandum, dum *suppuratio* ipsam detinet *iridem*. E contrario *hydropem purulentum oculi* (ab *hypopyo vero* probe distinguendum) minus timemus. Ad reliquias ophthalmiae Aegyptiacae tandem spectant excrescentiae fungosae *granulatae* palpebrarum, veluti corpora extranea, irritationem bulbo oculi inferentes *).

8. *Pro-*

24) Schaeffer l. c. Reil l. c. Schmidt *ophthalm. Bibl.* 3. B. 2. St. p. 126. Cfr. Beer op. c. 1. *Th.* p. 319. Audi Hippocratem: „Oculi porro lippientes optime permutantur, si et lachryma, et sordes, et tumor simul fieri inceperint. . . . Et indicationem in his maxime expectare oportet, primum quidem ad vigesimum diem. Si vero hoc tempus transmittat, ad quadragesimum expectanda est. Si vero neque in his diebus sedetur, in *sexaginta* judicatur."

25) §. CV.

*) Ad *granulationes* hujusmodi in genere semper respi-

Prophylaxis.

8. *Prophylaxis blepharo-ophthalmo-blennorrhoeae recens natorum* in eo consistit, ut sub partus opere rudis nonnullarum obstetricantium manus oculis nascentium parcat. Excluso foetu dum totum corpus ab immunditie liberatur, palpebrarum non obliviscendum, ita tamen, ne sapo, in usum adhiberi solitus, offendat oculos. Perficiatur St. Baptisma ope aquae tepidiusculae [26]. Tueantur vero potissimum oculi a nimia luce, eligaturque hinc locus idoneus pro incunabulis. Studeatur quammaxime puritati cubiculorum, renovationi aëris, et caveatur, ne lintea lotio madida in ipsis cubiculis infantum prope fornacem exsiccentur. Nec supervacaneum erit qualitatis lactis [27] rationem habere, ac infantes, jam ophthalmia laborantes, ab aliis separare. In *exercitibus* separatio militum, ophthalmiâ laborantium a sanis, cura ne isti liquoribus fermentatis abutantur, aut vitam nimis irregularem ducant, praeterea lotio reiterata oculorum ope aquae frigidae *), conspi- cilli

ciendum est, si agatur de aegroto ophthalmiis saepe sine alia nota caussa obnoxio. Diagnosis fit invertendo palpebram.

26) Demours l. c. T. I. p. 199.

27) Heister *Wahrnehmungen*. 2. B. N. 11.

*) Saltem in Aegypto, teste Macgregor l. c. Jam an. 1745. Dethardino lotionem oculorum ope aquae frigidae pro optimo ophthalmicorum prophylactico declaravit: vid. *Dissertatio de specifico prophylactico oculorum*.

cilli*), potissima prophylaxeos momenta sistunt[28]. Iuvenes habitualem ophthalmiam aliquando usu aquae frigidae, copiose jejuno ventriculo haustae, effugiunt[29].

9. *Blepharo-ophthalmo-blennorrhoea recens neonatorum* sequenti pacto curanda est. Remotis, quousque licet, caussis morbi, *hirudo* una temporibus[30] applicatur: quae applicatio, quo recentior morbus, eo melius succedit; verum et tardius, dummodo infans necdum macie laboret, effectu bono haud destituitur. Quod nempe methodo antiphlogistica, omni jure nuper a SAUNDERS[31]) hic commendata, non obtinemus, vix aliter obtinetur. Alvus, nisi jam nimis mota, *syrupo mannato*, vel grano *muriatis hydrargyri dulcis* aperta tenetur. Praeterea ne lympha coagulabilis diu oculum inter et palpebram stagnet, lac nutricis istis partibus instillando, impeditur. Methodo antiphlogistica jam incassum adhibita oculis *decoctum* Cura.

*) HELLING l. c. Tartariae populi oculos fascia ex crinibus equorum (*Haar-Joeslik*) obtegunt. ESKIMOS conspicillis ligneis utuntur. (BLUMENBACH l. c.).

28) FARREL l. c.

29) DEMOURS l. c. p. 247.

30) Angulo interno nasi hirudinem applicandam esse suadet BEER (op. c. 1. *Th.* p. 320.). At inde majorem palpebrarum, aliunde jam inflammatarum, irritationem conspexi.

31) l. c. Immerito HIMLY in aliam sententiam abit (*Neue Biblioth. der Ophthalmologie*).

coctum malvae cum nonnullis *tincturae opii com-positae Sydenhami* guttis, ter quaterve de di tepide instillatur. Tandem tinctura ista, hau diluta, penicilli ope semel bisve de die inter pal-pebrarum margines levi manu illinitur. *Muria hydrargyri corrosivus* (nisi quid syphilitici lateat atque *lapis divinus*, nimis irritando nocent Quod et de *aqua camphorata Bates* [32]), a WARE commendata, timet BEER; quem tamen timorem propria experientia freti non participamus [33]) Morbo jam plane chronico reddito, cum partium affectarum laxitate, *ad unguentum ophthalmicum rubrum mite* [34]) recurrendum est. Palpebra for-tuito inversa, pollice et digito indice manuum, ad apices butyro recenti illinitis, circa tarsum ad angu-

32) R. Vitrioli romani (sulphatis ferri crystallisati). Boli armeniaci ââ uncias quatuor. Camphorae unciam unam. Pulverisentur et misceantur. Hujus pulveris ex tota massa uncia una excipitur, et in libra una aquae ebullientis per aliquot tempus digeritur, donec partes duriores fundum non occupent, et quousque solutio haec pelluciditatem perfectam non acquirat. Sequenti modo adhibetur: sumitur uncia una aquae camphoratae ad uncias duas aquae plantaginis destilla-tae, miscentur invicem. Injiciuntur hujus collyrii gut-tae octo, ope parvae syringis eburneae vel stanneae, angulo externo oculi, semel ab initio, serius vero bis terve de die. Lintea hoc liquore madefacta curam accelerant.

33) LANG l. c. p. 15.

34) §. LXXX. N. 5. (7.).

angulos arripitur, lente sursum, deinde rapide deorsum trahitur [35]). Praeterea infantes viribus fracti, lacte optimae nutricis refocillandi. Quoad curam *ophthalmo-blennorrhoeae*, *chemoseos* et *ophthalmiae internae*, nec non *iritidis* in *adultis*, primum est, ut praesente febre cephalaea, delirio, amplam *venae sectionem*, vel e brachio vel e jugulari [36]), vel e pede [37]) instituamus. Ne enim unis hirudinibus, neglectis evacuationibus sanguinis universalibus, ophthalmiam inflammatoriam gravem unquam debellari posse [38]) credas [39]). Sunt qui

35) Schmidt *Ophthalm. Bibl.* 3. *B.* 2. *St.* p. 149.

36) Demours op. c. T. I. p. 239. „*Je vois si souvent des yeux sauvés par l'effet de cette facile saignée, que je ne saurais trop recommander aux jeunes chirurgiens, qui auront à la pratiquer, de ne point redouter son exécution.*"

37) Demours op. c. p. 238. „*La saignée du pied pour commencer est préférable à toute autre.*"

38) Quo pacto vir, caeterum egregius, Himly iritidem, unis hirudinibus sanari posse dixerit (l. c.), intelligere nequeo. De venaesectionis in ophthalmiis usu legatur inter alios Vetsch l. c. Peach in *Edinb. med. und surg. Journ. Vol.* 3. Hippocrates jam dixerat: „Ophthalmiam solvit venaesectio." Morb. popul. L. II. Sect. VI. p. 261.

39) Demours l. c. „*J'ai adopté pour principe, de faire saignée dans toutes les phlegmasies de l'oeil, lorsque la présence d'une lumière modérée excite un sentiment de douleur.*"

qui *arteriotomiam* suadeant [40]). Peracta venaese-ctione, eaque si opus sit plus vice simplici repe-tita [41]), *hirudines* sexdecim, utrimque quatuor retro aures et totidem ad tempora applicandae. Earum quoque duo *naribus immittere*, ac dein sanguinis effluxum spongia aqua tepida madida, promovere, valde conducit. Inflammationis ocu-lorum, ex menstruis aut haemorrhoidibus suppres-sis obortis, hirudines partibus genitalibus aut ano admovendae. In genere pluries *repetitae* illarum *applicationes* requiruntur. Nec stricte hic Bee-rium sequimur, utpote in *primo* tantum morbi stadio evacuationem sanguinis commendantem, eamque in reliquis stadiis rejicientem [42]). Quoties enim status inflammatorius oculorum depletionem cruoris exposcit, toties ea, sine respectu perio-dorum

40) Lege de hoc argumento Ware l. c. et *Abh. f. pr. Aerzte.* 6. *B.* p. 361. et Farrel l. c. (aperit ramum anteriorem arteriae temporalis). „*L'ouverture de l'ar-tère temporale, qui n'est guère pratiquée aujourd'hui, a le grand inconvenient de donner trop de sang ou de n'en pas donner assés, et d'entrainer après elle, dans le voisinage de l'oeil affecté, le besoin d'une compres-sion, qui incommode beaucoup le malade.* Demours l. c. p. 242.

41) Demours l. c. p. 241. Tres et ultra venaesectiones instituere solet.

42) Ob timorem, ut discipuli mei possent divisionem ophthalmiarum in varia stadia pro norma in praxi eli-gere, illi utpote valde arbitrariae et scholasticae valedixi.

orum locum obtinere debet. Deficientibus hi-udinibus, cucurbitulae cruentae nuchae vel pone ures admotae quodammodo eas supplent [43]). In *hemosi* praemissis venaesectionibus et hirudinibus, *carificationes conjunctivae* ope lanceolae profun-e, (quin tamen sclerotica laedatur) circa cor-eam instituendae [44]). Immo docente egregio SCARPA et pars conjunctivae, in vallum hic ele-ata, tutissime rescinditur [45]). In *ophthalmo-blen-orrhoea* adultorum recenti *aqua frigida* oculis, pe linteorum ea imbutorum, cum fructu ap-licatur. In *ophthalmia*, praecipue *interna*, lum secretio humoris aquei aucta et humor erturbatus est, dum cornea et iris affectae sunt, lum pupilla angustari incipit, dumque aeger gravi cephalaea laborans sensum ponderis in bul-o oculi percipit, WARDROP *eductionem humo-ris*

43) Vulgus iis in Siberia utitur (GMELIN *Reise nach Siberien.* 2. *Th.* p. 115.).

44) De scarificatione conjunctivae legi merentur: ZACHARIAS PLATNER Diss. de scarificatione oculorum. Lips. 1728. CHEVALIER an senescentibus oculi inflammationibus conjunctivae scarificatio? Paris. 1746. POURFOUR DE PETIT: ergo senescentibus oculi inflammationibus conjunctivae scarificatio. Paris. 1772.

45) „*La recisione, di cui si parla, è di gran lunga preferibile alle scarificazioni, che in simili circonstanze si praticano dalla più parte dei chirurgi; perchè queste non sono bastanti a vuotare il sangue stravasato sotto la congiuntiva ed accrescono piuttosto l'irritamento etc.*" Cfr. RICHTER *Chir. Bibl.* 6. *B.* p. 23.

ris aquei commendat [46]), de cujus consilii utili tate ulterior docebit experientia [47]). *Stimulum lucis* quacunque in ophthalmia inflammatoria praesertim vero in ea, quae cavitatem oculorum detinet, non solum ab oculo affecto sed et a sano, avertendum esse, quivis sponte intelligit Idem de *reliquo regimine antiphlogistico* valet Praecipue repetitis *alvinis evacuationibus*, ast non tumultuariis, indulgendum *). A *remediis topici* diu abstinendum [48]). Interea exhausta jam methodo antiphlogistica ac dolore oculorum saeviente, *grana quatuor opii saliva soluta* vel *scrupulo unguenti mercurialis* mixta, regioni supraorbital semel bisve de die illinienda. In *blepharo-ophthal-mi*

46) *Edinburgh. med. and surg. Journ. Vol.* 3. *Edinb* 1807. *Medico - chir. transact. published by the medico-chir. soc. of Lond. Vol.* 4. 1813. Cfr. LANGENBECK *neue Bibl. f. d. Chirurgie u. Ophthalmologie* 1815. 1. *B.* 1. *St.* p. 165. MACGREGOR l. c.

47) Cl. PELIKAN hac methodo WARDROPII jam plurie cum successu usus est. Sic coram societate medic Vilnensi die 12. februarii 1818. retulit.

*) Sicuti *lenis* alvi evacuatio hic juvat, sic tumultuari nocet, inprimis si ea somnum nocturnum impediat Tamarindi, manna, sal Glauberi, et maxime electuarium lenitivum, alternis diebus porrecta, optime ad alvum leniter scopo derivante aperiendam inserviunt.

48) „*Je dois dire, qu'à l'éxception d'un petit nombre de cas je les ai (les médicamens sur les yeux), dans tous les autres, rejetés de ma pratique.*" DEMOUR l. c. p. 240.

mia et *chemosi* jam ad veram *suppurationem* perductis, calor siccus oculi admotus, diaeta nutriens, aër purus, usus internus decocti *cinchonae* aut *infusi radicis acori calami*, additis sub magna debilitate, et *aëthere;* topice autem, solutio *lapidis divini*, cum *liquore acetatis plumbi* et illinitio *laudani liquidi Sydenhami*, ad loca suppurationem exhibentia, curationis praecipua sistunt momenta. Abscessuli circa corneam comparentes, ope lanceolae aperiendi. Sunt qui internam palpebrae inferioris superficiem nitrate argenti tangant, oculumque inde illico aqua frigida lavent *). De cura *hydropis acuti* oculi, hypopyi aliarumque reliquiarum ophthalmiae inflammatoriae infra sermo fiet. Non ignorandum, in Aegypto mucilaginem seminum *cassiae absus* (vulgo *Cismé*) oculis cum successu inponi 49).

§. XCVI.

Ophthalmia gastrica.

1. Doctrinam *ophthalmiarum gastricarum* praecipue Stollio 50), Richtero 51) et I. P. Frank 52) debemus. Notio.

2. In

*) Kuysken l. c. Valentin l. c.

49) Cum mucilago ista acris sit, caute et non sine debita notione circumstantiarum, sub quibus talis applicatio locum obtinere potest, incedendum. Legatur de hoc argumento L. Frank l. c. et Hufeland's *Journ.* 1814. *April.* p. 116.

Descriptio. 2. In ophthalmia istiusmodi affectio oculorum, plerumque epidemice [53]), aestivo tempore regnans, a symptomatibus febris gastricae [54]) praeceditur. Accedit dolor frontis aut regionis supraorbitalis, inprimis lateris dextri. Status oculorum illi *ophthalmiae erysipelaceae* plane similis. Cuncta symptomata tum ophthalmiae, tum febris vespere vehementer exacerbantur ac matutinis horis evidentissime remittunt. Curriculum morbi sub recta medela, septem plerumque dierum.

Caussae. 3. *Ophthalmia gastrica* originem ducit ex victu nimis lauto et calefaciente [55]), ex bile [56]), ex vermibus intestinalibus [57]), et ex ignota annua constitutione.

Diagnosis. 4. Qui consensum tubum intestinalem inter et oculos, nervo intercostali, quatenus ex ramo secundo paris quinti originem ducit, tribuendum [58]), perpendit; *ophthalmias* dari *gastricas* hau

50) Rat. med. P. II. p. 324. 331. Praelectiones. T. p. 383.

51) *Chirurg. Bibl.* 6. B. p. 22. Obs. chirurg. Fasc. p. 104. Cfr. Singeisen Diss. de ophthalmia a viti ventriculi. Erlang. 1786.

52) Epitome de curandis hominum morbis. L. II. p. 6

53) Richter *Chir. Biblioth.* l. c.

54) P. I. Vol. I. C. V. §. LX. N. 3.

55) Grignon in *Journ. de méd.* T. 26. p. 236.

56) Hildebrand in Hufeland's *Journ.* 5. *B.* p. 67.

57) Periodicam, sub luna crescente, ophthalmiam, inte infantes, haud raro originis verminosae inveni.

58) P. II. Vol. I. Sect. 1. C. I. §. III. N. 39. p. 60.

haud mirabitur. *Diagnosis* potissimum fit habita ratione characteris generalis epidemici morborum, formae erysipelaceae ophthalmiae, et exacerbationis symptomatum ad vesperas.

5. Quamvis *ophthalmia gastrica* benigne decurrere soleat, eam tamen strages quondam edidisse legimus [59]). **Prognosis.**

6. Statui inflammatorio oculorum *hirudinum* ope, modo consueto, limites ponuntur; intus, primum *resolventia*, potissimum parvae *tartratis stibii et potassae* [60]) doses, dein *emetica* [61]) et purgantia *), adhibentur. Quoniam autem remedia alvum evacuantia et in ophthalmiis inflammatoriis conducunt [62]), patet, ex eorum utilitate non posse ad gastricam morbi indolem, sine errandi periculo, concludi. **Cura.**

 §. XCVII.

59) „Gravem epidemicam ophthalmiam describunt medici Vratislavienses, cum vehementi capitis dolore et caecitatis secuturae periculo junctam, adversus quam nil erat utilius, quam profluvium alvi, sive sponte natura motum, sive arte excitatum." (Rhan diss. Ludwig nosol. select. T. IV.).

60) Lentin Beobacht. d. epid. Krankh. p. 52. Adams v. *Lond. med. and surg. Journ.* 1813. *Apr.* p. 302. *July* p. 46.

61) Stoll, Richter, Hildebrand ll. cc. Hooper in *mem. of the med. Soc. of Lond. Vol. II.*

*) Ab Avicenna (Canon. L. III. Ter. 3. Tract. I. C. 10. 11.) usque ad recentissima tempora, commendata, ast non tumultuose adhibenda.

62) §. XCV. N. 9.

§. XCVII.

Ophthalmia arthritica.

Notio. 1. In doctrina *ophthalmiae arthriticae* expl canda bene meriti sunt: MORGAGNI [63]), HE STER [64]), MUSGRAVE [65]) et BEER [66]). Vacuum hi dereliquit BARTHEZ [67]).

Formae. 2. Ophthalmia arthritica sub *duplici form* obvenire solet; nempe ut *inflammatio erysipel cea palpebrarum* et *bulbi oculi* citissime in *bl pharo-ophthalmo-blennorrhoeam* transiens, ne non ut *iritis*.

Symptomata formae primae. 3. *Prima ophthalmiae arthriticae forma* marginibus palpebrarum cum rubore et dolo pallido, super palpebras propagato, incipit, su sequente vesica, quasi ab applicito vesicatori Mox malum ad bulbum oculi proserpit ac co junctivam circa corneam, veluti vesicam eleva Accedit epiphora, quae citissime *blepharo-ophtha mo-blennorrhoeae* locum concedit. Serum acr uti in coryza, e naribus depluit. Dolor, non s lu

63) De sedibus et caussis morbor. Epist. XIII. N. 2 VII. N. 9.

64) *Wahrnehmungen.* 2. *B. N.* 201.

65) De arthritide anomala. C. 17.

66) Op. c. 1. *Th.* p. 572.

67) *Abhandl. üb. d. Gichtkrankheiten.* (Incassum hi caput de ophthalmitide arthritica quaesivi. E contra rio SAUVAGES ophthalmiam arthriticam, qua ipse (re ferente DEMOURS op. c. T. I. p. 207.) laboravit, pul chre descripsit.

lum oculum, sed et encephalum detinens, a mutationibus temperaturae illico augetur. Sub febre ardentissima oculus paucorum dierum spatio periclitatur.

Symptomata secundae formae.

4. *Secunda ophthalmiae arthriticae forma*, videlicet *iritis*, a sensu formicationis in orbita annuntiatur. Sequitur dolor originem ex sinu frontali ducens, ad tempus et ad maxillam lateris affecti propagatus. Motus palpebrarum mucum spumosum eliminat. Mox copiosae lacrymae acres per genas depluunt. Jam vero sclerotica circa corneam profunde rubet; qui rubor versus bulbi peripheriam pallidior evadit. Vasa conjunctivae proclivitatem ad statum varicosum manifestant. At, nec rubor scleroticae, nec vasa varicosa, ad ipsam propagantur corneam, quin immo separantur ab ea; *per annulum ex albo coeruleum*, latitudinis fere duarum linearum. Dolor partium affectarum, dum caput super pulvinar decumbit, aut dum aeger sese aurae frigidae exponit, acmen attingit. Rebus huc perductis sub continua febre, inflammatio iridis cum consuetis suis symptomatibus evolvitur [68]). *Pupilla*, prout aeger sensilis admodum vel parum irritabilis est, vario mutatur pacto. Primo enim in casu iris expanditur, ac immobilis fit, pupillâ angulari atque angustâ reddita [69]), subsequente atrophia oculi. Altero in

68) §. XCV. N. 4.

69) Beer op. c. 1. *Th.* Tab. 2. fig. 5.

in casu, iris retrahitur, pupillâ dilatatâ ac illi animalium ruminantium simili factâ [70]). Retro pupillam sic dilatatam, in fundo oculi, obfusca tio grisco-viridescens apparet (cujus sedes *corpus vitreum*), quaeque *glaucomati* ansam porrigit Succedit obfuscatio coloris viridis, quae ad ca meram oculi anteriorem propelli videtur (cujus sedes in *lente crystallina*) ac *cataractam viridem* constituit. Visu fere omnino deleto, lux morbo sa sub forma annuli splendentis evolvitur. Cor nea, uti in cadavere, nitore destituitur. Sequitur et hic atrophia oculi. Iritis arthritica in uno oculo absoluta, facile dein et in altero evolvitur

Caussae. 5. *Caussae* diatheseos arthriticae [71]) ad ophthalmiam, de qua agitur, disponunt. Excitatur ipsa a rebus, debitam podagrae evolutionem im pedientibus atque vitium arthriticum ad oculos determinantibus, e. c. lectione protracta noctur na, laboribus microscopicis, fletu etc. Ophthal miae, quae herpeti [72]), fonticulo [73]), ulceri anti quo [74]) praepostere sanatis originem debent, caus sae arthriticae quoque adscribendae videntur.

Prae-

70) Idem, ibidem. fig. 6.

71) P. I. Vol. I. §. XII. N. 4.

72) Act. Nat. Cur. Vol. I. obs. 67. Alibert in *dict. des sc. méd. T. VIII.* p. 32. Demours op. c. T. I p. 208.

73) Paraeus L. IX. C. 24. Schulze diss. de fonticulis caute occludendis. Hal. 1741.

74) Riedlin curat. med. millenar. N. 167.

Praeterea et *rheuma* vitium arthriticum reconditum haud raro excitat, de quo argumento infrá [75]).

Diagnosis.

6. *Ophthalmia arthritica* saepe periodice recurrens dignoscitur habita ratione tum specialis conditionis aegri (quatenus scilicet ille notas diatheseos arthriticae exhibet vel e stirpe arthritica descendit), tum augmenti symptomatum a mutationibus temperaturae, praecipue a decubitu super pulvinar, tum formae vesicularis tumoris palpebrarum et conjunctivae oculi, tumque annuli coerulei circa corneam [76]), ne dicamus de pupillae indicatis conditionibus. Arthritici aliquando solo *dolore bulbi oculi*, sine reliquis inflammationis signis, laborant [77]).

Prognosis.

7. Ophthalmia arthritica potissimum ob rapidum illius curriculum timenda. Evoluta jam *ophthalmo - blennorrhoea* plerumque de oculo actum est. Idem de *iritide arthritica* dicendum, quae, etiamsi in primo morbi limine resolvi queat, attamen semper recidivarum minatur periculum, ac saepissime imbellicitatem visus (a glaucoma-

75) §. LIV. 1.

76) Annulus iste non solum, docente Beer, indicium *ophthalmiae arthriticae*, sed et me observante signum diatheseos arthriticae in genere sistit. Paucos saltem arthriticos vidi, qui annulum hujusmodi coeruleum non exhiberent, quamvis plurimi nunquam ophthalmia laboraverint.

77) Demours op. c. T. I. p. 208.

comatis initio derivandam) derelinquit. Genera
tim prognosis ophthalmiae arthriticae eo pejor
quo certius morbus a vitio haereditario originem
trahit, quo minus aegrotus caussas excitantes evi
tare potest, quoque minus podagra regularis spe
randa.

Cura. 8. Quo citius id fieri potest, in ophthalmi
arthritica, ad *hirudines* locis jam indicatis appli
candas confugiendum [78]. Nec nocet, praesent
febre, notas inflammatorias exhibente, venam pedi
tundere. Nil enim magis incongruum est, quan
tempore accessus arthritici, praesertim in pletho
ricis et haemorrhoidariis, ad sic dicta antarthri
tica remedia confugere. E contrario juvat, alvun
leniter movere, et maxime *pediluvii irritantis* [79]
ope, evolutionem podagrae in extremitatibus sol
licitare. Et *sinapismi* cruribus admovendi, non
neglecto intus pharmaco leniter diapnoico. Ocul
ipso, sedato inflammatorio impetu, calor siccu
admovetur, in aegris valde sensibilibus solum pe
linteola super oculos appensa, frontique alligata
in aliis, suadente Beerio, per sacculos cum her
bi

78) Sic pater meus Mediolani degens a. 1790. in terribi lem ophthalmiam arthriticam incidit. Egregius Pal letta, in auxilium deductus, vix visus conservatio nem promittere est ausus; attamen copiosis hirudini bus circa oculos admotis, ac prorumpente brevi pos podagra ad pedes morbus debellatus est.

79) Ex aqua calida, sale, farina sinapis, vel cineribus,

ɔis aromaticis et camphora [80]). Saevientibus ıummopere doloribus regioni supraorbitali *opium* ;*aliva subactum* illinitur. Quae vero singula ad norbum radicitus evellendum et recidivas minima lata opportunitate impediendas, neutiquam suffi- ;iunt, nisi diathesis arthritica totius corporis, se- ;undum regulas alibi tradendas [81]), juguletur et b oculis revellatur. Sufficiat hic meminisse usum nternum *extracti ligni guajaci officinalis aquosi* um *camphora* [82]) et *fonticulos* ad brachia, de- ɔito regimine suffulta, quammaxime prodesse.

§. XCVIII.

Ophthalmia periodica.

1. Ophthalmia febris intermittentis, plerum- ue larvatae symptoma, dicitur *periodica.* Definitio.

2. Morbi istiusmodi, nobis aliquoties in Ita- ;a visi, observationes collegerunt Riedlin [83]), Pe- Auctores.

LARGUS

80) Pauci sane sacculos hujusmodi ferunt, ac plerumque eorum applicatio bonum aliorum jam adhibitorum remediorum effectum destruit.

81) P. III. Vol. II. Cap. de arthritide.

82) R. Extracti guajaci aquosi unciam semis, camphorae scrupulum unum. M. f. pilulae granorum trium. Conspergantur pulvere radicis ireos florentinae. S. Ter de die quinque capiat. Si complicatio haemorrhoidalis adsit, pilulae istiusmodi nimis irritant. Conducit tunc extractum stipitum dulcamarae, graminis, rhei, cum sulphure.

83) Lin. med. 1700. p. 315.

LARGUS [84]), HOFFMANN [85]), BUTTER [86]) et ME-DICUS [87]).

Symptomata. 3. Horis determinatis, praesertim vespertini alternis plerumque diebus, nunc dolor, nunc ru bor oculorum in conspectum veniunt, per nocti partem protracti, ac mane evanescentes. Febrili symptomata raro observantur.

Caussae. 4. Cum ophthalmia periodica in locis, qua febribus intermittentibus favent, ac tempore, qu reliquae hae febres grassantur, obvenire sole eam a caussis generalibus febrium intermitten tium [88]) repetimus.

Diagnosis. 5. Signa diagnostica ab autopsia oculi d sumta tradere nequimus. Exempla a nobis vi formam taraxeos exhibebant. Semel affectio ocu symptoma potius febris intermittentis cephalica esse videbatur. Caeterum morbus, quamquam e *periodis* et *liberis* intervallis cognoscitur, tame non sine periculo cum *ophthalmiis gastricis* e *syphiliticis*, quatenus etiam vespertinas accessio nes agnoscunt, confundi solet. Imperium diathe seos periodicae in oculos, quo loco de febre inter mittente amaurotica locuturi sumus [89]), magis ma gisque confirmabitur.

6. Ophtha

84) *Medicinische Jahrgänge.* 4. *B.* p. 372.

85) De ophthalmia. obs. 2. opp. T. II. p. 168.

86) *Vom Keichhusten.* p. 22.

87) *Von periodischen Krankheiten.*

88) P. I. Vol. II. C. II. §. XXVII.

89) §. CVII. N. 11.

6. Ophthalmia periodica prognosin cum febri- Prognosis et Cura.
bus intermittentibus communem habet. *Idem* de cura valet, in qua tamen, multum ad *complicationem gastricam* respiciendum est ita, ut saepe plus levaminis ab *emeticis*, quam a *cinchona* obtinuissemus.

§. XCIX.

Ophthalmia exanthematica.

1. *Ad ophthalmiam exanthematicam* inflammationem oculorum *variolosam*, *morbillosam* et scarlatinosam revocamus. Notio.

2. *Ophthalmia variolosa*, a nullo variolarum stadio aliena, vel propagationi blepharitidis [90]) ad conjunctivam oculi, vel evolutioni variolarum super ipsam corneam originem debet. Utroque in casu sclerotica rubet, cum lucis intolerantia, dolore pungente et lacrymatione. Febris, nisi jam ex ipsis variolis praesens fuerit, superaccedit. Variolis ad corneam erupturis, membrana haec punctum unum alterumve opacum exhibet, ex quo pustulae pullulant [91]). Variolae ad corneam sibimet ipsis relictae, plerumque extus et intus, in cameram scilicet oculi anteriorem aperiuntur. Quo ultimo in casu *cicatrix* cum ambitu albo, visum intercipiens, vel auferens expectanda. Perforatâ corneâ, *staphylomati iridis*, *synechiae partiali* Ophth. variolosa.

90) §. LXXXI.
91) Beer op. c. 1. *Th.* Tab. II. fig. 2.

tiali anteriori, et *occlusioni pupillae* locus conceditur. Si plurimae variolae corneam occupant, invicem confluunt, ac caecitatem relinquunt. Recentissimo in morbo, evolutio variolarum ad corneam, applicita *aqua frigida* ad oculos applicatoque *vesicatorio* retro aures impeditur. Variolis jam evolutis, quo primum repletae sunt, ope lanceolae aperiendae. Loca suppurantia ut *corneae abscessus* pertractanda.

Ophth. morbillosa. 3. Quocunque *morbillorum* sub stadio, prae sertim autem sub eo invasionis, rubor roseu conjunctivam et scleroticam obducit, accedenti bus lucis intolerantia, epiphora cum dolore in ipso oculi bulbo, qui aegre movetur. Tandem tarsi inflammationis participes fiunt. Cornea, al initio splendentior reddita, opacitatem tandem contrahit. Haud raro ipsa, veluti in ophthalmi rheumatica, a phlyctaenulis in ulcuscula ichorosa rodentia transeuntibus, defoedatur. Pus inter la minas corneae stagnans *unguem* sic dictum *oculi* hypopyon simulantem, constituit. Incipien ophthalmia morbillosa, dummodo aeger nulla lab prius detentus fuerat, sat facile compescitur; alia *ulcera corneae*, *foveae*, *corrugatio*, *phthisis rhytidosis* relinquuntur. Quin immo, propagat inflammatione ad cavitatem oculi, *angustatio pupillae* expectanda. Ophthalmia morbillosa mitis praeter curam generalem morbillorum et com menda

mendatum jam moderamen lucis [92]), nullam aliam exposcit. E contrario, oculis vehementer affectis, ac saeviente inprimis illorum dolore cum lucis intolerantia illico ad *hirudines*, modo consueto admovendas, confugiendum. Sequitur applicatio *vesicatorii* sub lobulis aurium. Si phlyctaenae obveniant, donec rumpantur, oculi calore sicco foventur; dein vero *solutio lapidis divini* adhibetur. Exanthemate jam devicto, *balneis tepidis* et *fonticulis* locus est. Usui interno lenia praeparata *antimonialia* praesertim *sulphur auratum antimonii* inserviunt. Miramur Beerium, *calomel* hic commendare [93]), utpote ad morbillorum reliquias profligandas vix unquam indicatum [94]). Si corneae ulcera rebellia forent, *solutioni lapidis divini*, *acetas plumbi* superaddendus; ac *unguentum Janini*, attamen *nonnisi palpebrarum marginibus illinitum*, adhiberi debet.

4. Priusquam *scarlatina* in cute universa evolvatur, saepe jam rubor in ea albugineae parte, quae, adapertis licet oculis, sub palpebris recondita est, apparet [95]). Raro conjunctiva oculi parum sublevatur. Lucis intolerantia vix ulla, ac irrita oculorum rubedine rarissime epiphora ob- Ophth. scarlatinosa.

serva-

92) P. I. Vol. II. C. XII. §. LIX. N. 2.

93) Op. c. 1. *Th.* p. 540.

94) P. I. Vol. II. C. XII. §. LIX. N. 6.

95) P. I. Vol. II. C. XI. §. LI. N. 4. (12.).

servatur [96]. Potius ad angulos oculorum lympha coagulabilis apparet, *lippitudinis* speciem exhibens. Caeterum affectio oculorum in scarlatina sine ullis reliquiis evanescere solet, unde clare patet, eam toto coelo ab *ophthalmia morbillosa* cui similis a Beerio dicitur [97]), differre.

Monitum. 5. *Ophthalmiae*, quae in scrophulosis variolas, morbillos et scarlatinam serius, id est, exanthemate jam dudum terminato, sequuntur; hae non amplius variolosae, morbillosae, et scarlatinosae dici possunt: sed utpote a scrophula, per praevium morbum cutaneum excitata, ortum ducunt, pro *scrophulosis* declarantur. *Ophthalmiae* ab impetiginibus praepostere sanatis, istarum restitutione curantur; quae regula et ad pediculos fugatos extenditur [98]).

§. C.

Ophthalmia scrophulosa.

Generatim. 1. De imperio scrophulosae diatheseos in palpebras et vias lacrymales plus vice simplici locuti sumus. Restat vero, ut de vi scrophularum in ipsum

96) Dixi (l. c.) oculos in scarlatina *nunquam* lacrymare; at 1817. mense Decembri juvenis in clinico scarlatina laborans saltem quandam *lacrymarum abundantiam* exhibuit.

97) l. c. p. 536. §. 526.

98) Demours op. c. T. I. p. 255. et T. II. p. 30.

ipsum bulbum oculi [99]) quaestio fiat, quae vis potissimum ad externam illius superficiem limitatur.

2. *Ophthalmia scrophulosa externa* vel ad ipsum bulbum oculi orditur, vel ex blepharitide ejusdem indolis, cujus descriptionem ob nexum rerum consulto huc remisimus [100]), originem ducit. *Blepharitis scrophulosa* a rubore tarsorum incipit; sequiturque secretio morbosa sebi Meibomiani. Inflammatio a palpebris plus minus conjunctivae oculi communicatur. En jam lucis intolerantiam, contractionem spasmodicam palpebrarum, post somnum conglutinatarum, atque lacrymationem. E naribus serum acre, earum alas et labium superius exulcerans, manat. Qualiscunque sit locus, quem morbus adoritur, ad superficiem oculi sequentia notatu digna obveniunt. Conjunctiva ruborem sparsim cum vasis sanguiferis in fasciculos collectis, ac versus corneam decurrentibus, exhibet. Alii istiusmodi fasciculi super marginem corneae ascendunt, alii ad medietatem illius perveniunt, alii circa corneae confinia vel et antea terminantur. Vasis conjunctivae oculi jam evidentioribus redditis, sclerotica ipsa ruborem contrahit. Ad apicem unius cujuscunque fasciculi plerumque pustula aut phlyctaenula

Symptomata.

99) Meckel diss. sistens quaedam de glandulosi oculorum systematis inflammatione. Hal. 1788.

100) §. LXXX. N. 3.

ctaenula evolvuntur, quibus disruptis ulcuscul
formantur, cum periculo cicatricum opacarum
Ulcuscula ex pustulis, *ulcera purulenta* [1]); ulcus
cula ex phlyctaenis, *ulcera ichorosa*, producun
Ulcera purulenta [2]) corneam perforant, quo fact
humor aqueus effluit, et iris e foraminulis co
neae sub forma vel capitum muscarum (*Myoce
phalon*) vel melonum (*Melon*) prominet. Praete
terea indicatis in locis iris cum cornea concresci
(*synechia anterior*) relicta cicatrice alba, visun
plus minusve laedente. Si plurima ulcuscula pu
rulenta corneae inter se confluunt, ***abscessus cor
neae*** (*onyx*) expectandus. *Ulcera ichorosa* [3]), ut
pote textum corneae erodentia, efficiunt, u
paucae superstites illius lamellae impetui humo
ris aquei resistere nequeant, unde protrusae sac
culum efformant portionem iridis continentem
ac omni jure pro ***hernia corneae*** (*Ceratocele*) de
claratum. Porro prout aeger vel parum vel mul
tum irritabilis est, symptomatum observatur di
versitas. In aegrotantibus enim valde irritabili
bus, lucis intolerantia, dolor, blepharospasmus
longe magis urgent, ac inflammatio facile cavi
tati oculi communicatur. Nec satis. Fasciculi
vasorum sanguiferorum undique ab angulis oculi
corneam versus confluentes, ac super eam ascen-
dentes,

1) Beer l. c. Tab. III. fig. 2.
2) Demours op. c. Tab. XXXI. fig. 3.
3) Ibid. fig. 2.

lentes, superficiei oculi adspectum *panni rubri* (*pannus*) conciliare possunt.

3. Ad ophthalmias scrophulosas maxime praedisponit infantia, at eae nec adultis parcent. Plerumque excitantur: a sanatione praepostera impetiginum, inprimis tineae 4), a lacrymatione crebro repetita, a lectione nocturna, et maxime a caussis rheumaticis. **Caussae.**

4. Quo ultimo in casu ophthalmia scrophulosa, cum *complicatione rheumatica* obvenit, atque acute decurrit. E contrario *ophthalmia scrophulosa simplex* malum sistit *chronicum*. Caeterum, aut complicata, aut simplex, ophthalmia scrophulosa semper id gentilitium habet; quod constanter descriptos fasciculos vasorum sanguiferorum, versus corneam decurrentes, saepeque super eam ascendentes, exhibet. Tandem habitum aegri et morbos antea perpessos ad diagnosin instituendam conferre sponte elucet. At nunquam obliviscendum, posse et alius indolis ophthalmias in scrophulosis obvenire, quod inter alia exemplum supra allatum ophthalmiae rheumaticae confirmat. Confirmant id et *ophthalmiae rheumaticae*. **Diagnosis.**

5. Quo major copia ulcusculorum corneae, quo profundius ea penetrant, quo junior magisque **Prognosis.**

4) Thomann *Gesch. einer metastat. Augenentzündung. Würzb.* 1796.

que rebellis aegrotulus, quo vehementior luci intolerantia et blepharospasmus, quo proximior margo pupillaris iridis locis perforatis corneae quo densior pannus; eo majus periculum caecitatis. Quod periculum nunquam majus, quan *ophthalmia traumatica in oculo scrophuloso* com parente. Imminent enim tunc exophthalmia scirrhus et çancer oculi.

Cura. 6. *Ophthalmia scrophulosa* quamvis chronica, *hirudines* minime respuit, juvatque curam a iis incipere. Cujus praecepti inprimis memore esse juvabit, si dolor oculorum et lucis intolerantia praesto forent. Blepharospasmo optime pur gans ex *radice convolvuli jalappae* et *calome* non neglecto *umbracula viridi*, medetur. Simu *unguentum* vel *emplastrum tartratis stibii* *potassae*, nuchae eousque sive illinitur, siv applicatur, donec pustulae solitae in conspe ctum veniant. Locis auribus proximis parcen dum, ne, visui succurrendo, auditui noceamus [5] Phlyctaenis et pustulis necdum adapertis, caveas ne irritantia aut adstringentia admoveas. Optim *collyrium ex decocto malvae* et *laudano*, tepid admovendum, conducit. Adapertis e contrario pu stulis illico ad *solutionem lapidis divini*, attame *sine* acetate plumbi, scrophulosis vix accommod to, recurrendum est. Ulcusculis rebellibus re

diti

5) Ex repetita irritatione cutis retro aures positae audit injuria infertur. (Cfr. C. XXI. §. CXVI. N. 6. (10.

ditis, oculis semel bisve de die *laudanum liquidum Sydenhami* [6]) ope penicilli illiniendum. Quo auxilio et adversus incipiens staphyloma utimur, non neglectis parvis *) *calomel* aut *aethiopis antimonialis* dosibus interne. Dum pus inter lamellas corneae obvenit, *scarificationes superficiales* levissima manu instituendae. Ad curam autem radicalem ophthalmiae scrophulosae obtinendam, ut diathesis scrophulosa sensim sensimque eradicetur, requiritur. Inter alia pharmaca huic scopo dicata, debitoque loco commemoranda [7]), maxime usum internum *muriatis calcis* [8]) commendabimus. Postremo sciendum, atmosphaeram puram, siccam, subcalidam, victum nutrientem, motumque corporis, fugam studiorum, ad ophthalmiam scrophulosam sanandam absolute requiri. Relicta oculorum sensibilitas morbosa, lotione *solutionis opii aquosae* abigitur [9]).

6) Loco opii Anglos *digitalis purpureae* infusum adhibere, Cl. Himly asserit (*Ophthalmolog. Bibl.*).

*) E. c. pro puero octo annorum *quartam partem* grani de die.

7) P. III. Vol. II. Cap. de scrophula.

8) R. Muriatis calcis drachmam unam. Solve in aquae destillatae uncia una. M. D. S. Ter de die a gutt. X—LX.

9) Pulchrum exemplum, consilium istud confirmans, narrat Delondre in *Journ. genéral de méd., de chir. et de pharmacie, T.* 58. p. 114. Cfr. Demours op. c. T. I. p. 250.

§. CI.

Ophthalmia venerea.

Generatim.

1. De ophthalmia venerea speciatim An-sius [10]), Camerarius [11]), Pflug [12]), et optim Swediauer [13]) ac Travers [14]) scripsere.

Species.

2. Tres agnoscit morbus ille species, quaru 1° *blepharo - ophthalmia a contactu;* 2° *bleph-ro - ophthalmo - blennorrhoea a metastasi*, et 3 *iritis a lue universali.*

Blepharo-ophthalmia syphilitica a contactu.

3. Admoto contagio, ex blennorrhoea ven-rea urethrae aut vaginae scaturientis, ope linte-rum vel digitorum, palpebris et oculis; saep levis inflammatio tarsorum vel conjunctivae ocu sequitur. Inflammatio istiusmodi facile auferti applicatione in primo limine, aquae frigidae cu nonnullis guttis *acetatis plumbi*, — serius, ni haec conducant, ea decocti *malvae tepidi* cu *laudano liquido Sydenhami*, ac tandem illa *coll-rii* cum *muriate oxygenato hydrargyrii* [15]). Ol

venie

10) Diss. de ophthalmia in genere, ejusque specie ven-rea dicta. Lugd. Bat. 1725.

11) Diss. de ophthalmia venerea et peculiari in ea op-ratione. Tub. 1734. Haller coll. diss. Pr. I. N. 1

12) Delineatio arthritidis et ophthalmiae syphilitica Havn. 1784.

13) *Practical observations on the obstinate and inve-rate venereal complaints. Lond.* 1784.

14) *On iritis* v. *Surg. Essays by* Astley Cooper *a* Benjamin Travers. Par. I. 2. edit. *Lond.* 1818.

15) R. Mercurii sublimati corrosivi granum unum aqu destillatae simplicis uncias quatuor. M. D.

venientibus ad tarsum simul, aut per se, *ulcusculis venereis*, si localia adhuc, *unguentum ophthalmicum rubrum simplex*[16]), illiniendum, alias morbus ut lues universalis curandus.

Blepharo-ophthalmo-blennorrhoea a metastasi.

4. *Blepharo-ophthalmo-blennorrhoea a metastasi* in viris juvenibus et plethoricis evolvitur, dum blennorrhoea urethralis syphilitica, qua laborabant, vel per refrigerationem subitaneam partium genitalium, vel per compressionem penis ope fasciarum, ad conspurcationem indusii evitandam, arcte nimis adhibitarum, supprimitur. Paucis tunc a suppressione blennorrhoeae urethralis horis, tumor inflammatorius valde dolens a palpebris ortum ducens conjunctivae oculorum rapide communicatur, quae membrana rubore et tumore aequali notata, circa corneam vallum efformat. Crescit interea oculorum dolor usque ad furorem cum summa lucis intolerantia. Palpebrae inferiores praecipue tumidae, ectropium exhibent. Undique ex partibus affectis lympha coagulabilis, Beerio teste[17]), *contagiosa* partim oculos inundans, partimque per genas depluens, pullulat. Mox cornea in consensum trahitur, in qua, sicuti in reliquis oculorum partibus, phaenomena generalia ophthalmo-blennorrhoeae[18]), cum visus jactura, celeriter sequuntur. Et autopsia oculo-

16) §. LXXX. N. 5. (7.).

17) Op. c. 1. *Th.* p. 542.

18) §. XCV.

oculorum *character venereus* blepharo-ophthalmo-blennorrhoeae vix eruitur; nisi quod ea magis quam blepharo-ophthalmo-blennorrhoea *inflammatoria* [19]) ad chemosin accedat. Attamen tumor conjunctivae circa corneam in vera *chemosi* durior ac rubrior est, quam in blepharo-ophthalmo-blennorrhoea venerea metastatica. - *Prognosis* hujusmodi morbi mature riteque curat haud omnino periculosa; secus autem rebus neglectis ac incongrue pertractatis; inprimis si agatu de aegro scrophuloso, arthritico, aut scorbutic Tunc enim mala, ex simplici inflammatoria blepharo-ophthalmo-blennorrhoea emergentia [20]) rapidissime succedunt. *Indicationes* binae sun nempe: 1° impetum inflammatorium ophthalmia temperare, ac 2° blennorrhoeam urethralem, cujus veluti vices palpebrae et oculi hic agunt, instaurare. Primae indicationi ut satisfaciamus, it plane incedendum, sicuti in cura blepharo-ophthalmo-blennorrhoeae inflammatoriae docu mus [21]). A mercurio hic nil ut specificum lui expectandum est. — Alteri indicationi vario pact satisfaciendum. Indagandum enim est, quali caussa suppressionis blennorrhoeae urethralis fuerit; num scilicet admitti debeat vehementissimus urethritidis gradus, omnem secretionem lym

pha

19) l. c.
20) l. c. N. 2.
21) l. c. N. 9.

phae coagulabilis recusans? numque cessatio perfecta status inflammatorii in urethra? Qua indagatione nil facilius, si ad urinae excretionem vel cohibitam vel liberam, nec non ad prostatae et vesicae urinariae conditionem plus minusve morbosam respiciatur. Blennorrhoeâ ob summum inflammationis urethrae gradum impeditâ, caveas ab irritantibus, sed applices praemissa venae sectione e saphena, perinaeo, copiosas *hirudines*, — cruribus, *cucurbitulas cruentas*, — peni, *cataplasma emolliens*, non neglectis simul *clysteribus oleosis*, *pediluviis acrioribus* (praesertim in arthriticis), *semicupiis* ac *emulsionibus* intus sumendis. Quodsi, suppressâ blennorrhoeâ, indicia continuantis inflammationis urethrae deficerent, illico recurrendum vel ad *injectiones acres* in urethram e. c. ex *solutione muriatis superoxygenati hydrargyri in aqua* [22]) vel ad *candelas* cum *unguento oxidum mercurii rubrum* continente [23]), illinitas, — vel tandem ad ipsam *blennorrhoeae contagiosae insitionem*.

5. *Iritis syphilitica* rubore pallido scleroticae orditur. Rubor iste circa corneam, quam instar annuli sat largi circumdat, profundior est, ac sensim sensimque versus angulos depertitur. Accedit

Iritis syphilitica.

22) e. c. unciae duas aquae cum tribus granis Mercurii sublimati corrosivi.

23) R. Butyri insulsi drachmas duas cum dimidio. Mercurii praecipitati rubri grana quindecim. D.

cedit et conjunctivae rubedo sub forma retis va
sorum sanguiferorum subtilissimi, evidentissim
circa corneam. Sub hoc rete sclerotica rubor
pallidiore notata translucet, quod inprimis, dun
bulbus oculi movetur, palam fit. Cornea splendo
rem et pelluciditatem amittit, quin opaca evadat
Et humor aqueus perturbari videtur. Evidentis
sime vero *iridis affectio* in conspectum venit
Fit enim ea magis magisque immobilis, pupill
angustatur, e medio oculi, sursum, nasum ver
sus recedit, ac formam rotundam cum angulat
commutat. Iridis tumentis ac antrorsum propul
sae color primum in circulo minori, dein i
majori, sicuti in aliis iritidis speciebus, aliena
tur. Quae singula lucis intolerantia, epi
phora (sub mutationibus temperaturae aucta) e
regionis supraorbitalis dolor, ab hora quart
pomeridiana ad mediam noctem usque terribili
ter saeviens, dein vero valde remittens, comi
tantur. Post unamquamque vehementissiman
hujusmodi dolorum accessionem iridis conditi
in pejus ruit, ac sensim sensimque filamenta alba
ex margine pupillae versus centrum superficie
anterioris capsulae decurrentia, multiplicantur
Nihil hinc mirum, si quaevis, sub cruciatibus per
acta, nox miserum caecitati propius ducat. Ne
glecta medela *condylomata* circa marginem pupil
larem aut ciliarem iridis, vel utrisque in loci
simul comparent, cameram anteriorem tandem

replen

replentia, iridemque evidenter repellentia [24]. Haud raro ulcera lardacea in cornea aut sclerotica, vel gummata et tophi ad orbitas et nasi radicem, superaccedunt. Tot tantaque mala in syphilide occurrere solent, dum oculi, vel ob vitium haereditarium, vel ob illorum quondam perpessos morbos, vel ob intensionem visus, vel ob allisionem ventus frigidi, vel ob hydrargyri abusum [25], jam antea labefactati fuerant. Ex quo patet iritidem syphiliticam saepe *morbum complicatum* sistere, de quo argumento infra [26]. *Prognosis*, quoad visum, in aegro, ab aliis morbis et praesertim ab usu nimio mercurii non inquinato, eousque bona institui potest, quousque neque filamenta illa alba, de quibus supra dictum est, pupillam occluserint, neque ulcera corneam destruxerint. In *cura* maxime ad *complicationes* respiciendum. Qua de caussa si iritis a rheumate excitata fuerit, aut in corpus robustum, haemorrhoidibus subjectum, incidat, et veluti malum acutum decurrat, ante omnia ad *hirudines* et reliquum *regimen antiphlogisticum* recurrendum, quin tamen in eo tempus hic pretiosissimum teramus. Quo citius enim id fieri potest, doloribus

24) Beer l. c. Tab. II, fig. 4.

25) Astley Cooper in *Surgic. Essays. P.* 1. 2. *Lond.* 1818. Cfr. Tab. 6. huic operi annexa, cum illa Beerii l. c.

26) §. CIV. N. 1.

bus prospiciendum. Ad quem scopum consequendum regioni supraorbitali quotidie horis pomeridianis *opium* cum *unguento hydrargyri griseo* [27]), illinitur, ac postridie mane ope lactis tepidi abstergitur. Nisi graves contraindicationes id impediant [28]), saltem ad periculum in mora abigendum, *muriatis superoxygenati hydrargyrii* quarta pars grani, bis de die, ad vesperas, cum *laudani liquidi* guttis quindecim intus, porrigitur. Alias *calomel* cum *opio* usurpandus. Oculos dolentes, rubentes, a luce tueri oportet nimia. Remittentibus vero dolore et rubore, primum ad *collyrium cum muriate superoxygenato hydrargyrii* [29]), dein, nisi ulcera corneae (solutione *lapidis divini* prius ad sanationem perducenda) obstent, ad *unguentum ophthalmicum rubrum mite*, perveniendum *). Recidivarum periculum, non nisi per syphilidis curam radicalem avertitur.

§. CII.

27) R. Opii puri grana quinque. Unguenti mercurialis fortioris scrupulum unum. D. tales doses N. octo. S. pro octo diebus.

28) Cfr. P. IV. Vol. II. Cap. de Lue.

29) §. CI. N. 3. (15.).

*) Sic Beerius docet. Ast crederem, ulcera corneae venerea, usui prudenti unguenti ophthalmici non obstare, et a lapide divino vix sanari posse. Interea tanti viri experientia sacra esto!

§. CII.

Ophthalmia scorbutica.

1. Vis *diatheseos scorbuticae* in oculos jam dudum animadversa [30]), maxime a BEERIO nostro, quatenus *ophthalmiam scorbuticam* statuente [31]), quam et DEMOURS [32]) admittit, demonstrata est. Generatim.

2. *Ophthalmia scorbutica* a rubore violaceo, super albugineam oculorum extenso, et lucis intolerantia orditur. Conjunctiva rete lividum [33]), aut subnigrum, vasorum sanguiferorum varicosorum, exhibet [34]). Cornea, splendorem amittens, illi cadaveris similis evadit. Iris, quamvis tumidula et corneae vicinior, non omnino distincta conspicitur. Haud raro sanguis, in camera anteriore oculi, sub conjunctiva et in palpebrarum contextu obvenit. Extravasatum illud visum auferre, sponte intelligitur. Quandoque sclerotica vallum circa corneam efformat [35]), et lacrymae, loturae carnis similes, per genas depluunt. Praeterea plurima Symptomata.

30) PAULINI obs. cent. IV. N. 11. HEISTER *Wahrnehmungen.* 2. *B.* *N.* 33. 263. *Breslauer Samml.* 1723. 1. *B.* p. 214. BISSET *med. Essays.* p. 119. BROWN in *med. Comm. von Edinb. Dec. II.* 2. *B.* p. 50. v. *Abh. f. pr. Aerzte.* 13. *B.* p. 64.

31) Op. c. 1. *Th.* p. 629.

32) Op. c. T. I. p. 205.

33) DEMOURS Tab. XXIII. fig. 1.

34) BEER l. c. Tab. III. fig. 5.

35) Idem ibidem. Tab. III. fig. 6.

plurima scorbuti symptomata generalia, inprimis epistaxis et ecchymomata, animadvertuntur.

Caussae. 3. Caussam peculiarem ophthalmiae scorbuticae, praeter noxas generales scorbutum excitantes, nequaquam deteximus.

Diagnosis. 4. Ne *ecchymosin traumaticam* [36]) cum *ophthalmia scorbutica* confundas, ad reliqua symptomata scorbuti respicere oportet.

Prognosis. 5. Ophthalmia, alienis a caussis in aegro scorbutico excitata, ac inde notas scorbuticas exhibens, facilius plerumque sanatur, ophthalmiâ directe ex vitio scorbutico evoluta. Pessimi ominis lucis intolerantia, et extravasatum cruentum in cavitate oculi habentur.

Cura. 6. Loco caloris sicci, a Beerio in ophthalmia scorbutica commendati [37]), oculis potius *aquam frigidam* pauxillo cum *aceto* admovemus. Praeterea si vires id ferant, primas vias *tamarindorum* ope leniter purificamus. Caeterum omnem in regimen antiscorbuticum ponimus spem. Ecchymoses oculi externae varii generis atque rebelles, per vapores ex aqua fervida, herbis aromaticis affusa, elicitos, et infundibuli ope parti affectae admotos, debellatos vidimus.

§. CIII.

36) Cfr. §. XCIII. N. 4.

37) l. c. p. 635.

§. CIII.

Ophthalmia plicosa.

1. Oculos in *plica* multum pati jam monuimus [38]), et plurima de eodem argumento infra obvenient. Hic tantum de *ophthalmia*, e *diathesi plicosa* pullulante, quaestio est. Notio.

2. Praeviis capitis cruciatibus, cum lucis intolerantia et epiphora, aut fluxu continuo seri e naribus, nonnulla inter vasa conjunctivae, cruoris circulo dicata, admodum varicosa redduntur. Decurrunt haec vasa sparsim, ex angulo praesertim interno oculi versus corneam, quin tamen eam plane attingant. Alia vero conjunctivae vasa, itidem, at minori in gradu, varicosa, quaeque sub palpebra superiori originem ducunt, ad medium corneae perpendiculariter ac serpendo descendunt. Cornea circa haec vasa quodammodo opaca ac interdum excrescentia sarcomatosa in medio insignita. Universa sclerotica livida, coloris plumbei. Eam inter et conjunctivam quandoque *vesiculae*, sero acri repletae, oriuntur. Pupilla nunc angusta, nunc dilatata, quo ultimo in casu fundus oculi colorem obscure viridescentem exhibet. Aeger maxime sub mutationibus atmosphaerae, inprimis flante vento patitur. Quo magis inde facultas videndi imminui incipit, eo crebrius lux morbosa, sub forma flammae, evolvi solet. Aegri quotquot fere sunt, trichiasin aut distichiasin prae Symptomata.

38) P. I. Vol. II. C. XXXVI. §. CXLIV. N. 2. (38—46.).

prae se ferunt. Palpebrae ad angulos oculi quandoque inter se concrescunt. Protrahuntur inde commissurae palpebrarum ad nonnullas lineas, quod efficit, ut palpebra superior arcuata reddita oculo formam plus minus rotundam conciliet. Nares siccae, interdum carie detentae. Curriculo quinque sex mensium et ultra, bulbus oculi tabescere incipit et magis magisque in orbitam, nasum versus, reclinatus, retractus, obvenit. Ne quid malorum desit, cancer palpebrae vel caruncula lacrymalis quandoque adsociatur. Ophthalmia plicosa uno in oculo ad fatalem deducta terminum, serius ocyus, alterum aggreditur oculum. Simul reliqua plicae symptomata, praesertim aurium molestiae, dolor epigastrii, haemorrhoides, alvi tarditas, et macies occurrunt.

Caussae. 3. Raro diathesis plicosa ita in oculos (quorum iris *saepe* circulum duarum linearum ad marginem ciliarem exhibere solet, illi similem, qui in arthriticis corneam amplecti solet [39])), irruit, ut *inflammationem* illorum producat, nisi caussae extrinsecae e. c. rheuma ad hoc concurrant, aut evolutio plicae per crinium resectionem impediatur, vel ipsa plica praepostere auferatur.

Diagnosis. 4. *Ophthalmia in plicoso* probe ab *ophthalmia plicosa* distingui debet. Interea compertum habemus, qualemcunque ophthalmiam, sive rheumaticam sive traumaticam, diu in plicoso perseveran-

39) §. XCVII. N. 4.

verantem, sensim sensimque characterem plicosum induere. Qui autem character residet: 1° in capitis dolore et intolerantia lucis, 2° in statu varicoso vasorum sanguiferorum oculi, 3° in livore fere plumbeo totius scleroticae, 4° in connubio cum trichiasi et distichiasi, 5° in narium siccitate et lacrymatione, et 6° in tabe oculi ejusque nasum versus retractione. Quodsi haec signa gentilitia ophthalmiae plicosae cum phaenomenis compares, quae oculi in lepra exhibent 40); opinionem nostram, *plicam esse morbum generis*

40) Hensler (*vom abendländisch. Aussatze. Hamb.* 1790. p. 137.) ait: „*Das Auge selbst bekommt ein wässeriges trübes, und das Weisse desselben ein dunkelbleiches Ansehen. Die Aederchen in den Winkeln auch auf der innern Fläche der Augenlieder laufen roth an. Das Auge thränet, und der Blick ist trübe.*" et p. 14. *Die Adern in den Ecken strotzen noch mehr von Blute, und dehnen die Winkel aus . . . . . es giebt dem Auge die Gestalt von Rundheit* (rotundatio) *die hier ganz charakteristisch ist, und für eins der gewissesten Zeichen geachtet wird (Signum maximum Ebn Roschid). Das Auge selbst sieht noch trüber, missfärbiger* (lividitas Hally Abbas) *aus . . . . Das Auge thränet fast immer und oft sind die dicken rothen Augenlieder umgekehrt* (inversantur). Cfr. p. 173. 350. 355. Et in append. excerpta continente. p. 6. 7. 13. 18. 33. 35. 45. 53. — Autor innominatus (v. Gesneri scriptor. de chir. opt. Tigur. 1555.) inter signa leprae recenset: 1° „Si oculi rotundantur et maxime versus domesticam partem (id est angulum nasi). 2° Si sit palpebrarum in-

generis leprosi[41]), magis magisque confirmatar invenies.

Prognosis. 5. Ophthalmia qualiscunque in homine pli coso si negligatur, vix sanationem admittit. Ider de ophthalmitide plicosa dicendum, nisi evoluti plicae in auxilium veniat. Interea quot no caecos *cum* plica vel optime evoluta conspexi mus! Reliquiae enim ophthalmitidis plicosae sun *pannus*, *cataracta* praecipue ea, quae *Morgagnia na* sive *lactea*[42]) dicitur, *glaucoma* et *amauro sis*[43]). Mirum hinc non est, tot caecos inte gentem Polonam exstare, quot vix alibi inve niuntur[44]).

6. *Cur*

flatio. 3° Si pili superciliorum cadunt et 4° apparen crevisse pili parvi et minuti, qui nisi ad solem viden tur (Distichiasis) 5° Si extractis pilis palpebrarun et superciliorum adhaereant illis veluti frustula carni 6° Si albugo sit tenebrosa et livida etc.

41) P. I. Vol. II. C. XXXVI. §. CXLVI. N. 1.

42) Lafontaine *chir. med. Abhandl. Polen betreffend Breslau* 1792. p. 72.

43) Ibid. p. 67.

44) „*In Polen wo es eine Menge unglücklicher Blinden giebt, und nur sehr wenige Wundärzte, welche diese Operation* (Cataracta) *unternehmen.*“ (Lafontaine op. c. p. 83.). „*Den grössten Haufen der Bettler machen die Blinden aus. Die Ursache wissen Sie bereits aus meiner Abhandlung vom Weichselzopf.*“ (Idem p. 175.). Cfr. Schlegel *üb. d. Ursachen d. Weichselzopfs. Jena* 1806. p. 169. Nihilominus *quis* contenderat, scholam ophthalmicam superfluam esse

6. *Cura* ophthalmiae plicosae secundum regulas, adversus ophthalmitidem arthriticam traditas, absolvitur. Sicuti enim hic podagram, ita plicam ibi evolvere studemus. In morbis plicosis oculorum, *complicationis haemorrhoidalis* summam rationem habendam et cautissime cum calore, pharmacis irritantibus atque causticis topice applicandis incedendum esse, experti sumus. Caeterum hanc ophthalmologiae partem adhuc in incunabulis latere, candide fatemur. Cura.

§. CIV.

Ophthalmiae complicatae et consensuales.

1. Nullibi momentum *doctrinae complicationum* magis elucet, quam in ophthalmiis. Bifaria vero hic expectanda est complicatio, altera quae *formam*, altera quae *indolem* morbi respicit. Quoad illam, cavendum, ne symptomata valde obvia attentionem medici a symptomatibus magis reconditis, ast saepe maxime essentialibus, deducant [45]). Ne erroris hujus particeps fias, interroga te ipsum, num vitium oculorum, quod in sensus cadit, de singulis malis, ab aegro accusatis, abunde ratio- Ophth. complicata.

Vilnae, ob id, quod morbi oculorum hic raro obveniant!! Bone Deus!

45) Exhibe tironi blepharitidem, iritidi junctam, ac verisimiliter blepharitis adeo illius attentionem occupabit, ut iritidem neglecturus sit.

rationem reddat nec ne? Quod si non reddat inquire ultra et reliqua invenies [46]). Nec diagnosis morbi unius oculi mentem medici in diagnosi alterius oculi instituenda praeoccupare debet. — Complicatio, quoad *indolem* morbi, nunc jam *initium* mali comitatur, nunc tantum sub illius *curriculo* comparet. Quo ultimo in casu difficillime ea eruitur, nisi morborum praegressorum summa habeatur ratio. Latens enim diatheseos cujusdam germen, saepe ingruente novo morbo evolvitur. Sic plurimae ophthalmiae primum simpliciter rheumaticae, dum in hominem incidunt, quondam vitio scrophuloso, arthritico, venereo mulctatum, neque radicitus ab illo liberatum, sensim sensimque characteris scrophulosi, arthritici, venerei etc. participes fiunt. Accidit tunc ut methodus antirheumatica effectu quidem non plane destituatur, at ad morbum omnino debellandum tamen impar evadat, nisi methodus scrophulae, arthritidi et syphilidi accommodata in usum deducatur. Accidit quoque, ut aegri evidentissime notas scrophulosas, venereas etc. exhibentes in ophthalmiam, sive inflammatoriam sive rheumaticam, incidant. Quod si tunc medicus illas tantum notas perpendat, hancque complicationem pra-

46) Aeger maculam corneae exhibet, partim tantum pupillae oppositam, et fatetur se plane nil videre. I... sane aperte docet, praeter maculam corneae aliud adhu... vitium, puta amaurosin, latere.

praetervideat, quot non medendi errores expectandi erunt [47])! Iidem errores expectandi forent, si ophthalmiam traumaticam in homine e. c. arthritico, solis remediis localibus aggredi vellet; remedia enim ista ophthalmiam traumaticam simplicem, in homine quidem antea omnino sano, debellarent, nunquam vero ophthalmiam complicatam in aegro arthritico.

2. Neque satis! Praeter ophthalmias traumaticas, praeterque ophthalmias ex variis diathesibus, earumque complicationibus ortas, aliae adhuc exstant ophthalmiae, in praxi summopere memorabiles. De *ophthalmiis* loquimur *consensualibus*. Consensus enim, quem oculi cum plurimis corporis humani partibus alunt, efficere potest, ut irritatâ qualicunque demum ex caussa unâ alterâve istiusmodi partium, oculi inflammentur. Quae observatio, relate ad ophthalmias gastricas verminosas jam allata, nunc ad alia organa extendenda est. Primum sese exhibent *dentes* et quidem *dentitio;* qua vigente plurimi infantes ophthal- Ophth. consensuales.

 miâ

47) Plus vice simplici vidi infantes scrophulosos in ophthalmias rheumaticas incidisse, quas simpliciter pro scrophulosis habitas, neglecta omni antiphlogistica methodo, illico cum unguentis ophthalmicis medici aggrediebantur, subsequente visus perpetua jactura. Hohnbaum ophthalmiam scrophuloso-rheumaticam adeo pro peculiari forma ophthalmiae scrophulosae descripsit! (Hufeland's *Journ.* 1816. *Aug.* p. 88.)

miâ laborare solent, alibi fusius describenda [48]. Nec desiderantur exempla ophthalmiarum a *dente* evulso [49], vel carioso [50], a *morbis maxillae* [51], *narium* [52] etc. Frequentius ophthalmiae cum *vitiis uteri* [53] cohaerent, ac in amenorrhoea [54] ortum agnoscunt.

§. CV.

De reliquiis ophthalmiarum.

Generatim. 1. Quamvis, sub ipsa ophthalmiarum descriptione, de *reliquiis* illarum quaestio fuerit; attamen plurimas earum speciatim et cuncta generatim ad trutinam vocare, perutile censemus. Sequenti id fiet ordine, nempe: de *reliquiis ophthalmiarum* I. *In cornea*; *a. ulcera* et *foveae. b. obscuratio* et *macula. c. leucoma. d. cicatrix. e. pannus. f. pterygium* et *g. hernia.* II. *In iride*; *a. pu-*

48) P. III. Vol. I. Cap. de dentitione difficili.

49) Ephem. Nat. Cur. Dec. II. An. X. obs. 62.

50) Pietsch *Journ. de méd. T.* 36. p. 534. Et *Journ. gén de méd. T.* 34. *Avr.* 1809. p. 395.

51) Soliscus Carmen de medico etc. Hist 2.

52) Nov. Act. Nat. Cur. Vol. VII. obs. 20.

53) Feminarum plurimae, quae venere abutuntur, conjunctivam oculi rubellam exhibent. Virginem novi, quae a sola cum viris societate, praesertim appropinquante menstruorum periodo, in oculorum ruborem incidit.

54) Hoffmann Med. rat. syst. T. 18. P. I. S. 2. C. 11. obs. 2. Saunders in *med. Comment. v. Edinb.* 3. *B.* p. 440.

a. pupillae defectus. b. pupillae angustatio. c. pupillae dilatatio. III. *In cornea et iride simul; a. synechia anterior. b. prolapsus* et *staphyloma iridis. c. staphyloma corneae.* IV. *In cameris; a. hydrops acutus, purulentus. b. hypopyon. c. hydrophthalmus. d. haemophthalmus. e. cataracta spuria.* V. *In capsula et lente; a. synechia posterior. b. cataracta.* VI. *In corpore vitreo; a. glaucoma. b. synchesis.* VII. *In retina et nervo optico; a. hebetudo visus. b. amaurosis.* VIII. *In bulbo oculi; a. varicositas. b. exophthalmus. c. tabes.*

2. De *ulceribus* et *foveis corneae* jam abunde disseruimus [55]). Foveae corneae.

3. *Obscuratio* et *macula corneae* ad reliquias communissimas ophthalmiarum, praesertim earum, quae in syphiliticis, plicosis et scrophulosis locum habent et ex trichiasi aut rheumate oriuntur, pertinent. Differt obscuratio a macula, quod *obscuratio* totam corneam, *macula* autem solam unam alteramve illius partem occupet. Origo obscurationis et macularum corneae potissimum in lympha aut affini humore, vigente inflammatione inter conjunctivam et superficiem corneae aut inter ipsas corneae lamellas deposita, nec non in ulceribus ichorosis corneae praegressis quaerenda est. Pars affecta veluti nebulosi quid exhibet (*nephelium, nubecula, macula pellucida* [56])) Obscuratio et macula corneae.

55) §. XCIV. N. 2. §. C. N. 1.

da [56]) cum colore in centro magis saturato. Immo in majore mali gradu centrum maculae quodammodo turget et albescit [57]), non sine visus hoc in loco interceptione (*achlys*, *achlyn*, *aegias*, *aegis*, *aegida*, *macula nubosa*, *nubes*). Nunquam vero in opacitate et maculis corneae cameris oculi aut iridi injuria infertur. Neque illis mederi arduum est, dummodo in homine vegeto, et in oculo varicositatis experte obveniant, ac diu in cura perseveretur [58]). Consistit autem ista in illinitione primum marginum palpebrarum, postea loci opaci corneae penicilli ope bis terve de die repetita, ab initio cum *unguento ophthalmico rubro miti* [59]), dein cum *fortiori illo* [60]). Cave hic a remediis emollientibus, utpote quae maculae limites extendant, statum varicosum vasorum sanguiferorum augeant, et ad pannum disponant. Latente vitio quodam universi corporis, illud

56) Beer op. c. 2. *Th.* Tab. I. fig. 5. a.

57) l. c. 6. „Si vero splendicans cicatrix in nigra oculorum parte fiat, partem aliquam nigredinis dealbat, adeo ut, si multo tempore permaneat, et aspera et crassa etiam memoriam sui relinquat." Hippocrates l. c.

58) „Caligines et nubeculae, et cicatrices subalbicantes *levigantur ac delentur*, si non vulnus aliquod in eo loco accesserit, aut prius cicatricem habuerit in hoc loco, aut unguem pterygion dictum." Hippocrates Praedict. L. II.

59) §. LXXX. N. 5. (7.).

60) §. LXXX. N. 5. (8.).

illud remediis internis, alias superfluis, aggrediendum.

4. Macula corneae, quae ex lympha coagulabili in massam firmam aut in pseudomembranulam coalescente fit, *leucoma* dicitur. Leucoma sub forma vel *cretae, corneae inspersae* [61]), (*albugo, paralampsis*) vel *margaritae, corneae inhaerentis* (*leucoma margaritaceum, perla*) apparet. Visum in loco affecto plane ablatum esse, sponte intelligitur. Leucomati ulcera purulenta corneae, praesertim ophthalmiarum scrophulosarum effectus, ansam porrigere solent. *Leucoma albugo* prognosin parum graviorem macularum corneae agnoscit. De *leucomate margaritaceo*, a *staphylomate partiali* probe distinguendo, fere desperandum, si aegri constitutio aut ab aetate aut a morbis labefactata fuerit, — si malum jam per menses plures exstiterit, — si vasa varicosa ex sclerotica venientia locum affectum circumdent, — sique cornea adeo tumeat, ut camera anterior oculi angustior evaserit, quod per inspectionem lateralem cognoscitur. Quoad *curam*, cave, ne leucoma immediate cum causticis aggrediaris. Enim vero causticis hic *emollientia* et *resolventia* praemittenda. Ad *emollientia* spectant 1° *axungia viperina, liquamen hepatis mustellae fluviatilis, oleum nucis juglandis*, (dummodo recentia et rancedinis expertia) corneae ope penicilli bis Leucoma.

61) Beer l. c. fig. 6. c.

bis quaterve de die illinita; 2° *mucilago seminum cydoniorum*, *decoctum malvae*, oculo decies et ultra de die instillata. 3° *Vapor aqueus*, infundibuli ope bulbo oculi admotus. *Resolventibus* adnumerantur 1. *Bilis bovina* aut *piscium*, cum aut sine *melle*. 2. *Extractum conii maculati*, ad scrupulum unum in drachmis duabus aquae destillatae simplicis solutum, oculoque instillatum. Si, sub usu protracto istiusmodi remediorum, leucoma immutabile persisteret, superficies illius cum acu cataractae operationi dicata *scarificanda* ac dein iterum ad remedia emollientia et resolventia recurrendum foret. Immutato sic colore mutataque consistentia leucomatis, via ad *caustica* patet. Incipitur ab *unguento ophthalmico rubro miti*, ascendendo ad *unguentum ophthalmicum rubrum forte* et dein sensim sensimque ad *unguentum ophthalmicum Hufelandi* [62]) et ad aliud *fortius adhuc* [63]), cui unguento, dum effectu destitui incipit, duo grana *pulveris* finissimi *vitri*, magno cum successu admiscentur. Potest medicus tandem leucoma et pulveribus aggredi, e, c. *pulvere sac-*

chari

62) Butyri vaccini recentis insulsi, cerae flavae, mercurii praecipitati rubri ââ drachmam unam. M. assidue f. unguentum. D. (Hyemali tempore unguentum istud ob duritiem vix usurpari potest).

63) R. Butyri vaccini recentis insulsi drachmas duas, Mercurii praecipitati rubri grana quindecim. Vitrioli cyprini pulverisati grana decem. Camphorae olei ovorum subactae grana quatuor. M. f. unguentum. D.

chari canariensis, aut *pulvere Baldingeri* 64), aut alio simili 65), oculo ope penicilli, pinguedine obducti, semel vel bis de die immisso. Quae si non juvarent, periculum cum *solutione* aut *lapidis infernalis* 66), aut *lapidis caustici chirurgorum* 67), aut *cadmii sulphurici* *), cum penicillo semel de die ipsi loco affecto illinita, institui posset. Leucomate ita ad formam simplicis maculae reducto, quinquies sexiesque de die oculo guttae binae *collyrii alicuius salini* 68) instillandae sunt.

64) R. Boli albae vel rubrae, cremoris tartari, sacchari albi ââ drachmam unam. M. f. pulvis subtilissimus. D.

65) R. Boracis veneti drachmam unam, limaturae stanni alcoholisatae grana decem, sacchari albi drachmas duas. M. assidue, ut fiat pulvis subtilissimus.

66) R. Lapidis infernalis grana duo. Solve in aquae destillatae uncia dimidia. D.

67) R. Lapidis caustici chirurgorum granum unum. Solve in aquae destillatae uncia dimidia. D.

*) Himly *Bibl. f. Ophthalmologie*. 1. *B.* 2. *St.* p. 408. R. Cadmii sulphurici granum unum. Aquae destillatae drachmas duas. M.

68) E. gr. I. R. Salis tartari grana duo, solve in aquae destillatae uncia una. D. II. R. Aquae rosarum uncias duas, sacchari albi, boracis veneti ââ drachmam dimidiam. Extracti aloes aquosi, extracti opii ââ grana sex. M. D. III. R. Salis ammoniaci, sacchari albi ââ scrupulum unum. Solve in aquae menthae piperitae uncia una. M. D. IV. R. Mercurii sublimati corrosivi granum unum. Opii electi gr. octo. Solve in aquae rosarum unciis duabus. M. D.

sunt. Vasis sanguineis tumidis, leucoma circumdantibus, haec vasa circum repetitis vicibus rescindenda sunt.

Cicatrix corneae.

5. Quodsi cellulosa, quae laminas corneae uno alterove in loco invicem jungit, a praevia inflammatione et suppuratione ita destructa fuerit, ut lamellae immediate inter se concreverint, *cicatrix* oritur visum in parte affecta auferens [69]. *Cicatrix corneae* est vel *simplex* vel *complicata*. Complicatur cicatrix cum *ambitu* vel *maculoso*, vel *leucomatoso*, vel cum utrisque simul. *Cicatrix simplex* colorem splendentem margaritae, margines circumscriptos, et centrum callosum exhibet. Forma cicatricis cernitur varia, ovalis scilicet, angularis (*c. dentata*), arcuata (*c. arcuata*), annularis (*c. annularis*), et linearis. Inspectio oculi a latere docet locum corneae a cicatrice detentum, nunc complanatum, nuncque depressum esse. Praeterea cicatrici corneae saepe *synechia anterior partialis* respondet. *Cicatrix corneae complicata* characteres cicatricis simplicis, illisque maculae corneae et leucomatis jungit. Macula vel leucoma raro cicatricem totam ambit, sed saepius in uno tantum latere conspicitur. Cicatrix complicata frequentius, quam simplex, synechiam anteriorem comitem agnoscit.

Absces-

69) „Necessarium est juxta ulcerum (oculorum) vehementiam cicatrices fieri." Hippocrates. Praedict. L. II.

Abscessum corneae purulentum aliquando sine cicatrice proprie dicta exsiccari posse, BEERIUS docet *). Tunc affectus locus prominet, omnino opacus est, et flavet. Flavedo vel continua, vel cum punctis cinereis intermediis, conspicitur. Abscessum corneae exsiccatum macula diaphana grisea ambire solet, nec raro illi synechia anterior socia invenitur. Quo casu excepto, sanationem ille plerumque admittit [70]. E contrario ars nil adversus cicatrices valet. Excisio cicatricis saltem, a nonnullis proposita [71], cum damno potius peracta est [72]. Interea licet ambitum illius sive maculosum, sive leucomatosum, si is aditui lucis ad pupillam obstaret, methodo adversus maculas corneae et leucoma commendata, nisi plane profligare, saltem imminuere. Abscessus corneae exsiccatus primum cum *emollientibus*, dein cum *unguento ophthalmico rubro miti*, interposita illinitione *laudani liquidi Sydenhami*, curandus. Et *lapilli* inter corneae laminas reperti sunt **).

6. Tur-

*) Op. c. 2. *Th.* p. 83. Tab. I. fig. 2.

70) „At ulcerum (oculorum) cicatrices, quibus nil aliud mali affuerit, omnes et a temporibus et ab arte opem ferre posse putandum est, maxime recentissimas et in juvenum corporibus." HIPPOCRATES Praedict. L. II.

71) DARWIN v. *Ophthalmolog. Beob. v.* HIMLY. 1. *St. Bremen* 1801. p. 141.

72) BEER l. c. p. 108. nota.

**) WARDROP, WALTHER, ANDERSON, v. HIMLY *opth. Biblioth.* 1. *B.* 2. *St.* p. 246.

Pannus. 6. Turgor conjunctivae oculi, quo loco ea non solum scleroticam sed corneam obducit, cum rete vasorum sanguiferorum, illi adspectum panni rubri conciliante, *pannus* dicitur [73]). Panno ansam porrigere solent ophthalmiae scrophulosae, plicosae, aut aliae in scrophulosis et plicosis locum habentes, neglectae aut male curatae; frequentissime vero trichiasis aut entropium *). Pannus ex hac caussa ortus, fugatis trichiasi et entropio, sponte evanescit. Sin minus, in homine caeterum sano, illinitione *laudani liquidi Sydenhami*, cui serius *balsamus vitae Hoffmanni* et tandem *aether sulphuricus* adduntur, tractu temporis sanari solet. Morbo rebelli facto, ad *pulverem Baldingeri* [74]) confugiendum. Res pingues pannus haud fert. E contrario multum lucri a recisione vasorum sanguiferorum, super corneam decurrentium, ope forcipis *Davielii* peracta, obtinetur. Recisio prope corneae limites instituenda, ac pluries repetenda. Videtur sic panno nutrimentum, quod a vasis sanguineis accipere solebat, detrahi. Aegro, praeter pannum, diathesi quadam laborante, regimen et pharmaca congrua exhibenda. Caeterum ne-

73) Id. ib. 1. *Th.* Tab. III. fig. 3. et 2. *Th.* T. IV. fig. 3.

*) §. LXXXIV. N. 9. 10.

74) Mirabilem terribilis panni sanationem in Clinico ophthalmico Vindobonensi sic fere omnino absolutam vidi.

ne credas, te unquam, post pannum, corneae consuetum illius splendorem restituturum esse.

7. Plica pyramidalis conjunctivae, apice corneam plus minus attingens, *pterygium* vocatur. Pterygium plerumque ex angulo interno oculi originem nanciscitur. Vidimus tamen, et ex angulo externo, quin immo sub palpebra superiori, ortum fuisse. Quocunque in casu ultra medium corneae non procedit. Visus hinc, (nisi forte duo pterygia uno eodemque in oculo adsint, ac in medio corneae cum apicibus sese invicem attingant [75]), haud multum impeditur. Pterygium aut pellucidum, instar veli tenuis, paucisque vasis cruentis notatum est (*pterygium tenue* [76])), aut densum, rubrum ac si fibris muscularibus instructum esset (*pterygium crassum* [77])). Caussa *pterygii* nequaquam in praevia ophthalmia (nisi forte in ea, contra quam nimia remedia emollientia usurpata fuerant) quaeri potest. Repetitur potius a laxitate conjunctivae palpebrae [78]). Liceret forte pterygium pro pseudomembrana, a diuturna et imperceptibili irritatione conjunctivae palpebrae orta, habere? Ipse saltem Beerius fatetur, se pterygium maxime in operariis, per totum vitae curri- Pterygium.

75) Tale exemplum Beer narrat op. c. 2. *Th*. p. 638.

76) Beer l. c. Tab. IV. fig. 4. Demours Tab. XL. fig. 1. 2.

77) Id. ibid. fig. 5.

78) Beer l. c. p. 638. 639.

curriculum demolitioni aedificiorum antiquorun intentis observasse [79]). Quomodo cunque res s habeat, id compertum habemus, pterygium nequ *carunculae lacrymali*, neque *membranae semilu nari* luxuriantibus adscribendum esse. *Pterygiun crassum* a *panno*, cum quo similitudinem quan dam alit, distinguitur, cum qualecunque ptery gium (inprimis si bulbus oculi versus originen illius convertatur) levi opere ope tenaculae attoll possit; nunquam autem pannus. Ad pterygiun quoque spectat *massa adiposa* (forte cellulosa quae in hominibus laxis super conjunctivam a angulum internum oculi evolvitur, rarissime co neae limites transgreditur, ac *pinguecula* seu *ptery gium pingue* salutatur [80]). Pterygii vero nome *non* merentur excrescentiae carneae [81]), seu fer cartilagineae [82]), quae super conjunctivam ve corneam aliquando evolvuntur. Pterygia quot quot sunt sanabilia [83]). Si *tenue* fuerit, peculiar *tenacula* [84]) firmatur, attollitur ac dein transver sim *lanceola* rescinditur. Nisi corrugatum ind pterygium sponte evanescat, methodus adversu maculas corneae commendata in usum deducen da. *Pterygium crassum* operatione chirurgica ma jori

79) l. c. p. 640.

80) *Fettfell.* v. Beer op. c. 2. *Th.* p. 645.

81) Demours op. c. Tab. XLI. fig. 2.

82) Idem ibidem. Tab. XXXIX. fig. 3.

83) Beer l. c.

84) Idem ibidem. 2. *Th. Instrumententafel.*

joris momenti [85]) auferendum. *Pterygium pingue* naturae committi potest, nisi deformitas inde orta timeatur, quo in casu, ut maculae corneae, cautissime curandum. Cura, adhibitis simul *scarificationibus* superficialibus massae pinguedinosae, celerius progreditur.

8. Quid *hernia corneae* (*ceratocele*) sit, jam dictum est [86]). Praeter *complicatam* illam, de qua monuimus, et *simplex* exstat; quae in lamella postica corneae, a vi humoris aquei antrorsum propulsa consistit, ac sub forma vesiculae aqueae semi-diaphanae, ad superficiem corneae prominentis, apparet. Origo ceratoceles simplicis origini ceratoceles complicatae plane similis; quaeri enim debet in ulceribus ichorosis corneae, nec non in conditione hujus membranae complanata et tenaci. Hernia corneae conspicua prolapsum iridis, ac deformitatem pupillae gignere potest. Quare semper cura illius, etiamsi ea sine superstite cicatrice corneae obtineri haud queat, tentari debet. Ad quem scopum consequendum oculo bis de die *solutio lapidis divini* instillatur, ac hernia cum *laudani liquidi Sydenhami* drachma una et *balsami vitae Hoffmanni* guttis decem, penicilli ope, tangitur. Methodus ista in ceratocele simplici sufficiens ad ceratocelen complicatam auferendam minime valet. Requiritur nempe hic, ut hernia **Hernia corneae.**

corneae

85) Idem ibidem. p. 643.

86) §. C. N. 2.

corneae cum *lapide infernali sicco* tangatur. De-structâ sic herniâ, *synechiam anteriorem partialem* minime evitari posse, sponte elucet.

Defectus pupillae.

9. *Pupilla deficere potest:* 1° ob *praesentiam membranae pupillaris* post octavum embryonis mensem [87]); 2° ob iritidem recens nati [88]); 3° ob solutionem corporis vitrei, aut illius jacturam per vulnera oculi, e. c. post cataractae operationem (*subsidentia pupillae*, *pupilla collapsa*); 4° ob inflammationem cavitatis oculi, marginibus pupillae inter se concretis (*atresia pupillae*); 5° ob iritidem praecipue veneream; 6° ob pus vel lympham coagulabilem, vel grumum sanguinis pupillam occludentia (*cataracta spuria*, *purulenta*, *grumosa*); 7° ob herniam corneae complicatam; 8° ob synechiam anteriorem et 9° ob staphyloma. A pupillae defectu ea corneae vitia distinguenda sunt, per quae pupilla, sine omni iridis vitio, solum ex longinquo obtegitur, ac sine omni propria culpa invisibilis evadit. Hujusmodi sunt: maculae et cicatrices corneae pupillae oppositae, aut corrugatio totius corneae. Maximi autem momenti est, determinare utrum visus ex occlusa pupilla perierit, an, praeter pupillae defectum, alia caecitatis caussa subsit, e. c. cataracta, glaucoma, amaurosis. Nisi anamnestica et perceptio lucis statum rerum indicent, nil difficilius dia-

gnosi

87) §. XCI. N. 1. (35.).

88) Beer op. c. 2. *Th.* p. 190. Nota.

gnosi istiusmodi complicationum [89]). Attamen ea desiderata et *prognosis* et *therapia* deficiunt. Haec in *pupilla artificiali* consistit, cui locus erit: 1° si caecitas nullam aliam, artis conamina eludentem, caussam agnoscat; 2° si visus, altero in oculo amissus, pupillae artificialis institutionem necessariam reddit; 3° si lucis perceptio, quoadusque fieri licet, adest; 4° si oculus a praevia inflammatione jam perfecte restauratus invenitur et 5° si aeger caeterum sanus, ac ab omni labe, praesertim scrophulosa, arthritica, plicosa, venerea immunis vivit. Tres pupillam artificialem instituendi *modi* existunt, nempe: 1° *per iridis incisionem* (*Coretomia*), 2° *per iridis excisionem* (*corectomia*) et 3° *per separationem iridis a ligamento ciliari* (*coredialysis*). Coretomiam a Cheselden propositam ac a Maunoir nuper commendatam [90]); Beerius plane rejicit [91]). Pro *corectomia* et

89) In clinico ophthalmico Viennensi Bohemam observavi, quae simul cicatrice corneae cum ambitu leucomatoso, atresia pupillae et cataracta spuria membranacea laborabat. Beerius ambitum leucomatosum cicatricis corneae ope causticorum fugavit, defectui pupillae per pupillam artificialem, ope corectomiae factam, succurrit, ac cataractam reclinavit. Aegra, oculo altero jam dudum destituta, illius, de quo sermo est, visum ad rudiora negotia perficienda, recuperavit.

90) *Mém. sur l'organisation de l'iris et l'opération de la pupille artificielle à Paris et à Géneve.* 1812. Cfr.

et *coredialysi* peculiares indicationes ipse stabili- vit, circa quae, nec non circa modum operatio- nes istas perficiendi, utpote objecto plane chirur- gico, ejus adire juvabit librum [92]).

Pupillae angustatio.

10. Post iritidem quandoque *angustatio pu- pillae* (*myosis*, *metosis cum akinesia iridis*) im- mobilitate iridis stipata, sine omni alio evidenti vitio oculi, relinquuntur. Hoc in malo pupilla situm normalem et formam rotundam retinet. Aeger etsi de visus labefactatione conqueratur, at tamen diurno tempore minora licet objecta distin- guere valet; appropinquante autem crepusculo aut nocte, si vitium utrumque oculum detineat gressus sine duce instituere nequit. Quamvis *hyoscyamus niger* *) et *atropa belladonna* in ge- nere

Medico-chir. Transact. Vol. 7. Part. 2. 1816. Et *Annali universali di medicina compilati dal Dr.* Omo- dei *Vol. VI. An.* 1818. *Maggio: Lettere del Prof.* Scarpa *al Prof.* Maunoir *concernenti l'operazion- del Sr.* Adams *sulla cataratta et sulla pupilla artifi- ciale.*

91) Op. c. 2. *Th.* p. 199.

92) l. c. p. 200. Cfr. Commentatio de coremorphosi si- stens brevem methodorum ad pupillae artificialis con- formationem hucusque adhibitarum adumbrationem novique ad irido-dialysin instrumenti descriptionem Auct. Wagner. Goett. 1818. Cfr. Schlagintweit *Ueber d. gegenwärt. Zustand der Pupillenbildung in Deutschland. München* 1818.

*) Lege de hoc argumento: Swieten Commentar. Vol. X. Wishart et Paget in *Edinburgh med. and*

nere virtute iridis contractionem promovendi [93]) hincque pupillam dilatandi gaudeant; nihilominus adversus angustationem pupillae et rigiditatem, de qua loquimur, nil hucusque praestiterunt, quod cum et de aliis remediis valeat, malum hoc adhuc pro insanabili declarare coacti sumus. Quocunque in casu, cum applicatione topica atropae belladonnae caute incedendum, ne iris inde paralytica fiat *).

11. Vitium praecedenti oppositum *mydriasis* est, dilatatio scilicet et immobilitas pupillae, *perstante caeterum visu.* Quamvis mydriasis vix reliquiis inflammationum adnumerari possit, ac magis ad genus amauroseos spectet, attamen de ea, cum quaestio de conditionibus morbosis pupillae sit, mentionem injicere debuimus. Rudimenta doctrinae mydriasis apud Graecos jam inveniuntur, testantibus ORIBASIO [94]), AETIO [95]), PAULO AEGINETA [96]) et ACTUARIO [97]). Inter recentiores de mydriasi scriptores, DEMOURS pa- Pupillae dilatatio.

 ter

surg. Journ. Vol. IX. 1813. RUNGE in HIMLY's *Bibl. f. Ophthalmologie.* 1. *B.* 2. *St.* p. 416.

93) DEMOURS op. c. T. I. p. 260.

*) DARIES diss. de belladonna in BALDINGER sylloge selector. opuscul. Vol. II. p. 88.

94) Synopsis. Lib. VIII. C. 44.

95) Tetr. Lib. II. Serm. II. C. 52.

96) De re medica. Lib. III. C. 22.

97) Method. medendi. Lib. II. C. 7.

ter [98]) et filius [99]) excellunt, cui ultimo pulchram hujus morbi debemus depictam imaginem [100]). Pupillae color normalis cernitur [1]). Aegri mydriasi detenti magnam lucem respuunt, ac sub crepusculis melius vident [2]). Objecta illis minora apparere solent [3]). Caussa mydriasis in affectione morbosa nervorum ciliarium locatur. Cujus affectionis sedes quaeri debet vel in cerebro, vel in ganglio ciliari, vel in nervorum ipsorum curriculo aut fine. Excitatur talis nervorum ciliarium affectio aut per violentias externas aut per narcotica, quod GALENUM non latebat [4]). Re ipsa mydriasis nobis videtur status ille nervorum ciliarium, qui in nervo optico amaurosis dicitur, hinc *amaurosis ciliaris.* Quae opinio ex ipsa curandi ratione, utpote illi amauroseos plane simili

98) *Observations insérées à la fin du prémier vol. de la traduction de Essais et observ. de méd. de la Soc. d'Edinbourg.*

99) Op. c. T. I. p. 433—451.

100) Op. c. Tab. XX. fig. 2.

1) „Quum pupillae color nihil immutatur, sed multo, quam naturaliter esse consuevit, est latior ..." ORIBASIUS l. c.

2) FEL. PLATER. Lib. I. de funct. laesion. C. 7.

3) ORIBASIUS l. c. „Aliquando tamen vident, verum obscure et quae videntur ab ipsis *omnia minora putantur.*" AETIUS l. c. SCHEID hoc phaenomenon explicare sategit. v. Visus vitiatus. Sect. II. §. 17. Cfr. DEMOURS op. c. T. I. p. 442.

4) De methodo medendi. Lib. III. C. 11.

mili, confirmatur. Visui succurritur in mydriasi, si aeger per chartam parvo foraminulo instructam objecta intueatur.

12. Concretio iridis cum cornea (*synechia anterior*) nunc in *toto ambitu* harum membranarum, nunc in *maxima earum parte*, nunc in *uno tantum loco* contingit. De concretione plus minus universali iridis cum cornea, mox infra de *staphylomate* agendo sermo erit. Hìc tantum de concretione, unum illarum locum occupante, quaestio est. Locus iste nunc marginem pupillae, nunc aliam iridis portionem respicit. Utroque in casu talis concretio, inprimis, si ea a cicatrice corneae, ambitu leucomatoso conspicuo instructa, cooperiatur, quamvis oculus e latere, ut suadent, examinetur, difficulter cognoscitur. Quaevis ophthalmia externa, quae in ulcus penetrans corneae desinit, synechiae anteriori partiali ansam porrigere potest. Sauciata enim cornea, humor aqueus iridem antrorsum propellit, quae, margines ulceris corneae attingens, per inflammationem lentam cum iis concrescit. Tentamina synechiam anteriorem partialem operatione chirurgica auferendi, vana hucusque fuere, nec suadet ea Beer [5]). **Synechia anterior.**

13. *Iris* vel in sacculum herniosum corneae, (*hernia corneae complicata*), vel per foraminula corneae exulceratae, (*staphyloma iridis*) prolabitur. **Prolapsus et staphyloma iridis.**

5) Op. c. 2. *Th.* p. 266.

tur. Dum staphyloma iridis fugata plane ophthalmiâ relinquitur, forma illius ab ea, quae curriculum ophthalmiae comitabatur, differt. Hic enim iris nuda conspicitur, ibi jam pseudo-lamella corneae obtegitur. Generatim staphyloma iridis, ophthalmiae praegressae effectus, signis sequentibus cognoscitur: 1° Prominentiâ rotundâ tuberculosa, colorem iridis exhibente ad corneam; 2° circulo albescente prominentiam illam circumdante et 3° pupillâ e loco remota, quandoque obliterata. Haud raro staphyloma iridis cum *corrugatione corneae* societatem init. Dum iris per plura ulcera corneae prolabitur, malum *staphyloma iridis racemosum* [6]), alias, ut monuimus [7]), *myiocephalon* [8]), *clavus* [9]), *melon* [10]) nuncupatur. Prolapsus qualiscunque iridis aliter sanari haud potest, nisi relictis synechiâ anteriori partiali et cicatrice corneae. *Staphyloma racemosum*, praecipue antiquum et in oculo varicoso obveniens, *noli me tangere* constituit. Alias portio, aut portiones iridis prolapsae *lapide infernali* sicco aut

6) Germ. *Traubenstaphylom.* V. Beer op. c. 2. *Th.* Tab. I. fig. 1.

7) §. C. N. 2.

8) Germ. *Mückenkopf.* Beer l. c. fig. 2. Gall. *tête de mouche*, v. Demours op. c. Tab. XXXII. fig. 2. et 3.

9) Beer l. c. fig. 3. Demours op. c. Tab. XXXIII. fig. 2.

10) Beer l. c. fig. 4. Demours op. c. Tab. LX. fig. 2.

aut *butyro antimonii* (cujus gutta specillo metallico nodulo ad apicem instructo suscipitur, ac loco affecto applicatur, instillando dein illico in oculum aquam tepidam) tangi possunt.

14. Staphylomatis corneae nomen protuberantiae circumscriptae corneae, opacae redditae et cum iride concretae, imponimus [11]). Quod malum nunc totam corneam (*staphyloma corneae totale*), nunc partem illius (*staphyloma corneae partiale*) occupat. Staphyloma corneae generatim.

15. *Staphyloma corneae partiale*, nisi id, quod rarum est, totum marginem pupillarem includat, visum haud plane tollit. Nihilominus, praeter deformitatem, graves inde molestiae, ut stillicidium lacrymarum, dolor sub motu oculi, ruborque illius oriuntur. Morbo, de quo agitur, ophthalmiae scrophulosae et variolosae ansam porrigunt; dum scilicet plurimae pustulae corneae, ophthalmiarum illarum comites, invicem confluunt, abscessum constituunt, qui in cavitatem oculi disruptus, effluxui humoris aquei et appropinquationi iridis ad corneam, locum concedit. Staphyloma corneae partiale.

11) „*Pour bien comprendre la formation du staphylome de la cornée, on peut prendre la vessie d'un animal, la remplir d'eau, et après l'avoir liée solidement detruire dans un point plus où moins étendu et par un procédé quelconque, une partie de couches membraneuses dont elle est composée. On pressera cette vessie, et on verra une protubérance se former à l'endroit affoibli.*" DEMOURS op. c. T. I. p. 310.

cedit. Ne *staphyloma corneae partiale* cum *leucomate margaritaceo* confundas.

Staphyloma partiale.	*Leucoma margaritaceum.*
1. Diameter ad minimum duarum vel trium linearum.	1. Diameter ad minimum lineae unius et semis.
2. Color sx albo griseus.	2. Color cretaceus, margaritaceus.
3. Cornea cum iride in toto staphylomatis ambitu concreta.	3. Cornea cum iride vel plane non, vel in uno tantum puncto, concreta.
4. Camera anterior vel deficit vel valde angusta est.	4. Camera anterior vix angusta.
5. Cornea versus staphyloma conica evadit.	5. Cornea circa leucoma normalis.

Staphyloma corneae partiale, et felicissimo in casu, nunquam sine cicatrice corneae sanari potest. Si visus non plane deletus fuerit, et oculus omnis varicositatis expers [12]) sit, saltem progressui morbi ac deformitati occurritur, si, separatis prius palpebris, parti superiori et mediae staphylomatis, gutta *butyri antimonii*, ut supra suasimus [13]), applicetur. Oritur inde eschara alba

12) Oculus enim varicosus *noli me tangere* sistit.
13) N. 13.

alba ac inflammatio, quo facto oculo summa quies concedenda est. Serius caustici applicatio repetitur, ac sic plurimis vicibus, interposita semper quiete, donec prominentia corneae ablata fuerit. Ab unguentis ophthalmicis abstinendum.

16. *Staphyloma corneae totale* vel ab universa superficie corneae sub forma *globosa* elevatur (*staphyloma corneae totale sphaericum* [14])), vel corneam sub forma *coni* prominentem exhibet (*staphyloma corneae totale conicum* [15])). Docente Beerio [16]) in staphylomate *conico* iris non solum cum cornea concreta est, sed et ex posteriore illius superficie, uvea scilicet, pseudomembranulae versus superficiem anteriorem capsulae lentis decurrunt, quorum ope synechiae posterioris species gignitur, deficiente sic camera posteriore oculi et exsiccatis fontibus humoris aquei. In staphylomate sphaerico e contrario, camera posterior oculi et fontes humoris aquei in statu normali reperiuntur. Haud mirum hinc est corneam cum Staphyloma corneae totale.

14) Beer op. c. 2. *Th.* Tab. II. fig. 4. Demours op. c. Tab. LX. fig. 1. 2. 3.

15) Beer ibid. fig. 5. Demours op. c. Tab. LVII. fig. 1. 3.

16) *Ansicht der staphylomatösen Metamorphosen d. Auges. Wien* 1806. op. c. 2. *Th.* p. 213. Pulcherrima praeparata anatomico-pathologica in *Museo Beeriano ophthalmologico* collecta, auctoris doctrinam demonstrant. Cfr. Kelch *Beyträge z. patholog. Anatomie*, 4. *Abschnitt*.

cum iride, ab humore isto protrusas, tumorem longe ampliorem exhibere, quam ille est, qui in staphylomate conico animadvertitur. Immo tanta aliquando obvenit in staphylomate sphaerico corneae extensio, ut haec membrana tenuissima et quodammodo diaphana evadat, ita ut aeger se visum recuperasse sibi gratuletur. At brevi post *ruptura oculi* (*Rhexis oculi*) sequi solet. Staphylomati corneae totali, quondam ex variolis communissimo, nostro aevo quandoque ophthalmoblennorrhoea, et ophthalmia scrophulosa, ansam porrigere solent. De visus instauratione in staphylomate corneae totali ne quidem cogitandum est. Agitur hic solum de abigenda difformitate et de praepediendo transitu morbi in exophthalmiam cancrosam: qui transitus quam maxime timendus est, si oculus staphylomate totali prehensus vasa varicosa exhibeat, si a ciliis palpebrae inferioris continuo irritetur, sique palpebrae jam amplius claudi nequeant [17]). Qua de caussa tali sub rerum positione citissime ad *operationem staphylomatis* [18]) perveniendum. Nil enim a butyro anti-

17) Demours op. c. Tab. LXI. fig. 1.

18) Beer l. c. p. 217. 221. Die 31. Jul. 1817. staphyloma totale corneae sphaericum, ex variolis ortum ducens, a Beerio (operationem hanc pro 217. vice perficiente) dexterrime ablatum vidi. Pseudomembrana hic generata, rubra, formam epiglottidis exhibens, inter palpebras prominebat. Sensim vero pseudomembrana ruborem amisit, inter debitos limites rediit, ac semi-

antimonii et a scarificationibus staphylomatis expectandum est. Fugato staphylomate saepe pseudomembrana semi-pellucida corneae vices fungitur [19]). Si lens crystallina et corpus vitreum (quae saepe conservantur) exirent sub operatione; palpebrae tunc saltem claudi possent atque applicatio oculi artificialis facile locum inveniret. De morbo corneae, qui *staphylomatis pellucidi conici* nomen obtinuit, infra *) quaestio erit.

17. *De hydropis acuti purulenti oculi* [20]) origine jam egimus [21]). Effectum enim sistit inflammationis partis internae oculi, reliquarum inflammationum instar *lympham coagulabilem secernentis.* Patet hinc talem hydropem purulentum oculi plane ab *hypopyo*, id est, ab effusione *puris ex abscessu*, sive externo sive interno, in cavi- **Hydrops purulentus oculi et hypopyon.**

pellucida reddita, corneae figuram aemulabatur. Cfr. Chelius *üb. d. durchsichtige Hornhaut d. Auges, ihre Funktionen u. krankhafte Veränderungen. Karlsruhe* 1818.

19) Oculum regenerari posse exemplo luculentissimo comprobare satagit (Loeffler *Beyträge z. Wundarzneyk.* 1. *B.*), at verisimiliter pseudomembrana corneam aemulans i li imposuit.

*) §. CXII. 2. *).

20) De praesenti argumento legatur praecipue Mauchart, Diss. de hypopyo. Tub. 1742. v. Haller coll. diss. chir. III. T. N. 30. et altera ejusdem auctoris: de empyesi oculi, sive pure in secunda oculi camera stagnante. Tub. 1742.

21) §. XCV. N. 4.

cavitatem oculi, distinguendum esse. Eaden enim hic differentia invenitur, uti inter hydropen purulentum pectoris et empyema. Nec alia dif ferentia inter blepharo-ophthalmo-blennorrhoean et hydropem oculi acutum purulentum existi nisi quod ibi lympha coagulabilis per genas ruit hic autem in cavitate oculi colligitur. Quod s arrideat, hydropem purulentum oculi nomine hy popyi spurii salutare, libenter accedimus, at no vice versa. Pus enim ex abscessu in cavitaten oculi effusum *verum* sistit *hypopyon*, speciem sci licet legitimae phthiseos oculi. Quoad diagnosi *hydropis acuti purulenti* et *hypopyon* sciendum illum derepente oriri ac tantam copiam liquid morbose secreti exhibere, ut bulbus oculi vald turgeat; hypopyon autem praeviis signis abscessu oculi locum habere, et ex paucis tamen gutti puris effusi constare. Ne hydropem purulentum oculi et hypopyon cum *maculis corneae* confun das, consilio jam Morgagnii [22]), oculum ex late re aspice. A *cataracta Morgagniana hydrop purulentus* et *hypopyon*, habita ratione curriculi morbi et sedis (cataractae scilicet retro pupillam), distinguuntur [23]). Hydrops acutus purulentus oculi saepius sanatur, non ita hypopyon, in quo, praeter pus extravasatum, devastationes ab abscessu ortae perpendi debent. In *hydrope acuto purulento*

22) De sede et causs. morborum. Epist. XIII. N. 24.

23) Leporin Diss. de hypopyo. Goett. 1778.

ulento oculi incipiente, ne ob id, quod materies purulenta in oculo prodit, a methodo antiphlogistica, jure commendata [24]), abstineas. Sicuti enim methodus ista in blepharo-ophthalmo-blennorrhoea indicatur, ita et hic. Interea non solum resolutioni inflammationis, sed etiam absorptioni lymphae coagulabilis extravasatae studendum est. Mirum in modum huic scopo respondent *calomel* [25]), frictiones ex *unguento mercuriali cum digitali* [26]) ad regionem supraorbitalem; *infusum digitalis* [27]) et maxime *decoctum radicis polygalae senegae* [28]), non neglecto *amplo vesicatorio* ad nucham; quorum remediorum scilicet ope, hydropem purulentum plus vice simplici sine operatione debellavimus, debellarunt et alii [29]). In hypopyo e contrario, quoties id fieri potest, puri, per corneae sectionem [30]), exitus procurandus, ac vires aegri cibis nutrientibus, vino, et tonicis, prae-

24) A Cl. Scarpa l. c.

25) Bruel in Hufeland's *u.* Himly's *Journ.* 1809. *Oct.* p. 93. ad granum unum omni hora et ultra.

26) R. Unguenti mercurialis drachmas duas. Pulveris digitalis purpureae drachmam unam. M.

27) Autenrieth Diss. de neuralgia coeliaca. p. 28.

28) Wendt *Annal. d. klin. Instituts in Erlangen.* 1. *Heft.* Cfr. Goedlin diss. de hypopyo. Erl. 1800.

29) Fischer de hypopyi curatione sine operatione chirurgica.

30) Volumen corneae quadruplum fieri posse testatur Beer p. 617.

praesertim *cortice cinchonae*, radice *acori calami*, cui *aether sulphuricus* addi potest, erigendae. Utroque in morbo, oculo *laudanum liquidum Sydenhami* illinire minime nocebit.

Hydrophthalmus generatim. 18) *Hydrophthalmus* [31]) augmentum morbosum humorum in oculo contentorum significat. Respicit hinc vel *humorem aqueum* [32]), vel *humorem vitreum*, vel *utrosque simul*. *Hydrophthalmus* ex *augmento humoris aquei* cum presbyopia et extensione corneae [33]) incipit, quae membrana re ipsa vix opaca fit, sed talis, ob turbatum humorem aqueum, apparet. Sclerotica circa corneam livida uti in recens natis. Iris, sese movendi facultatem amittens, colorem obscuriorem inducit. Camera anterior oculi longe amplior. Aeger non nis

31) Legi merentur MAUCHART diss. de hydrophthalmia seu hydrope oculi. Tub. 1744. in HALLERI collect. disp. chir. T. I. N. 28. CARTHEUSER diss. de hydrophthalmia. Argent. 1762. HEISTERS *med. chir. Wahrnehm.* LOUIS in *mém. de l'ac. de chir. T. V.* RICHTER *Anfangsgr. d. Wundarzneyk.* 3. B. CAMPER in *hist. de la Soc. R. de méd. de Paris.* 178 *Mém.* p. 46. v. *Abh. f. pr. Aerzte.* 16. *Th.* p. 46 SACHTLEBEN *Klinik der Wassersucht.* p. 444. BEE l. c. 2. *Th.* p. 616. 629.

32) In statu sano humor aqueus guttas quinque non excedit. VOIGTEL *Path. Anat.* 2. *Th.* p. 100. De analysi chemica humorum oculi vide ORFILA *élémens de chimie méd. Paris.* 1817. 3. *partie. chap.* 3. *sect.* et DEMOURS op. c. Vol. I. p. 40. sq.

33) DEMOURS Tab. LXI. fig. 3. Cfr. §. CXII. 2. (*).

nisi de sensu ponderis et tensionis in bulbo oculi conqueritur. Motus oculi continuo segnior evadit, ac visus plane deletur. Universus oculus durior. *Hydrophthalmus* ex *augmento humoris vitrei* orditur tumore conico oculi, illico immobilis, cum duritie lapidea. Saepe strabismus ad superiora [34]). Cornea, pelluciditatem consuetam retinens, sphaerica evadit. Sclerotica circa corneam livida, veluti conspurcata, aeger myops factus. Camera anterior oculi, iride corneam versus propulsa, fere evanescit [35]). Iris colorem normalem servat. Aeger dolore summo, ad cerebrum, dentes, et collum propagato, excruciatur, neque ciborum desiderio, neque somno fruitur. *Hydrophthalmus mixtus* symptomata ambarum specierum, quousque id fieri potest, juncta exhibet. Oculus hic maxime varicosus fit, ac volumen illius adeo crescit [36]), ut, oculo bovillo similis, nomen *Buphthalmi* [37]) acceperit. CHESTON [38]), ex oculo hydropico quinque uncias seri manare vidit. Praeter caussas generales hydropis

34) SAUVAGES Nosologia. T. I.

35) TERRAS in *Journ. de méd. chir. et pharm. T.* 45.

36) Ad magnitudinem ovi gallinacei extensum oculum describit GENDRON *mal des yeux. Vol. II.*

37) GERM. *Ochsenauge.* DEMOURS op. c. Tab. LXII. fig. 1. 2.

38) *Patholog. Untersuchungen u. Beobachtungen übers.* v. SCHERF. p. 151.

dropis [39]), non excepta inflammatione [40]), hydrophthalmo ansam porrigunt: quoad *humoris aquei* augmentum, — impetigines praesertim capitis, praepostere sanatae, epistaxis cohibita [41]), morbique viscerum abdominalium [42]), — quoad *humorem vitreum* scrophula, syphilis, abusus mercurii [43]) et quoad *utrosque humores*, praeter allatos morbos, scorbutus. *Hydrophthalmi* prima species adhuc incipiens, et in homine caeterum vegeto, curam aliquando admittit. De secunda specie fere desperandum. Buphthalmus ab exophthalmia carcinomatica excipitur, mortis nuntio. Nec desunt *oculi disrupti* [44]), iterumque repleti [45]), exempla. Quandoque orbita simul carie detenta [46]). Cura *hydrophthalmi* secundum regulas generales hydropi medendi et secundum caussas speciales inchoanda

39) P. I. Vol. II. C. XLI. §. CLXIX.

40) Ex ophthalmia hydropem oculi vidit BLANCARDUS (op. p. Vol. II. C. 13.), ut mirer BELLIUM (l. c. T. 3. p. 219.) hanc originem negare et BEERIUM eam silentio praeterire.

41) TULPIUS obs. med. Lib. I. C. 28.

42) BONETUS medicina septentrionalis. L. I. Sect. XXII. C. 64.

43) ROWLEY *Abh. v. d. vorzügl. Augenkrankh.* p. 210.

44) CALLISEN *Anfangsgr. d. Chirurgie.* p. 382.

45) Chirurgus Ticinensis GIANI retulit patri meo se oculum hydropicum sponte disruptum atque de novo aquis repletum vidisse, quod certe de prima hydrophthalmi specie intelligendum est.

46) CHESTON l. c.

choanda est. Humore ex retropressis impetiginibus abundante, earum restitutio vel saltem *vesicatorium* 47) aut alia *ulcera artificialia* 48) locum obtinent, non neglecto usu interno *camphorae* et ulphuris aurati antimonii.* Morbo ex suppressa epistaxi orto, hirudines naribus admove In hydrophthalmo qualicunque ex vitio scrophuloso, yphilitico orto, *digitalis purpurea et calomel* nultum promittunt. *Supertartratem potassae* um *borace* commendat Beer 49). In morbo reenti oculis *sacculi ex herbis aromaticis* imponi ossunt, adhibitâ simul frictione regionis suprarbitalis cum *unguento mercuriali.* Si oculi tenio necdum conspicua foret, varia *collyria a* Monoo 50) proponuntur. *Humor aqueus* abundans 1 oculo haud varicoso, aegroque, caeterum sano, ictâ incisione perpendiculari corneae ope lanceoe in distantia semilineae a sclerotica, educi otest 51). Sanatio vulneris, margines illius quo- tidie

47) Heister Praelect. chirurg. T. I. p. 593.

48) Valde a Calliseno commendantur l. c.

49) l. c. p. 620.

50) On dropsy §. 104. R. Aluminis, vitrioli albi ââ grana quatuor. Solve in aquae unciis tribus. D. S. Linteis suscepta oculo affecto cum compressione admovetur. Vel R. Florum chamomillae, rosarum rubrarum ââ uncias duas. Coque cum vino rubro, ut fiat *epithema.*

51) Sicuti in operatione cataractae incedendum esse docet Frank Prax. II. I. 2.

tidie elevando, impedienda. Quae operatio quandoque viam diureticis parat. Humor vitreus aliter abigi haud posset, nisi secta cornea uti in cataracta, eoque cum lente educto. Alia tentamina [52]) praesertim *punctura ope acus tricuspidis* [53]), *setaceum* [54]), *sternutatoria* [55]), periculosa sunt.

De oedemate corneae, conjunctivae et hydatidibus oculi.

19. Silentio praeterire nequimus *oedema corneae* [56]), *conjunctivae* [57]) et *hydatides oculi* variis partibus adhaerentes [58]), quamvis quid istis malis, praeter lenes *scarificationes*, et applicationem remediorum, adstringente virtute praeditorum [59]) opponendum sit, ignoremus.

20

Adams *The Journ. of science and the arts. Lond.* 1817. N. 4.

52) Lege de iis Platnerum Inst. chir. §. 754. Nuckium Lib. de duct. ocul. aquos. p. 126. Bell *Wundarzneyk.* 3. *T.*

53) Bell l. c.

54) Ford. in *medical communications. Vol. I.* v. Blumenbach's *med. Bibl.* 2. *B.* p. 359.

55) Richter l. c. p. 400. ea jam vituperat.

56) Rose de morbis corneae ex fabrica ejus declaratis Lips. 1767.

57) Tale oedema sub nomine hydropis tunicae adnatae describit Frauendorffer in Eph. Nat. Cur. Dec. III An. 3. obs. 3.

58) Boerhaavius ejusmodi hydatides ad corneam descripsit, quas sola punctione sanavit. (Praelect. in inst. med. Edit. Halleri Comment. in sect. 307.).

59) R. Pulveris sacchari saturni, salis ammoniaci āā gr. vj aquae rosarum uncias duas. M. f. Collyrium (Monro l. c. §. 169.).

20. *Haemophthalmus*, seu collectio sanguinis in cameris oculi, haud raro ophthalmias traumaticas et scorbuticas comitatur vel sequitur. Observatus quoque est post sternutationem [60], et post reclinationem corporis antrorsum [61]. Frequentissime vero haemophthalmus post operationes pupillae artificialis et cataractae occurrit. Absorptio cruoris in cameris oculi plerumque a natura, aliquando mirabili celeritate [62]) perficitur; ac revera, paucis casibus exceptis, leve sisteret malum, nisi periculum relicti *grumi*, pupillam occludentis, minaretur. Absorptionis opus quandoque ab *infuso foliorum digitalis purpureae* aut a *decocto florum arnicae montanae*, tum intus, tum extus super oculum usurpatis, promovetur. Haemophthalmus.

21. *De cataracta spuria*, ophthalmiarum effectu, alibi [63]) sermo fiet. Cataracta spuria.

60) Houttuyn *mém. de l'ac. R. des sciences.* 1769. p. 43. *Samml. f. pr. Aerzte.* 1. *B.* 2. *St.* p. 67. Cfr. Richter's *Chir. Biblioth.* 4. *B.* p. 179.

61) Juvenis rusticus, quoties corpus antrorsum inclinabat, simulque brachia movebat, sanguinem in cameras oculi extravasatum exhibebat, observante Walthero v. *Salzb. med. chir. Zeitung.* 1817. *N.* 78. p. 413.

62) In casu a Walthero recensito, absorptio circiter spatio sextae horae partis fiebat (l. c.). Exemplum plane oppositum, guttae scilicet cruoris, per annorum curriculum in camera anteriore oculi latitantis, Cl. Wolfart retulit (Hufeland's *Journ.* 1818. *Febr.* p. 108.).

63) §. CVI.

Synechia posterior. 22. *Synechiae posterioris* jam mentionem injecimus [64]. Nil aliud ea est, quam nexus *uveae*, cum superficie anteriore *capsulae lentis*, ope filamentorum ex lympha coagulabili constitutorum. Sequitur hoc malum ophthalmias praesertim venereas et arthriticas. Difficilis est illius diagnosis, nisi microscopium in usum deducatur, ac pupilla, in provectiori malo saepe ovalis [65], prius ope solutionis extracti, sive hyoscyami nigri, sive atropae belladonnae, si fieri licet, dilatetur. Generatim de synechia posteriore suspicio alitur: si a praevia ophthalmia interna debilitas visus relinquatur, si pupilla angularis sit sique retro eam vel filamenta grisea tenuissima, vel rete obscure rubrum conspiciantur [66]. In morbo recenti aegroque caeterum bene constituto, spes sanationis affulget, sub usu scilicet *unguenti ophthalmici rubri*, primum *mitis*, dein *fortioris*, quibus nonnulla *extracti hyoscyami* grana superadduntur. Nisi aeger jam mercurio abusus sit, etiam absente lue, *calomel* cum successu porrigitur.

Cataracta. 23. *De cataracta*, ut *ophthalmiarum effectu*, in paragrapho de cataracta quaestio fiet.

Glaucoma. 24. *Glaucoma* est *corporis vitrei obscuritas*

64) N. 16.

65) DEMOURS op. c. T. I. p. 228. Tab. XXXVII. fig. 1.

66) Imaginem pulchram hujus morbi exposuit WALTHER in *Abhandl. aus d. Gebiete d. prakt. Medicin, besond. d. Chirurgie u. Augenheilk.*

tas[67]) plerumque *cataractae viridis* comes. Utraque mala vel ab ophthalmia arthritica gignuntur, vel sine praevia inflammatione originem chronicam agnoscunt. Societatem cum statu varicoso vasorum oculi ineunt. Propius in paragrapho de cataracta, ut mala insanabilia, describentur.

25. *Synchysis* dicitur *humoris vitrei resolutio*. Synchysis. Signa hujus mali sunt: visus labefactatus, vel, praeter quandam lucis perceptionem, deletus, pupilla angustata et margo pupillaris iridis plus minusve angularis. Si morbus praeviae ophthalmiae originem debet, iris aut plane immobilis fit, aut, sub quovis motu oculi veloci, instar acus magnetici retrorsum oscillat. Plerumque lens crystallina ocyus serius cataracta molli, veluti caseosa, corripitur. Oculus totus mollis est et flaccidus atque sclerotica sub compressione plicas exhibet. Synchysis vel ex iritide syphilitica vel ex lue chronico modo evolvitur. Et mercurii abusus ad eam excitandam conferre videtur[68]). Quocunque in casu humor vitreus consistentiam albuminis amittit et humori aquoso similis redditur. *Membrana hyaloidea* adeo tenuis et friabilis evadit, ut a levissimo licet attactu dilaceretur.

67) Demours op. c. Tab. XX. fig. 1.

68) Marat *an inquiry into the nature, cause and cure of a singular disease of the eyes, hitherto unknown and yet common, produced by the use of certain mercurial preparations. Lond.* 1776. Beer op. c. 2. *Th.* p. 259.

tur [69]). Synchysis incipiens cum visu solum labefactato, quandoque, diaetâ nutriente, vino generoso, aëre puro rusticano, motu congruo, et usu radicum *smilacis sarsaparillae* et *chinae nodosae* sanata est [70]), nunquam vero provectior, cum visu deleto, per tabem oculi terminatura.

Hebetudo visus. 26. *Hebetudo visus* (*amblyopia*), utpote ophthalmiarum praegressarum effectus, originem trahere potest, tum a vitiis hucusque recensitis corneae, humoris aquei, pupillae, camerae posterioris capsulae lentis et corporis vitrei, tumque a *vitiis retinae* et *nervi optici*. De istis sub nomine *amblyopiae nervosae* in specie. Qui morbus, praeter visus labefactationem et nonnulla signa in specie indicanda, nil, quod in sensus caderet, exhibet. Diagnosis hinc praesertim ex morbis praegressis instituitur. Spectant ad eos *ophthalmia interna*, *iritis* et *chemosis*. Morbi hujusmodi vario pacto amblyopiae, de qua agitur, ansam porrigere videntur: nempe 1° pulpam nervi optici et ejusdem propaginem destruendo, emolliendo et indurando [71]); — 2° blepharo-spasmum excitando, quo malo diu perstante, a continua bulbi oculi compressione *torpor retinae* expectari debet; et 3° vasa

69) Membrana hyaloidea alias detecta est vel obscurata (Mohrenheim's *Beiträge*, 1. *B.* p. 279.) vel in massam steatomatosam et calcaream commutata (*Medical observations and inquiry*. *Vol. II. N.* 14.).

70) Beer l. c. p. 260.

71) Cfr. Cap. de amaurosi.

vasa sanguifera choroideae varicoso - ossea [72]) reddendo, unde iterum inevitabilis retinae evadit compressio. Tandem methodus antiphlogistica et praesertim obscuritas ultra debitos limites adhibitae, systematis nervosi oculorum robur infringunt. Amblyopia, quae ex vitiis in nervo relictis et ex blepharo - spasmo oritur, oculorum ictum languidum, lucis intolerantiam et pupillam angustam exhibet. Plerumque mala ista ex ophthalmiis scrophulosis et rheumaticis relinquuntur. Praesente statu varicoso vasorum choroideae, uti post ophthalmias indolis arthriticae, scorbuticae vel et scrophulosae contingit, pupilla dilatata est, iris versus corneam propulsa et in motu segnis, conjunctiva vasis turgidis notata, sclerotica livida, bulbus oculi durior, cum lucis morbosae evolutione. Prognosis amblyopiae nervosae a caussa et conditione aegrorum pendet. Vitia nervi remediis in amaurosi proponendis aggredimur. Torpor retinae a compressione bulbi oculi in *electricitate*, praesertim *galvanica*, optimum auxilium invenit, quae vero electricitas, praesente varicosa vasorum conditione, cane et angue pejus fugienda. Et *herbae euphrasiae officinalis* infusum interne tentari potest.

27.

72) Walther *Anat. Museum.* 1. *B.* *N.* 292. p. 146. *N.* 293. I. 294. Et concrementa ossea in choroidea detecta fuere, testantibus Morand (*Mém. de l'acad. R. des sciences* 1730.), Morgagni (Epist. LII. §. 31.), Günz (Progr. de ozaena maxillae).

Amaurosis. 27. *De amaurosi* ex praevia *ophthalmitide* in capite de amaurosi dicamus.

Cirsophthalmia. 28. *Cirsophthalmia* status varicosus vasorum sanguiferorum totius oculi vocatur. Oculus hoc in morbo adspectum horrendum exhibet. Apparet enim bulbus conicus, volumine auctus, ita ut vix aut ne vix quidem a palpebris cooperiri queat, durus, aegre movendus, cum conjunctiva undique vasis varicosis notata. Color scleroticae, variis in locis tumidae, fere plumbeus est, ac cornea saepe staphylomate laborat, aut saltem opaca cernitur. Pupilla, nisi forte atresia correpta, dilatata et angularis. Visus, quin immo ipsa lucis perceptio, deleti. Ophthalmia arthritica et plicosa saepius cirsophthalmiae ansam porrigunt; quod malum facile cum glaucomate et cataracta viridi societatem inire solet. Sibimet ipsi relicta cirsophthalmia diu sine periculo perstat; quo primum autem medendi conatus intempestivi aut violentiae externae superaccedunt, haemorrhagiae discrimine plenae, aut cancer oculi inevitabiliter sequuntur.

Exophthalmiae. 29. Bulbus oculi extra orbitam protrusus *exophthalmum* constituit. Est autem exophthalmus triplicis generis: oculus enim extra orbitam versatur 1° vel ob dilacerationem aut paralysin plurimorum musculorum suorum (*ophthalmoptosis*); 2° vel ob corpus aliquod bulbum oculi e proprio loco expellens (*exophthalmus* proprie dictus), et

3° ob

3° ob volumen ipsius bulbi auctum (*exophthalmia*). *Ophthalmoptosis* effectum sistit vulnerum, nisus [73]), apoplexiae ac febrium [74]) aliorumque morborum [75]), praecipue eorum, qui ab extravasato circa pedunculos cerebri (nervorum tertii paris origines), aut circa sinus cavernosos (prope quos par illud nervorum decurrit), aut ex abscessu super orbitam *) orti sunt. *Exophthalmus proprie dictus* originem trahere potest a glandulae lacrymalis tumore [76]), a tumoribus cysticis aliisque praesertim textus adiposi fundum orbitae adimplentis [77]), nec non ab *hydatidibus* [78]) circa

73) Phil. Salmuthi obs. med. Brunsw. 1648. Cent. III, obs. 15. p. 119. Encyclopaed. chirurg. 96. Haller element. physiol. L. VIII. sect. 4. §. 36.

74) Petr. Bonetti hist. et obs. med. phys. Cent. II, obs. 97. p. 191.

75) Salmuth l. c. Cent. II. obs. 42. p. 78.

*) Commentatio pathologico-anatomica exhibens morbum cerebri oculique singularem, paucis de exophthalmia, exophthalmo, et ophthalmoptosi adjectis, auctore Fr. Aug. Landmann. Lips. 1820.

76) §. LXXXVI. N. 1.

77) Demours op. c. T. I. p. 484. Tab. LVI. fig. 1.

78) In exophthalmo ab *hydatide glandulae lacrymalis* producto (de qua legatur A. Schmidt *üb. d. Krankh. d. Thränenorgans.* p. 74. et Beer op. c. 2. *Th.* p. 597.) bulbus oculi semper versus angulum nasalem premitur. Aeger sensum, ac si retro oculum quid, hoc viscus expellens, jaceret, percipit. Dolor sub motu oculi, praesertim nasum versus, augetur ac saepe lucis morbosae evolutio tunc apparet. Quo magis bulbus extra

circa orbitam vel in ipsa orbita locum habenti-
bus [79]), ab aneurysmate [80]), a sanguine in orbitae
cavitatem extravasato et ab exostosi orbitae [81]),
quibus in casibus bulbus oculi, saepe volumen ac
figuram normalem retinens, vel solum inter pal-
pebras prominet, vel genis incumbit, quin immo
apicem

orbitam expellitur, eo magis visus labefactatur. Cre-
scente malo ipse bulbus inflammari ac degenerari solet.
Utrum hydatis, de qua sermo est, solum dilatatio
cellulae cujusdam lacrymalis sit, an ad *taeniam hy-
datigenam* pertineat, ignoratur. Hoc solum constat
malum istud rarissimum admodum periculosum esse
ac manum chirurgicam exposcere.

79) St. Yves *traité des maladies des yeux.* p. 174
Mauchart resp. Weber diss. de tumore cystico pal-
pebrarum. Tüb. 1750. §. 17. Warner's *Chirurg
Vorfälle und Bemerkungen. Leipz.* 1787. *Beobacht.* 5
Louis in *mém. de l'ac. chir. T. V. N.* 8. Acrell's
chirurg. Vorfälle. 1. *B.* p. 86. Broclesby in *Journ.
de méd. et chir.* 1770. *T.* 34.

80) Travers in *Medico-chirurg. Transact. Vol.* 2.
Edit. 2. 1813. Observabatur solum oedema palpebra-
rum, cum tumore pulsante ad illarum margines, et
capitis obtuso dolore. Compressa carotide communi
pulsatio cessabat. Peracta ligatura hujus arteriae ma-
lum evanuit.

81) Mosque *chir. Nouvellen. Wien* 1783. Richter's
chir. Bibl. 7. *B.* p. 713. Hope *Phil. Trans.* v. Les-
ke's *auserl. Abh.* 3. *B.* p. 1. Richter l. c. 4. *B.*
p. 343. Köhler *Beschr. d. Loderischen Praeparate.*
p. 29. *N.* 100. Spöring *Königl. Vetensk. acad. Hand-
linger. Vol.* 3. p. 181. Acrell l. c. p. 105.

picem nasi et os attingit. Visus, ob distensionem iervi optici, saltem pro tempore amittitur [82]. Exophthalmia originem debet vel fungo, vel sarcomati (*e. fungosa*, *sarcomatosa*), vel scirrho (*e. cirrhosa*) vel cancro [83] (*e. carcinomatica*). *Exophthalmia fungosa* vallos difformes, ex pallido ubros, primum circa corneam [84], dein super eam xtensos, exhibet. Palpebrae bulbum oculi cooperire recusant, qui dein, praeviis haemorrhagiis, rusta brunea [85] obtegitur; quâ crustâ vix sublevatâ en novum sanguinis profluvium ab omni ulteriori examine absterrens. Exophthalmiae fungosae varietatem *fungus haematodes oculi*, egregie WARDROPIO [86] descriptus, sistere videtur; qui norbus ruptura corneae, ex qua excrescentia fungosa, sanguinem fundens, evolvitur, saepeque cum umore parotidis terminari solet. Praeter bulbi otius destructionem, nervus opticus usque ad thala-

82) Exempla a MOSQUE, HOPE (ll. cc.) et WHITE (*cases of surgery. Lond.* 1770. p. 135.), aliisque enarrata docent, ablata caussa bulbum oculi ex orbita expellente, posse *quandoque* visum restitui.

83) W. I. WILSON in *the Lond. med. Repository.* 1818. *Jun.*

84) Op. c. 2. *Th.* Tab. II. fig. 6.

85) HEISTER *med. chir. Wahrnehm.* 2. *B.* p. 206.

86) *Obs. on fungus haematodes or soft cancer in several of the most important organs of the human body. Edinb.* 1803. DEMOURS Tab. XXXIV. fig. 1. XLII. fig. 1.

thalamum suum vario pacto corruptus [87]) invenitur. Fungus haematodes ex ophthalmia traumatica prodit ac praecipue infantibus sub duodecimo aetatis anno proprius est. *Exophthalmia scirrhosa* tumorem inaequalem, durum bulbi oculi prae se fert. Aeger de sensu ponderis in parte affecta conqueritur. Bulbi oculi motus plane impeditus cernitur. Saepe glandulae colli et subaxillares simul tument. Morbo ad acmen perducto, bulbus oculi massam firmam bruneam et plane deformem constituit [88]). Evolvitur inde *exophthalmia carcinomatica*, quae quandoque originem suam et simplici *nodulo conjunctivae* (*caruncula maligna*) debet. Quocunque in casu oculus vasa sanguinea, maxime varicosa reddita, exhibet. Accedit febris lenta, ac cancer, prius occultus, apertus evadit. Oculus tunc, propriae fabricae imaginem vix conservans [89]), effluxum saniei largitur, intercurrentibus haemorrhagiis, a quibus, quid virium supererat, aufertur [90]). En finem

87) Casus Acrellii legi meretur. *Chir. Vorfälle.* 1. *B.* p. 96.

88) Fabr. Hildanus obs. chirurg. cent. I. obs. 1. Oculum cancrosum vigesies pondus oculi sani excessisse refert Heister Inst. chir. T. I. Tab. 18. fig. 14.

89) Richter *chir. Bibl.* 1. *B.* 4. *St.* p. 130. Ramstroem v. Acrell's *chir. Vorfälle.* 1. *B.* p. 93.

90) „Postquam vero et oculum contueri datum fuerit, si quidem compertus fuerit ruptus, et per fissuram prominuerit oculus, malum est et difficile ut sedetur.

finem ophthalmiarum, inprimis scrophulosarum ac plicosarum male curatarum. Si in exophthalmia fungosa ea solum conjunctivae pars, quae scleroticam obducit, tumeat, bulbusque oculi, caeterum sanus, a palpebris adhuc cooperiri possit, malum ope *lapidis infernalis sicci*, et si iste effectu destituatur, ope *butyri antimonii* auferri posset. Alias ad cultrum recurrendum [91]. *Exophthalmia scirrhosa* quidem diu, sine imminenti vitae periculo, existere potest, at, minima vi externa accedente, illico in *cancrum* transit. Conamina scirrhum oculi, deducto in auxilium *conio maculato*, *mercurio*, aut *flammula Jovis* debellandi, non solum frustranea, sed, utpote aegrorum constitutionem, forte adhuc tolerabilem, plane labefactantia, damnosa sunt. Hac sub rerum enim positione nulla nisi in *extirpatione oculi* spes. Verum operatio istiusmodi [92] tunc solum cum successu institui potest: 1° si scirrhus oculi a violentia externa excitatus fuerit; 2° si ex interno oculi dolore, ex vasorum varicosorum incremento, nec non ex volumine bulbi, de die in diem maiori, ad evolutionem cancri arguere licet; 3° si in aliis visceribus nulla vitii carcinomatici vestigia obveniant, et 4° si bulbus oculi undique [illegible] mobi-

Si vero et putredo tali suberit, penitus inutilis oculus redditur." HIPPOCRATES Praedict. L. II.

91) BEER op. c. 2. *Th.* p. 228.

92) Lege de hac operatione, praeter alios, LOUIS in *Mém. de l'ac. R. de chir. T. V.* edit. in 4.

mobilis sit, ex quo sat tuto concludi potest, partes adjacentes adhuc a scirrho immunes esse. Indicata operatio, sine temporis jactura, ad leges [93]) instituenda. Quod et de *caruncula maligna* valet, causticis, non excepto *remedio Cosmi*, plane rebelli. Extirpationi *oculi cancrosi* tunc adhuc locus est, si praeter indicationem quartam, pro operatione scirrhi oculi requisitam, febris hectica desit.

Tabes oculi.

30. *Consumtio oculi* illius constituit *tabem*. Quod malum nunc ex praeviis ophthalmiis et suppuratione oritur, nunc modo chronico evolvitur. Ibi morbus *phthisis oculi*, hic *atrophia oculi* (*rutidosis*, *rhytidosis*) dicitur. Si consumptio solam *corneam* respiciat, pro re nata morbus nomen vel *phthiseos, vel atrophiae corneae* obtinet. Morbus hujusmodi a *corrugatione corneae*, subsidentiae istius membranae effectu ac ex jactura humoris aquei orta, distingui debet. *Phthisis oculi* et *corneae* praecipue ophthalmiis scrophulosis, variolosis et chemosi tribuenda. *Atrophia oculi* et *corneae* ab ophthalmiis traumaticis et affectionibus arthriticis oculorum derivanda. Quo ultimo in casu, caussam arthriticam ulceribus artificialibus ab oculo revocando, quandoque ars quidpiam praestare potest. Secus autem in *phthisi oculi* et *corneae*. Generatim, dum oculus et cornea tabe incurabili laborant, ad *oculum artificialem*

93) Beer l. c. p. 231.

lem [94]), (quondam *Ecblephari*, *Hypoblephari* dicti) recurrendum est, dummodo a corpore isto extraneo sub palpebris, secundum regulas artis [95]), intruso, nova non excitetur inflammatio, facile in cancrum abitura.

§. CVI.

C a t a r a c t a.

1. Obstaculum visus, inter corpus vitreum et uveam locatum, *cataractam* [96]) constituit. Definitio.

2. De cataracta optime scripsere: ALBINUS [97]), WOOLHOUSE [98]), ST. YVES [99]), A. G. RICHTER [100]), WARNER [1]), POTT [2]), MEJAN [3]), BRUNER [4]), MO- Scriptores.

REN-

94) MAUCHART Diss. de oculo artific. exblepharo et hypobleph. Tubing. 1749. ST. YVES op. c. p. 370. *Traité pratique de l'oeil artificiel.* Par HAZARD-MIRAULT. *Paris.* 1818.

95) BEER l. c. p. 273.

96) *Synonym.* a GR. καταράσσω confundere. LAT. *Suffusio* (quo tamen nomine antiquiores etiam alia vitia visus indigitant). GERM. *der graue Staar.* GALL. *la cataracte.* ANGL. *a cataract.* ITAL. *cataratta.* ROSS. бѣльмо. POL. *Katarakta.*

97) Diss. de cataracta. T. 1695. HALLER coll. diss. chir. Vol. II. N. 32.

98) Diss. de cataracta et glaucomate. Fr. 1719.

99) Op. c.

100) *Abhandl. v. d. Ausziehung d. grauen Staars. Goett.* 1773.

1) *Chirurgische Vorfälle.*

2) *Chir. obs. relative to the cataract. Lond.* 1775.

3) Diss. de cataracta. Montp. 1776.

RENHEIM [5]), SIEBOLD [6]), ACRELL [7]), WALTHER [8]), WILLBURG [9]), WENZEL [10]), BEER [11]), SCHIFERLI [12]), WEINHOLD [13]), WALTHER [14]), JOUNY [15]), MONTAIN [16]), LANGENBECK [17]), PELLIER [18]), BENEDICT [19]) etc.

Symptomata.

3. Cataracta symptomatibus sequentibus insigniri solet: aeger objecta, praesertim alba et candelam accensam, veluti nebula involuta cernere incipit. Opacitas mox retro centrum pupillae apparet. Visus eadem ratione imminuitur, qua opacitas

4) Diss. de cataracta. Goett. 1781.

5) Op. c. Cfr. RICHTER's *Bibl.* 7. B. p. 541.

6) V. LODER's *Journ. f. d. Chir.* 3. B. p. 388.

7) *Chirurg. Vorfälle.* 1. B. p. 105. 130.

8) *Diss. on the theory and cure of the cataract. Lond.* 1785.

9) *Betracht. üb. d. Operation d. Staars. Nürnb.* 1785.

10) *Traité de la cataracte. Paris.* 1786.

11) *Prakt. Betracht. üb. d. grauen Staar u. d. Krankheit. der Hornhaut. Wien* 1791. Et opus cit. 2. *Th.* 2. *Absch.*

12) *Theor. prakt. Abhandl. üb. d. grauen Staar. Jen.* 1797.

13) v. LANGENBECK's *Bibl. f. d. Chir.* 3. B. p. 115.

14) *Abhandl. aus d. Gebiete d. Augenheilk.* 1. B. N. 1.

15) In *Edinb. Essays and observ. Vol.* 2. p. 355.

16) *Traité de la cataracte. Paris.* 1812.

17) *Bibl. f. d. Chir.* 2. B. p. 506. 538. 4. B. p. 254. 333. 363. 373. Et *Prüfung d. Keratonyxis. Gött.* 1811.

18) *Recueil des mém. sur les maladies, qui attaquent l'oeil.* v. RICHTER's *Chir. Bibl.* 8. B. p. 19.

19) *Monograph. d. grauen Staars. Bresl.* 1814.

citas illa augetur. Margo pupillaris iridis sub forma annuli nigri nunc prodit [20]). Iridis motus nunquam deletus, rarissime impeditus. Aeger minus in loco lucido, quam in obscuriori videt. Incipiente morbo, conspicilla convexa illi optime inserviunt, tardius objecta jam amplius ab eo discerni nequeunt, et sola lucis perceptio relinquitur.

4. *Cataracta* in *veram* et *spuriam* dividitur. Obstaculum visus, ibi, inter confinia capsulae lentis, hic, inter parietem anteriorem capsulae et uveam jacet. Divisio.

5. *Cataracta vera*, nisi aliis morbis superaccedens, plerumque per se existit; *cataracta spuria* e contrario fere semper cum opacitate capsulae anterioris lentis, igitur cum cataracta vera societatem init. Monitum.

6. *Cataracta vera quatuor* agnoscit *species*, nempe *c. lenticularem*, *c. capsularem*, *c. Morgagnianam*, et *c. capsulo-lenticularem*. Cat. verae species.

7. *Cataracta lenticularis* pedepressim evolvitur, atque in centro lentis [21]) constanter incipit. C. lenticularis.

Color

20) Beer op. c. 2. *Th.* Tab. III. fig. 1. conspicitur nigredo marginis pupillae, ob id praesertim, quod illi color griseus, cataracta scilicet, subjacet.

21) Observante Beerio (l. c. p. 295. in nota) cataracta datur, recenter natis non parcens; quaeque per totum vitae curriculum nil nisi punctum album in centro

Color hic observatur ex flavo griseus, qui versu peripheriam lentis sensim sensimque pallidior eva dit [22]. Motus iridis vix unquam inhibitus, a annulus niger ad marginem illius pupillarem evi dentissimus est. Visus haud omnino deleri sole ac applicito super oculum hyoscyamo vel atrop belladonna, objecta, quorum radii pupillae latera liter incidunt, utplurimum sat bene distinguun tur. Lens magis convexa, quin inde ambitu camerae posterioris multum imminutus appareat.

C. capsularis. 8. *Cataracta capsularis* [23]) plerumque a pe ripheria capsulae lentis, sub forma vel puncto rum, vel striarum vel macularum candidarum incipit. Annulus niger marginis pupillaris quan doque evidentior quam in cataracta lenticulari es Motus iridis plerumque segnior. Cataracta cap sularis haud diu existit, quin lens ipsa afficiatu Subdividitur ea in *tres varietates*, scilicet i c. *capsularem anteriorem* [24]), *posteriorem* et *uni versalem* seu *perfectam*, quarum varietatum sign a Beerio accuratissime traduntur [25]).

C. Morgagniana. 9. *Cataracta Morgagniana* s. *lactea* [26]) co liqua

lentis exhibet. Accipit illa nomen *cataractae lentic laris centralis.*

22) l. c. fig. 1.

23) *Cataracta membranacea* nonnullorum.

24) l. c. fig. 2.

25) l. c. §. 13 — 15.

26) *Cataracta lactea* auctorum, a *cataracta puriformi* pro be distinguenda.

quationem lentis in liquorem lacti similem re-
ɜrens, utplurimum caussis oculum chemice lae-
entibus originem debens, rapide evolvi solet [27]).
upilla veluti nebula alba obducta apparet [28]).
ebula ista, sub motu vel oculi vel iridis, formam
ıutat. Oculo autem diu quiescente, veluti in
uo strata separatur, quorum superius minus
uam inferius candidum est. Camera posterior
culi fere deleta. Visus, nisi jam capsula affecta
t, haud omnino deficit, ast objecta nebula ob-
ıcta cernuntur.

10. *Cataracta capsulo-lenticularis* uveam at- ngit, iridem fere immobilem propellit, ac strata loris partim cretae, partim margaritae exhibet, licta tantum lucis perceptione. Plurimas illius rietates statuit BEER, modo cum pariete ante- ore capsulae luxuriante [29]), aut veluti trabe rtilaginea vel ossea instructo [30]), modo cum eudomembranulis [31]) et bursis ichorem conti-

C. capsulo-lenticularis.

Eee 2 nenti-

27) Spatio quindecim dierum cataractam lacteam oculi sinistri, praevio dentium dolore vehementi ejusdem lateris, evolutam vidi in femina gravida Vilnensi.

28) l. c. fig. 3.

29) *Cataracta capsulo-lenticularis marmoracea stellata, fenestrata, centralis, punctata* et *dimidiata*.

30) *Cataracta capsulo-lenticularis trabecularis Beerii. Cataracta capsulo-lenticularis cum zona Schmidtii.* GALL. *Cataracte barrée.*

31) *Cataracta capsulo-lenticularis pyramidata Beerii* (l. c. p. 297.) a superficie anteriore capsulae pseudomem-

nentibus [32]), superficiei anteriori capsulae adhaerentibus, modo cum nexu inter capsulam et lentem imminuto [33]), modo cum lente et capsul exsiccata [34]).

C. spuriae species.

11. *Cataracta spuria*, ophthalmiarum et violentiarum externarum effectus, dividitur in *cata*

ractam

branula conica cum margine pupillari iridis plane immobili, cohaerens, quandoque usque ad cameram anteriorem oculi protrusa, proficiscitur.

32) *Cataracta capsulo-lenticularis cum bursa ichore continente* (Beer l. c. p. 30.). Haec bursa plerumque inter lentem et capsulae superficiem posteriorem jace Continet ea aliquando pus foetidum, unde *cataract putrida* dicta est (a Schiferli op. c.). Aegri tali cataracta laborantes habitum cachecticum prae se ferun Color cataractae citrinus. Iris parum mobilis, camer posterior deficit, ac pauca adest lucis perceptio.

33) *Cataracta cystica* (Richter *v. d. Ausziehung d grauen Staars.* p. 5. Ejusd. *Anfangsgr. d. Wundarz* 3. *B. Seite* 171. praesertim varietates illius, quae d cuntur: *Cataracta capsulo-lenticularis tremula* et *capsulo-lenticularis natatilis*. Cataracta istiusmodi ca dida, pro varia capitis positione uveam nunc antro sum pellit, nunc ab ea recedit, atque hinc inde *trem* aut *natare* videtur (Beer l. c. p. 296.).

34) *Cataracta capsulo-lenticularis arida siliquata*, rece natis familiaris at neque adultis omnino parcens (*ca taracta gypsea*), circumferentiam parvam, colore griseum, distantiam ab uvea magnam, et iridem pla mobilem exhibet. (Beer l. c. p. 298—301. Tab. II fig. 1.).

actam *lymphaticam*, *purulentam*, *grumosam*, et rborescentem.

12. *Cataracta lymphatica*, communissima mnium, effectum inflammationis iridis, capsuae, lentisque ipsius sistit. Jungitur saepe caaractae verae. Per se, cataracta lymphatica puillam angustam, angularem, iridem vix mobiem, visum limitatum aut deletum, ac mox retro upillam rete *candidum* [35]) ex lympha coagulabili fformatum exhibet. C. lymphatica.

13. *Cataracta purulenta* a reliquiis *hypoyi* *) originem trahit. Exhibet pupillam parvam, d margines cum corpore puriformi cataractam onstituente, flavo, concretam, hinc inaequalem, ridem immobilem cum visu et saepe cum lucis erceptione deleta. C. purulenta.

14. *Cataracta grumosa* aut ex *haemophthalio* [36]) aut ex *hypopyo cruento* pullulat. Praeter onsueta cataractae spuriae signa retro pupillam, rimo in casu rete rubellum, in quo filamenta eluti argentea decurrunt, alio vero in casu, corus densum inaequale, punctis rubris vel bruneis notatum, microscopii ope deteguntur. C. grumosa.

15. *Cataracta arborescens* seu *chorodialis* ex iolentiis oculo illatis oritur, quarum ope pars igmenti uveae recedens, super capsulam lentis sub C. arborescens.

35) Beer, oper. cit. Tab. III. fig. 6.
*) §. CV. N. 17.
36) l. c. N. 20.

sub forma tridentis conjicitur. Labefactatur ind illico visus, ac examinato oculo cum microsco pio, superficies lentis a flocculis pigmenti obdu cta detegitur. Si violentia recessionem pigment producens, simul ophthalmiam traumaticam exci tat; tunc uvea ad marginem pupillarem cum ca psula lentis, imminuta lucis perceptione, concre scit; si vero violentia locum obtinuit, quin in flammatio secuta sit, tunc iris, perstante lucis per ceptione, mobilis manet.

Divis. c. ex consistentia. 16. Magni porro momenti divisio cataractae ab illius *consistentia* depromta, habetur. Dividi tur hoc sub respectu *cataracta* in *duram*, *mol lem*, *fluidam* et *fluido-duram*.

C. dura. 17. Quaevis *cataracta dura* seu *tenax* a pu pilla distat, colorem sat obscurum habet, motu iridis vivaces reddit ac videndi facultatem ex par te tantum circumscribit. Ad cataractas dura cum lente aliquando ossea [37]), lapidea [38]), spe ctant *cataracta cystica*, *pyramidalis*, *arida*, *si liquata*, *gypsea* et *trabecularis*.

C. mollis. 18. *Cataracta mollis* seu *gelatinosa* prodi se colore ex albo griseo, quandoque viridi, non aequali

37) Heister *med. chir. anat. Wahrnehm.* 2. *B.* Rich ter *v. d. Auszieh. d. grauen Staars.* p. 8. Morgagni l. c. Epist. LII. §. 31. Walter l. c. p. 134. N. 264.

38) Morgagni op. c. Epist. XIII. §. 9. Janin op. c. p. 288. Acrell *Chir. Vorfälle.* 1. *B.* p. 121. Sibbern Collect. soc. med. Hafn. 1775. Vol. I. p. 818. Walter *anat. Museum.* 1. *St.* p. 148. *N.* 295.

aequali, sed variegato, visu, quin immo lucis perceptione, deletis, iridisque motu segni. Spectat saepe huc *cataracta lenticularis*, ea non exceptâ, quae in aetate senili obvenit [39].

C. fluida.

19. *Cataracta fluida* vel ex signis *cataractae Morgagnianae* [40] dignoscitur, vel, ob capsulam lentis simul obfuscatam ante operationem cognosci nequit.

C. fluido-dura.

20. Ad *cataractam fluido-duram* aliquando cataracta Morgagniana revocatur, dum scilicet vapor Morgagnii plane fluidus, lens autem dura est. Cataractae fluido-durae adnumeramus *cataractam cum bursa ichorem continente.*

Divisio ex magnitudine depromta.

21. Quod spectat divisionem cataractae ex *magnitudine* illius depromtam, sufficiat meminisse, quod quaevis cataracta lenticularis dura, et quaevis cataracta arida siliquata *parva* est; e contrario quod quaevis cataracta mollis, ac quaevis cataracta cystica *magna* reperitur.

Divisio c. ex origine.

22. Nec divisio cataractae in *recentem* et *inveteratam* silentio praetereunda est. Illa enim saepe cum conditione inflammatoria oculi exstat, atque summas pro operatione cautelas exposcit.

Divisio c. quoad maturitatem.

23. Non minoris operatori momenti est divisio cataractae in *immaturam* et *maturam*. Pro operatione quaevis cataracta *matura* dicitur, quae jam

39) Beer opinionem vulgarem, quod quaevis cataracta in senibus dura sit, refutat op. c. p. 311.

40) N. 9.

jam amplius incrementum assumere recusat et vice versa. Quamobrem cum cataractae exstent, quae sic constitutae sunt, ut nunquam magnum volumen acquirant; clare patet, cataractam *maturam* dici posse, quamvis ea neque visum plane auferat, neque pupillam omnino adimpleat. Exemplo sunto *cataracta capsulo-lenticularis arida, siliquata* et *natatilis.*

Divisio c. in simplicem et complicatam.

24. Divisionibus cataractae cum memorabilissima earum finem imponimus, cum divisione scilicet cataractae in *simplicem* et *complicatam*. Cataracta dicitur *simplex*, dum in corpore absoluta sanitate gaudente, et in oculo a quocunque alio vitio alieno, locum obtinet. Cataracta *complicata* hinc triplicis erit generis, prout videlicet eam, vel morbus universi corporis, vel aliud vitium oculi, vel utrumque simul, comitatur. Ad vitia oculi, quae cum cataracta complicari queunt, spectant *synechia anterior*, *angustatio pupillae, atrophia oculi*, *hydrophthalmus*, *cirsophthalmia, maculae* et *cicatrices corneae*, *pterygium* et *maxime glaucoma, synchesis,* et *amaurosis.* De istis tribus complicationibus in specie dicamus.

C. complicata cum glaucomate.

25. *Cataracta cum glaucomate complicata* viridis et ita voluminosa est, ut sibi per pupillam, corneam versus, viam paret [41]). Praeterea stipari ea solet iride immobili, decolori, annulo minori

41) Beer l. c. Tab. III. fig. 5. Demours op. c. Tab. XXI. fig. 1.

minori orbata, pupilla versus angulos oculi dilatata, evolutione lucis morbosae (*photopsia*), statu varicoso vasorum sanguiferorum totius bulbi, durissimi redditi, et capitis saevo et diuturno dolore.

26. *Cataracta*, quae *cum solutione perfecta corporis vitrei* (*synchesis*) complicatur, tremit, iride mox anterius mox posterius fluctuante, nec non bulbo oculi plus minusve atrophico et molli instruitur. Quod si synchesis haud fuerit omnino evoluta, signa enarrata, praeter mollitiem oculi et iridem sub veloci oculi motu fluctuantem, desiderantur. C. complicata c. synchesi.

27. *Cataractae* cum *amaurosi complicationis* serius [42]) quaestionem injiciemus. C. complicata cum amaurosi.

28. Restat ut de *cataracta accreta*, quatenus complicationis specie, sermo instituatur. Potest enim cataracta vel cum uvea per pseudomembranulas concrescere vel cum membrana hyaloidea firmissime cohaerere. Quandoque capsula cum lente nexum abnormem alit, aut plurima ex recensitis concretionibus simul contingunt. Prima solum illarum ante operationem cognosci potest. Cognoscitur enim concretio cataractae cum uvea per marginem pupillarem iridis haud plane rotundum, per motum membranae hujusmodi plus minus cohibitum, per cataractam candidissimam prope uveam jacentem, per lucis perceptionem labe- C. accreta.

42) Cap. XIX. §. CX. N. 3.

labefactatam et maxime habita ratione processus inflammatorii oculi praegressi.

Monitum. 29. Locus hic est monendi, de cataractae complicationibus rectius judicium haud ferri posse, praeterquam quod ex historia morbi, quin immo ex biographia medica aegroti, ab ovo sedulo collecta et perpensa fertur.

C. complicata cum morbis totius corporis. 30. Series conspicua morborum universi corporis cum cataracta societatem inire solet, ita ut cataracta omnis complicationis expers, rarius quam vulgo creditur, obveniat. Frequentissima cataracta cum morbis ex diathesi scrophulosa, arthritica, venerea, plicosa et nervosa pullulantibus, complicari solet.

Caussae cataractae generales. 31. *Caussis cataractae*, tum praedisponentibus, tum excitantibus adnumeramus: vitium haereditarium 43), vel congenitum 44), senectutem, defatigationem oculorum, praesertim per lectionem et scriptionem nocturnam, per labores microscopicos aliosque intentionem visus exposcentes (inprimis sub luce vel nimia vel deficiente et corpore anterius flexo susceptos), radios solares derepente, potissimum praevia obscuritate, in oculo

43) De cataracta vi imaginationis matris, cum puero in utero communicata, v. Horst. P. II. fol. 633. Cfr. Gleiz. *nouv. observ.* v. Richter's *chir. Bibl.* 10. *B.* p. 147.

44) Bazzi in opusculi scielti. T. 7. Bartolozzi *Diss. sopra una cieca nata guarita. Veron.* 1781. Fabr. Hildanus cent, V. obs. 8.

oculos incidentes, aut caput exaestuantibus (v. g. apud milites galeis metallicis ornatis, et itineratores, rusticosque messis tempore), fulmen [45]), ignem in culinis, officinis fabrorum ferrariorum, vitriariis, et similibus, exhalationes acidorum mineralium, lixiviorum causticorum, vapores acres, pulverem calcis, violentias externas oculis illatas [46]), ut, concussiones nexum lentis cum partibus vicinis auferentes, febres cortice praepostere sanatas [47]), abusum liquorum fermentatorum, venerem nimiam [48]), ophthalmias internas chronicas [49]), maxime indolis arthriticae, syphiliticae, gastricae [50]), et tandem sanationem incautam impetiginum [51]), ulcerum chronicorum [52]) plicamque reconditam [53]).

32. Solum cataracta ex caussis istis ultimis orta, necdumque provecta quandam resolutionis spem *Prognosis et cura.*

45) Schmidt *üb. Nachstaar u. Iritis nach Staaroperationen. Wien* 1801. p. 263. Cfr. Michaelis in Richter's *chir. Bibl.* 6. *B.* p. 158.

46) Nicolai Diss. de cataractae caussis externis. Jen. 1776.

47) Burchart in satyr. Lip. spec. 7.

48) Panarolus Pentecost. II. obs. 6.

49) Walter l. c.

50) Schiferli *Theor. prakt. Abh. üb. d. grauen Staar.* Stoll Rat. med. P. III. p. 403.

51) Schiferli l. c.

52) Timaeus L. I. obs. 28. Wedel in Eph. Germ. Dec. II. an. 3. obs. 183.

53) De la Fontaine op. c. p. 73. 75. 78.

spem alere sinit. Neque id per specificum aliquod, sed potius per methodum, qua in genere diathesi arthriticae, syphiliticae, gastricae occurrimus, morbos cutis praepostere sanatos revocamus et latentes foras pellimus. Mirum hinc non est, quandam pro re nata sibi promeruisse laudem *aconitum napellum* [54]), *chelidonium majus* [55]), *conium maculatum* [56]), *pulsatillam nigricantem* [57]), *millepedes* [58]), *mercurium* [59]), *alvum evacuantia* et *diaetam tenuem* [60]), — ne dicamus de variis auxiliis topicis, e. c. applicatione succi *anagallidis* [61]), de *errhynis* [62]), de *electricitate* [63]), et de *galvanismo*

54) Stoerk libellus, quo continentur experimenta etc.

55) De Schallern Diss. qua chelidonii majoris virtus medica novis observationibus firmatur. Erl. 1790.

56) Stoerk libellus de cicuta. C. 2. cas. 18. 19. Chemin in *Journ. de méd. T.* 24. p. 366. Mazars de Cazeles ibid. T. 35. p. 271.

57) Stoerk *Abhandl. v. d. schwarzen Küchenschelle.* p. 51. 65. Stoll praelect. p. 149. Beer in Arnemann's *Magazin.* 1. *B.* p. 294.

58) Bartholinus Epist. 4. p. 522. Woolhouse in *Journ. de Trévoux.* 1706.

59) Richter *chir. Bibl.* 1. *B.* p. 128. 5. *B.* p. 154. Locher obs. pract. Aliberti diss. de singulari mercurii dulcis usu in desperatis quibusdam morbis. v. Halleri coll. diss. pract. Vol. VII. N. 236.

60) Avicenna can. L. III. Fen. 3. Fr. 4. C. 20.

61) Gmelin *Reise durch Russland.* 3. *B.* p. 349.

62) a Thuessink in *Verhandl. de soc. in's Hage.* 1. *Deel.*

63) Himly *ophthalm. Beobacht.* 1. *B. N.* 21. Ellinger in Voigt *Magaz. f. d. Neueste aus d. Physik.*

nismo [64]). Cave autem, ne usu hujusmodi auxiliorum conditionem oculorum pejorem reddas, constitutionem corporis labefactes, aut tempus pretiosum pro operatione teras. Si enim pauca cataractae vel per recensita auxilia, vel per spontaneum [65]) aut fortuitum [66]) descensum corporis opaci sanatae exempla excipiamus; consensu omnium, nulla alia nisi per operationem chirurgicam affulget sanationis spes. At non ubique operatio cataractae indicata est, aut indicata et dexterrima manu, methodoque peculiari rerum positioni accommodata, peracta, prospere succedit. Generatim de successu operationis augurari licet, si cataracta malum plane locale sistat, et ab omni complicatione alienum; — si aeger extra tempus pubertatis, aut aegra extra illud cessationis menstruorum versentur; si oculi in orbita situs, illiusque

9. *B.* 4. *St.* p. 176. Kite in *Lond. med. Journ. Vol.* 7. v. *Abh. f. pr. Aerzte.* 12. *B.* p. 43.

64) De la Fontaine in Loder's *Journ. f. d. Chir.* 4. *B.* 1. *St.* p. 36. Cfr. Weinhold *Empfehl. d. Anwend. galvan. Strömungen* etc. v. *Leipz. Literaturzeitung* 1816. *N.* 153.

65) Gackenholz Diss. de visione per cataractam impedita. v. Haller *Bibliothek. chir.* 2. *B.* p. 28. Ludolf in misc. Berol. T. 4. p. 258. St. Yves l. c. p. 247.

66) Guyon *leçons divers. T. I.* p. 883. Beerius de binis cataractae exemplis in praelectionibus suis locutus est, quae, peracto ab aegrotis nisu, extra axin visus descenderunt, ablata inde caecitate.

liusque non minus quam palpebrarum structura, operatori experto, necessariis iisque bonae notae instrumentis munito, nulla obstacula exhibet; — si aeger, tum sub operationis curriculo, tum postea cautelas praescriptas sequi intelligat; — si res domesticae debitum regimen admittant; — sique genius morborum regnantium oculis nulla peculiaria pericula minetur. Ex quatuor cataractam operandi modis, *extractione* scilicet, *depressione*, *reclinatione* [68]) et *keratonyxi* [69]), ille, sine praeconcepta opinione, eligitur, qui peculiari rerum positioni accommodatus est. *Extractioni*, absolutissimo cataractam operandi modo, *depressio* vel *reclinatio*, auxilia palliativa, anteponuntur, dum prima operandi ratio sine periculo suscipi nequit. Suscipi autem sine periculo nequit *extractio:* iride cum cornea multum concreta, — cornea complanatâ hincque camera anteriore oculi angusta redditâ, — arcu senili amplo, — oculo pro-

68) Sic operandi rationem vocant, qua cataracta ad superficiem suam anteriorem acu arripitur, ac inter musculum rectum inferiorem ac externum, ita in corpus vitreum deponitur, ut cataractae superficies anterior, nunc superior evadat, posterior autem in inferiorem mutetur.

69) Sic operatio audit, qua secta cornea, instrumentum debitum, per pupillam, antea ope atropae belladonnae, oculo impositae, dilatatam, introducitur, ac cataracta in plurima minuta frustula rescinditur, relicta naturae illarum absorptione.

profundo in orbita jacente, inquieto, palpebris conniventibus obducto, — pupillâ haud satis dilatatâ, — cataractâ partim cum uvea concreta, — aegro moroso, stupido, aut labe quadam arthritica, syphilitica etc. imbuto; quo videlicet in casu oculus aegre fert accessum aëris et introductionem instrumentorum ad extractionem perficiendam necessariorum. *Depressio* praeterea eligitur, dum cataracta ambitum haud magnum agnoscit, (e. c. cataracta capsulo-lenticularis arida, siliquata infantum) et ab omni concretione cum uvea libera est, aut dum de plurimis cataractae reliquiis agitur. *Reclinatio* instituitur, si contraindicata extractione, cataracta lenticularis aut cataracta capsulo-lenticularis dura aut gypsea fuerint, sique de conditione varicosa vasorum oculi suspicio habeatur. *Keratonyxis* tantummodo locum invenit, dum cataractam fluidam, cum capsula vix aut ne vix quidem obfuscata, coram habemus. Nostri non est modum, quo variae cataractae operationes perficiendae sunt, indicare [70]; sufficiat hinc de nonnullis malis ex operatione quandoque pullulantibus ac medici auxilium exposcentibus sermonem instituere. Spectat huc *vomitus* et *ophthalmia interna*. *Vomitus* effectum laesionis nervorum ciliarium aut retinae sistit,

70) Lege de hoc argumento Beerii op. c. 2. *B.* p. 347. 402.; qui ab an. 1817. me praesente pro 1813. vice cataractam per extractionem operatus est.

sistit, ac ab *opio*, mature porrecto, sedari solet Quo primum autem inflammationis indicia obve niunt, a narcoticis abstinendum et ad regimer antiphlogisticum confugiendum. Sponte enim elucet, inflammationem, ex mala tractatione ocul sub operatione cataractae ortam, ad *ophthalmian traumaticam internam* pertinere. Quae ophthal mia tamen sedulo ab inflammationibus arthriticis syphiliticis aliisque, utpote laesioni oculi solun *supervenientibus*, distingui debet. Distinctio fi habita ratione curriculi operationis et constitutio nis aegri.

Cat. reliquiae.

33. *Cataracta*, quocunque demum modo re mota, per varia genera reliquiarum [71]) visu of fensa esse potest. Ne de cataractis depressis e reclinatis, fortuito vel praevia concussione capiti iterum axi pupillae infensis, loquamur, sufficiat ut de iis cataractae reliquiis mentionem injiciamus quae vel ex *flocculis* a capsula lentis disrupta, ve ex *pseudomembranulis* a praevia inflammation generatis, oriuntur. Quae cataractae reliquiae (nisi sponte aut adjuvantibus sacculis, ex herbi aromaticis oculo applicitis, absorbeantur) dun visum delent, in parte caeterum a primo operan di conatu satis instauratâ, per depressionem au per reclinationem, secundum artis regulas [72]), re movendae sunt.

34

71) Germ. *Nachstaare.*
72) Beer l. c. p. 403. 412.

34. Oculo post cataractam quoadusque fieri De conspicillis.
cet instaurato [73]), eoque pro parvis objectis
istinguendis haud idoneo, ad conspicillum con-
exum [74]) venire licet, quo lentis deficientis vices
guntur. Cave a praematuro talis conspicilli usu
ıt mala illius constructione [75]).

CAPUT XIX.

De amaurosi aliisque vitiis visus.

§. CVII.

Definitio. Literatura.

1. Visus abolitio, seu illi proxima labefa- Definitio.
ıtio, ex systematis nervosi oculi culpâ, *amau-
ɾis* [76]) dicitur.

2. En selecti monographiarum scriptores: Literatura.
ROL-

3) Duo ad minimum post extractionem cataractae ad hoc requiruntur menses.

4) GERM. *Staarbrille.*

5) Lege de hoc argumento opus BEERII „*das Auge.*" *Wien* 1813.

6) A GR. ἀμαυρὸς, obscurus. *Synon.* Gutta serena. Suffusio nigra. GERM. *Der schwarze Staar.* GALL. *Goutte sereine. Amaurose.* ROSS. глазный тускъ. POL. *Jasna slepota.*

Rolfinck [77]), Major [78]), Wedel [79]), Nebel [80]), Oehme [81]), Knipphoff [82]), Laluette [83]), Nootnagel [84]), Trnka [85]), Ploucquet [86]), Crampton [87]), Richter [88]), Horau [89]), Fabini *) etc.

§. CVIII.

Symptomata. Autopsia cadaverum.

Symptomata. 1. Amaurosis nunc pedepressim, nunc extemplo orta, sequentibus stipari solet phaenomenis: *pupillâ* scilicet e medio oculi remota, dilatata, angusta, angulari (instar pupillae vel felium, vel animalium ruminantium), nigra, nebulosa, rubella

77) Diss. de gutta serena. Jen. 1669.

78) Diss. de amaurosi vel gutta serena. Kiloniae 1673.

79) Diss. de amaurosi. Jen. 1705. Diss. de gutta serena. 1716.

80) Diss. de gutta serena. Heidelb. 1715.

81) Diss. de amaurosi. Lips. 1748. v. Haller diss. chir. Vol. II. N. 43.

82) Diss. de gutta serena. Erf. 1751.

83) Diss. faustum omen in amaurosi periodica. Paris 1774.

84) Diss. de amaurosi. Erl. 1775. v. Baldinger Syllog. Vol. III.

85) Hist. amauros. omnis aevi observata medica continens. Vindob. 1781.

86) Diss. de amaurosi. Tub. 1789.

87) Diss. de amaurosi. Edinb. 1793.

88) Diss. de amaurosi. 1793.

89) *Diss. inaug. sur l'amaurose. Paris. an. XI.*

*) Diss. de amaurosi. Vindob. 1816.

, ex flavo alba, — *iride* segni, rigida, vel con-
a ea ad motum promptissima, quandoque pu-
illa a luce ampliori reddita, — *bulbo* sicco, vo-
mine aucto, atrophico, duro, molli — et *pal-
ebris* ad internam superficiem veluti arena con-
urcatis. Praeterea amaurosin nunc praecedunt,
unc sequuntur vel eam comitantur vertigo, ce-
halaea, sopor, agrypnia, delirium, paralysis, con-
ulsiones, abolitio olfactus et gustus.

2. Cadavera amauroticorum exhibuerunt *os-
s* ethmoidei [90]), aliorumque ossium encepha-
[91]) cariem, ossis cuneiformis exostosin [92]);
ria *humoris vitrei* vitia [93]); *nervum opticum*
m calculo [94]), per aquam expansum [95]), illius
essionem [96]), marcorem [97]), contorsionem [98]),

Autopsia cadaverum.

 erosio-

90) Ballonius Paradigmata. N. 7.

91) Schmucker Beobacht. 1. B. N. 6. Mursinna vermischte Schriften. 2. B. p. 12.

92) Boerhaave de morbis oculorum. C. 3. §. III.

93) Bonet sepulchr. L. I. sect. 8. obs. 6. Morgagni Epist. XVIII. art. 99. Sauvages nosol. meth. L. I. p. 747. Heister l. c. 1. B. p. 841. Prochaska in Mohrenheim's *Wiener Beyträge*. 2. B.

94) Bleony Zodiac. med. Gallic. an. I. apr. obs. 14.

95) Kaltschmid Pr. de nervis opticis in cadavere latis inventis a compressione per undas facta, caussae ante mortem secutae guttae serenae. Jen. 1752. v. Haller disp. pract. T. I. N. 123. Ruland in *Aesculap.* 1. B. N. 7.

96) Henckel *Samml. med. chir. Bemerk.* 8. B. N. 19. Hey in *med. obs. and inquir.* Vol. 6. N. 1.

erosionem [99]), lacerationem [100]), circa eum pi-
tuitam gypseam [1]), steatoma [2]), vesicam [3]), poly-
pum [4]), tumorem cysticum [5]), durum [6]), o-
seum [7]), tuberculum ad nervi optici originem [8]
aneurysma arteriae centralis [9]), illius et vena
centralis turgorem [10]); *retinae* maculas atras [11])
hum

97) Vesalius de hum. corp. fabrica. L. IV. C. 4. Bo-
net l. c. obs. 1. 2. 5. Eph. nat. cur. Dec. III. an.
et 8. obs. 157. Santorini obs. anat. 1724. C. I.
§. 14. Morgagni Epist. XIII. art. 3. Rolfinck di-
anat. L. IV. C. 31. Isenflamm *Pr. Anmerk. über*
Nerven. p. 170. Mery in *mém. de Paris*. 1713. Sc-
tetus obs. 36. Bonn descript. thesauri ossium m-
bosorum Hoviani. Amstel. 1783. p. 54. Walt.
mém. de l'ac. des sc. à Berlin. 1792. et museum an-
Berolin. 1805. N. 655. 656. 658.

98) Bonet l. c. obs. 8.

99) Botallus de lue venerea. C. 16. §. 17.

100) Heister *Wahrnehm*. 1. *B*. p. 130.

1) Chesneau L. I. C. 1. obs. 2.

2) Oehme diss. c. §. 8. Plater obs. LI. p. 108.

3) Pauw obs. anat. rar. N. 2.

4) Schmalz *Seltene Fälle*. p. 152.

5) Schmucker *vermischte chir. Schrift*. 2. *B*.

6) Wandelar Prodrom. praevertens continuata a
med. Havn. 1753. p. 117.

7) Schmucker l. c. p. 12.

8) Morgagni Epist. XIII. §. 6. Cfr. Ford in *medi-*
communications. Vol. I. *N*. 4.

9) Ecker ad Pinel phil. nosograph. 2. *B*. p. 122.

10) Zinn descript. hum. oc. C. XI. §. 6.

11) Michaelis in *Journ. d. Erfind*. 15. *St*. p. 9.

mores accumulatos[12]), *vasa* varicosa[13]; indu-
tionem[14]), ossificationem[15]), separationem a
oroidea per lamellam osseam[16]), *cerebrum*
npha obsessum[17]), laesionem illius a festuca
sis in latere opposito[18]), a steatomate[19]), a tu-
ore[20]), a specie sarcomatis[21]) illiusque absces-
m[22]); sanguinem extravasatum[23]), serum in
ven-

2) Prochaska in Mohrenheim's *Wiener Beytr.* 2. *B.*

3) Ploucquet diss. cit. §. 10.

4) Portal *cours d'anat. médic. T. IV.* p. 431.

5) Haller opusc. pathol. obs. 65. Morgagni Epist. LII. art. 30.

6) Morand *mém. de l'ac. des sciences. an.* 1730.

7) Bonet sepulchr. L. I. §. XVIII. obs. 10. Bromfield *cases* etc. Vol. I. p. 34. Ferro med. ephem. Ep. LII. art. 30.

8) Anderson in *Transact. of the Soc. of Edinb. Vol.* 2.

9) Bonet l. c. obs. 10. Muzell *Wahrnehm.* 2. B. *N.* 14. Thomann *Annalen.* Anni 1800. p. 400.

0) Plater obs. L. I. p. 108. Haen Rat. med. P. VII. p. 271.

1) *Journal des savans.* 1697.

2) Ballonius l. c. Hist. 7. v. opp. III. Vol. p. 515. Eph. nat. cur. Dec. III. An. 9. 10. Cent. 7. obs. 39. Muzell l. c. Schaarschmid in *Berlin. Nachricht.* 1740. *N.* 26. De la Peyronie in *mém. de l'ac. R. de chir. Vol. I.* p. 212. *N.* 13. Pelargus *med. Jahrgänge.* 3. *B.* p. 198.

23) Bonet l. c. obs. 11. 12. Willis De anima brutorum. P. II. C. 9. hist. 2.

ventriculis [24]), excrescentiam ex thalamo ner optici ejusdem lateris [25]), thalamum ipsum strig sum [26]), crusta membranacea obductum [27]); d generatum [28]), dissolutionem corporis striati [29]). – Constat vero, plurima inter vitia hucusque rece sita, inprimis nervorum opticorum, cum visu i tegerrimo exstare posse [30]) et e contrario cadave amauroticorum quandoque nil morbosi exh buisse [31]).

§. CIX.

C a u s s a e.

C. praedisponentes.

1. Amaurosis nulli parcet aetati [32]) et qua doque haereditaria [33]) aut congenita [34]) est. M xim

24) Ephem. nat. cur. Dec. II. An. V. obs. 246.

25) Ford in *med. communications. Vol. I. N.* 4.

26) Morgagni op. c. Epist. IX. art. 20.

27) Kruse in Hufeland's *Journ.* 3. *B.* p. 433.

28) Villeneuve in *Journ. de méd. continué.* 1811. *Fe* p. 98. Beauchene ibid. 1810. *Nov.* p. 361.

29) Petit *Lettres. I. Vol.* p. 7.

30) Morgagni op. c. Epist. LVI. p. 29. LXII. §. 8.

31) Morgagni Epist. IX. §. 20.

32) Beer opinionem, amaurosin morbum senilem ess refutat, observans plures homines mediae aetatis, qua senes ea laborare (op. c. 2. *Th.* p. 442.).

33) Eph. nat. cur. Dec. III. An. 4. obs. 67. Riedli curat. med. millen. N. 812. Beer l. c. p. 443. Di mours op. c. T. I. p. 368. (saltem morbus nonnu larum familiarum).

34) Lyall in *the Edinb. med. and surg. Journ.* 181 *Jan. N.* 49.

ime illi subjiciuntur homines oculis nigris [35]), emperamento cholerico [36]) praediti, visumque intendentes [37]).

2. Excitatur amaurosis in genere a vulneribus cerebri [38]), superciliorum [39]), nervi frontalis [40]), palpebrarum [41]), bulbi oculi [42]), a cataractae operatione per depressionem [43]), per extractionem *), a lapsu [44]), concussione [45]), e. c. in C. excitantes.

35) Beer (l. c. p. 442.) ratione ut 20. vel 30. ad 1. oculorum coeruleorum aut griseorum.

36) Beer l. c.

37) Sub laboribus microscopicis (Houttyn in *mém. de Paris* 1769.), et nocturnis e. c. in gemmis auro circumdandis, sub luce lampadis Argandi, adspectione lunae aut solis oculo nudo, itinere super nivem (Beer l. c. p. 448.).

38) Marcellus Donatus. L. II. C. 11. Heister *med. chir. Wahrnehm.* 1. *B.* p. 133.

39) Fabr. Hildanus Cent. III. obs. 9. Morgagni Epist. XIII. art. 5. Platner Pr. de vulneribus, superciliis illatis, an caecitatem afferant. Lips. 1741. Autenrieth Phys. §. 509.

40) Ephem. nat. cur. cent. III. obs. 55. *Histoire de la soc. R. de méd. an.* 1776. p. 316.

41) Fabr. Hildanus cent. V. obs. 17. Cent. VI. obs. 6. Pinel *Nosographie.* 2. *B.* p. 123.

42) §. CXIII. N. 5.

43) Eschenbach obs. anat. chir. med. N. 6. p. 49. Mohrenheim *Beyträge.* v. Richter *Wundarzn.* 3. *B.* p. 248.

*) Retinâ e sede remotâ, effluente sensim sensimque

in alapa infligenda [45]), a nisu sub vomitu [47]) partu [48]), sternutatione [49]), a rebus restagnationem sanguinis in capite producentibus, ut struma [50]), parotis [51]), scrophula [52]), a morbis orbitae [53]), nasi [54]), antri Hygmori [55]), dentium [56]) a cosmeticis [57]), a barbae rasura [58]), crinium re-sectione

humore vitreo. Astley Cooper. v. Himly *ophth. Bibl.* 1. *B.* 2. *St.* p. 234.

44) Fischer *Bemerkungen über London.* p. 172.

45) Fabr. Hildanus cent. V. obs. 8. Morgagni l. c. art. 12. Wepfer de affect. capit. obs. 181. p. 869. Penada in *mem. di matemat. e fisica. T.* 10. Willich in Hufeland's *Journ.* 21. *B.* 2. *St.* p. 32.

46) Amatus Lusitanus cur. med. cent. VII. N. 32. 44 Schenk obs. L. I. N. 305.

47) Fabr. Hildanus cent. V. obs. 19. Hoffmann diss. de imprudente medicatione. §. 20. Wedel diss. casum de gutta serena exhibens. p. 1. Scheidemantel *Beyträge. N.* 29.

48) Alberti Diss. de visus obscuratione a partu. Hal. 1732.

49) Fabr. Hildanus Cent. I. obs. 24.

50) Stoerk libellus, quo continuantur experimenta etc. p. 168.

51) Piderit *prakt. Annal. vom Militair-Lazareth in Cassel.* 2. *St.*

52) Modo mechanico (Martens *prakt. Bemerk.* 2. *B.*).

53) §. XCII. N. 1.

54) e. c. ozaena (Ephem. nat. cur. Dec. III. An. 9. et 10. obs. 123.).

55) Sandifort museum anat. Vol. 2. Tab. 3.

56) Heister *Wahrnehmungen.* 1. *B. N.* 150.

57) Oehme Diss. cit. §. 9. Triller opusc. med.

sectione [59]), refrigerio [60]), e. c. a lavatione frigida faciei aestuantis [61]), a catarrho epidemico [62]), a suppressione sudoris [63]), coryzae [64]), et haemorrhagiarum, inprimis epistaxeos [65]), menstruorum [66]), lochiorum [67]), haemorrhoidum [68]), ab omissa habituali venaesectione [69]), a lactatione cohibita [70]), a luce nimia e. c. solis [71]), lunae [72]), ful-

Vol. I. Diss. V. p. 142. KLEIN interpres clinicus. p. 259.

58) BARTHOLINUS Epist. Cent. III. Epist. 67.

59) *Neue allgem. deutsche Bibl.* 45. *B.* p. 364.

60) WEDEL diss. de amaurosi. p. 15. NOOTNAGEL l. c. §. 7. HEISTER *Wahrnehm.* 2. *B. N.* 376. MICHAELIS in RICHTER's *chir. Bibl.* 6. *B.* p. 131.

61) BEER l. c. p. 531.

62) HOFFMANN med. rat. syst. T. IV. P. 4. C. 4. §. 2. 3.

63) EBERMAIER in HUFELAND's *Journ.* 5. *B.* p. 579.

64) SCHMUCKER *vermischte Schrift.* 2. *B.* p. 9.

65) FABR. HILDANUS Cent. VI. obs. 5. ALBERTI diss. de adstringentium perverso in haemorrhagiis usu et effectu. §. 3. *Breslauer Samml.* 1726. 1. p. 503.

66) PELARGUS *med. Jahrgänge.* 2. *B.* p. 353. HEISTER *Wahrnehmungen.* 1. *B.* p. 590. DE HAEN rat. med. P. VI. p. 264. KALTSCHMIDT diss. de virgine, chlorosi et gutta serena laborante. Jen. 1788.

67) MAURICEAU *sur les maladies des femmes grosses.* 2. Vol. obs. 568.

68) BEER l. c. §. 48.

69) HEISTER l. c. 2. *B.* p. 441. KÜHN *Ital. Bibl.* 2. *B.* 1. *St.* p. 5.

70) STOERK de pulsatilla nigra. p. 40.

71) GALENUS de usu partium. L. X. C. 3.

fulguris [73]), ferri fusi [74]), fornacis [75]), a calore [76]), insolatione [77]), ab ebrietate [78]), a nicotianae naribus attractae mala indole [79]), ab infarctu imi ventris [80]) et vermibus [81]), ab ulceribus antiquis [82]) et herpete [83]), praepostere sanatis, ab inedia [84]), a jactura cruoris [85]), salivae [86]), lactis [87]), seminis [88]), inprimis sub concubitu diurno [89]),

72) Henr. ab Heer obs. med. Vol. IV. §. 1.

73) Heister l. c. 2. *B. N.* 283. Richter nov. comm. Soc. Goett. Vol. IV. p. 83.

74) *Auserl. Abh. f. pr. Aerzte.* 7. *B.* p. 579.

75) Hollerius de morbis internis Schol. C. 20.

76) La Fontaine in Loder's *Journ. f. die Chirurgie.* 4. *B.* 1. *St.* p. 35.

77) Beer l. c. §. 49.

78) Riedlin Lin. med. an. III. p. 393. Boerhaave de morbis ocul. p. 75.

79) Beer l. c. p. 531. In nota.

80) Beer l. c. §. 47.

81) Remer in Hufeland's *Journ.* 17. *B.* 2. *St.* p. 106. Vandermonde in *Journ. de méd. T.* 10. p. 129.

82) Forestus L. XI. obs. 35.

83) Trecourt *mém. de chir.* obs. 4.

84) Eph. nat. cur. Dec. III. an. 5. obs. 107.

85) Oehme l. c. p. 9. Nicolai *Abhandl. v. d. Fehlern d. Gesichtes.* p. 130. *Journ. de méd. T.* 20. p. 422. *T.* 43. p. 80. Ex repetita nimis haemorrhoidum aperitione ipse amaurosin observavi.

86) Fabr. Hildanus Cent. V. obs. 13. Thilenius *med. chir. Bemerkungen.* p. 73.

87) Salmuth obs. Cent. III. N. 27.

88) Sanctorius de stat. med. sect. VI. aph. 18. Lom-

no [89]), a praevia diarrhoea [90]), vel purgantium abusu [91]), a febribus intermittentibus [92]), syphilide [93]), a contagio typhi [94]), a vapore cloacarum [95]), a venenis [96]), e. c. opio [97]), atropa belladonna [98]), plumbo [99]), secale cornuto [100]), baccis solani [1]), a rebus amaris [2]), ira [3]), a mercurio

MIUS de sanitate tuenda. p. 37. FR. HOFFMANN diss. de morbis ex nimia venere. §. 18. 24.

89) BERENDS de concubitu diurno notabili atque haud infrequenti amaurosis causa. Francf. 1805.

90) BEER l. c. §. 51.

91) SENNERTUS med. pract. L. I. p. 3. sect. 2. C. 37. HALLER opusc. pathol. obs. 76.

92) TRNKA l. c. p. 695.

93) HEISTER l. c. 2. *B. N.* 19. OEHME l. c. SCHMUCKER *vermischte chir. Schriften.* 2. *B.* p. 9.

94) MOLITOR Diss. de febre contagiosa maligna et intermittente. v. HALLER' diss. pract. T. V. p. 216. P. I. Vol. I. §. XLIX. hujus operis.

95) RAMAZZINI de morbis artificum. C. 13. CHOMEL in *mém. de Paris.* 1711. obs. anat. 5. BEER l. c. p. 252. §. 58.

96) BEER l. c. §. 46.

97) BEERGER diss. de vi opii rarefaciente. §. 4.

98) PELARGUS *med. Jahrgänge.* 2. *B.* p. 474. LUDWIG adversaria medica pract. Vol. I. P. 4. p. 660. LENTIN *Beobacht. einiger Krankh. N.* 2.

99) STOLL Praelect. p. 384. WHITE in *med. Comment. v. Edinb.* 3. *B.* 1. *St.* p. 75.

100) LENTIN l. c. §. 2. 4.

1) Commerc. lit. Nor. 1732. p. 334.

2) e. c. a potu instar cofeae ex cichorea parato. BEER l. c. §. 45.

rio [4]), a dolore [5]), spasmo [6]), sonitu vehemente [7]), terrore [8]), lacrymatione [9]), magnetismo animali [10]), somnio [11]), vigiliis [12]), idiosyncrasia [13]), graviditate [14]), a vitio plicoso [15]), inprimis resecto trichomate [16]), a fuga achorum [17]), psorae [18]), mor-

3) Hoffmann consult. et respons. med. Cent. I. N. 42. Schmucker op. c. 2. *B.* p. 9. Oehme l. c. Herz in Hufeland's *Journ.* 5. *B.* p. 275. Cfr. P. II. Vol. I. C. XX.

4) Marat *inquiry into the nature, cause and cure of a singular disease of the eye. Lond.* 1776.

5) Smetius miscell. p. 546.

6) Lentin l. c. §. 2. 4. Dozauer in Loder's *Journ. f. d. Chirurgie.* 1. *B.* p. 70.

7) Schenk obs. med. L. I. obs. 306.

8) Richter nov. comm. soc. Goett. Vol. IV. p. 74. Oehme l. c. §. 9. Schmucker op. c. 2. *B.* p. 9.

9) Fabr. Hildanus Cent. IV. obs. 15. Heister l. c. 1. *B.* *N.* 128.

10) Heinecken op. c. p. 65. Cfr. P. II. Vol. I.

11) Plinius hist. nat. L. VII. 50.

12) Act. nat. cur. Vol. I. obs. 159. Vol. IV. obs. 137. Riedlin Lin. med. An. IV. p. 762.

13) Beer l. c. §. 44. (e. c. a cioccolatae potu).

14) Rolfinck l. c. C. 5. Salmuth obs. Cent. III. N. 27. Sennertus Prax. med. L. I. P. 3. sect. 2. C. 37. Beer l. c. §. 44. Bezard in *Journ. de méd. chir. et pharm. T. XXXIII.* 1815. *Mai.* p. 72.

15) P. I. Vol. II. §. CXLIV. N. 2.

16) La Fontaine l. c. p. 66. Cfr. opus nostr. l. c.

17) Act. med. Berol. Dec. VI. Vol. V. p. 28. Wedel diss. de amaurosi. p. 17. Hoffmann med. rat. syst.

morbisque aliis ut hydrocephalo [19]), apoplexia [20]), colica [21]), variolis [22]), morbillis [23]), epilepsia [24]), et convulsionibus [25]).

§. CX.

Diagnosis. Prognosis.

1. Amaurosis praeter debilitatem visus (*amblyopia*) aut caecitatem nullum agnoscit signum pathognomicum. Enim vero pupillae dilatatio, et iridis immobilitas, pro talibus quondam habitae, pluries desiderantur [26]), immo quandoque pupilla Signa pathognomica.

Vol. III. p. 229. Wendt *V. u. VII. Nachricht v. d. Kranken-Institute zu Erlangen.*

18) Hoffmann Cons. et resp. Cent. I. cas. 50. Ludwig l. c. Vol. II. P. 1. p. 157. Oehme l. c. §. 7. Beer *Gesch. e. geheilten vollkommenen, v. zurückgetretener Krätze entstand. schwarzen Staars. Wien* 1798.

19) Cfr. P. II. Vol. I. C. IV. §. XXII. N. 4. (60).

20) Ibid. C. V. §. XXIV. N. 1. (82.).

21) Eph. nat. cur. Dec. II. An. 5. obs. 247. Dec. III. An. 3. obs. 8. Cent. I. obs. 78. Plater obs. med. L. I. p. 104. Stoll Praelect. p. 304. Rat. med. P. VI. p. 386.

22) Richter in comment. soc. Goetting. Vol. III. p. 25. Schmucker l. c. 25. *B.* p. 8.

23) Ploucquet Diss. sistens observat. circa photorexin. Tüb. 1799. Schmucker *vermischte Schriften. 2. Th.* p. 24.

24) Tulpius obs. med. L. I. C. 10. Pelargus l. c. 3. *B.* p. 652. Cfr. Cap. XI. §. LIII.

25) Heister op. c. 2. *B. N.* 195. Cfr. C. XIV. §. LXX.

26) Boerhaave de morbis oculorum. C. 3. §. 101.

pilla potius angustior cernitur [27]) et iris minima admota luce contrahitur [28]). E contrario pupillae dilatatio et immobilitas (*mydriasis*) obvenire possunt, quin morbus nomen amauroseos obtineat [29]). Hoc praeterea in morbo corneae splendor saepe imminutus est. Quocunque vero in amauroseos casu margo pupillaris iridis angularis evadit [30]). Anguli bini pupillae vel sursum et deorsum, vel versus nasum et tempus divergunt. Ibi pupilla similis est pupillae felium, hic pupillae animalium ruminantium. Et pupillae positio saepe a norma abludit. Color illius nunc nebulosus [31]), nunc rubellus [32]), nunc viridescens, raro ut decet niger. Opacitas pupillae, solum dum oculus e latere conspicitur, apparet. Est illa profunde in oculo locata. Quodsi amaurosis *unum* tantummodo oculum detineat, conditio morbosa iridis et pupillae in oculo aegrotante, *solum*

Trnka l. c. §. 17. Himly *ophthalm. Beob. u. Untersuch.* Larrey *sur la mobilité de l'iris dans certaines cas d'amaurose* in *Bulletin des sc. par la soc. philomatique de Paris. Août* 1817.

27) Beer l. c. §. 28.

28) Beer l. c. §. 31. Cfr. Car. Behr diss. de spasmo iridis. Halae 1817.

29) Cfr. C. XVIII. §. CV. N. 11.

30) Beer l. c.

31) Richter nov. comment. soc. Goett. T. IV. p. 77. Beer l. c. §. 30.

32) Beer l. c.

solum dum oculus sanus clauditur, in conspectum venire solet [33]). — Plurimi amauroticorum, ut diximus, siccitatem aut plenitudinem oculi, vel sensum ac si bulbus (nunc duritie, nunc mollitie peccans) ex orbita pelleretur, accusant, et strabismo [34]) laborant. Ne dicamus de vitiis quibusdam visus infra propius describendis ut de visu interrupto, duplicato, reticulato, nebuloso, colorato, dimidiato, de muscis volitantibus, de evolutione lucis morbosae, (*photopsia*) et de lucis intolerantia (*photophobia*). Quae singula eo magis originem amauroticam indicant, quo magis affectione morbosa cerebri, nervorum et sensuum aliorum stipantur.

2. Quoad confusionem cum aliis morbis maxima illa *amauroseos cum cataracta* timenda. Differunt sequentibus notis. Confusio cum cataracta.

Cataracta.	*Amaurosis.*
1. Opacitas mox retro centrum pupillae apparet et evidens est.	1. Opacitas profunde in oculo locata est, et nonnisi ope conspectus lateralis dignoscitur.

2. *Ca-*

33) Beer l. c. §. 32.

34) „*Ce n'est pas toujours par un examen spécial, que l'on découvre le strabisme presque insensible, dont je viens de parler: c'est plus ordinairement pendant une conversation établie avec le malade et au moment, où il ne songe point à son oeil paralysé.*" Demours T. I. p. 364.

Cataracta.	*Amaurosis.*
2. Corpus opacum griseum album est.	2. Color opacitatis rubellus, viridescens.
3. Visus imminutio, cum gradu opacitatis aequo passu incedit.	3. Nulla ratio inter visus jacturam et opacitatem.
4. Iridis motus nunquam deletus, rarissime impeditus.	4. Iris et pupilla abnormes.
5. Margo pupillaris iridis annulum nigrum exhibet.	5. Margo pupillaris angularis.
6. Cornea normalis.	6. Splendor corneae plerumque imminutus.
7. Quocunque in morbi gradu, conditio visus repentinis non subjicitur mutationibus.	7. In morbo necdum absoluto, conditio visus repentinis subjicitur mutationibus 35).
8. Objecta nebula circumdata videntur.	8. Objecta coloribu iridis circumdata apparent.
9. Conspicillum convexum aegro optime inservit.	9. Conspicilla quo sunt morbo incipient accommodata.
10. Visus lateralis saepe concessus.	10. Visus circumcirca deletus.

3. Caete

35) Augetur nempe capacitas videndi a victu lauto gaudio, ira, infringitur ab inedia, moerore, jactur seminis etc.

3. Caeterum probe retinendum, posse cata-actam cum amaurosi *complicari*. Quae quidem omplicatio, praesentibus pupilla ampla, iride igida, deletaque lucis perceptione, facile digno-citur: secus autem deficientibus, ut quandoque ccidit [36]), signis illis amauroseos. Re dubia ad etiologiae lumen recurrendum est. Juvat quo-ue oculi alterius, forte a cataracta liberi ratio-em habere.

Compl. amauroseos cum cataracta.

4. Complicari quoque solet *amaurosis* cum *laucomate*, *cirsophthalmia*, *exophthalmo*, *atro-hia oculi*, *paralysi musculorum oculi* (*ophthal-oplegia*) et *palpebrae*, *haemophthalmo*, nec non ım *vulneribus regionum orbitalium*.

Aliae complicationes.

5. Ex quibus singulis colligitur, amaurosin tium nunc primarium, nunc symptomaticum si-ere, unde amauroseos divisio in *primariam* et *mptomaticam*.

Divisio generalis.

6. Dividitur amaurosis *primaria* in *traumà-cam*, *inflammatoriam*, *rheumaticam* et *catar-ialem*, *gastricam*, *periodicam*, *arthriticam* et *erveam primitivam*.

Divisio amauroseos primariae.

7. *Amaurosis traumatica* ex violentiis vel ranio, inprimis regioni orbitali, vel ipso oculo latis, oritur. Illa extemplo cum lucis perceptio-e deleta, oculo cadaverico, pupilla angusta, cla-ı, iride immobili, lacrymatione et paralysi mu-sculo-

A. traumatica.

36) Beer l. c. §. 48.

Frank Prax. II. I. 2. Ggg

sculorum oculi, ingruit, unde *amauroseos par-lyticae* obtinuit nomen [37]). Amaurosis, ex violen tiis oculo ipso illatis orta, plerumque ophtha miae traumaticae sistit effectum [38]), ac saepe cu aliis inflammationis reliquiis apparet.

A. inflammatoria.

8. *Amaurosis inflammatoria* utplurimum su pressionem haemorrhagiarum quondam habitu lium, inprimis epistaxeos, menstruorum et ha morrhoidum [39]), nec non evidentem humoru ad caput impulsum, cum oculorum statu varic so socias agnoscit. Facultas videndi praeserti post pastum, excandescentiam animi, aut in lo calido, amittitur, recuperaturque ventriculo je nо reddito, animi pace composita, ac sub te peratura frigidiuscula. Iridis motus segnis, non plane deletus. Saepe lucis morbosae evolut

A. rheumatica et catarrhalis.

9. *Amaurosis rheumatica* caussis consue affectionum *rheumaticarum* [40]) originem debe nunc uno tantum, nunc ambobus oculis infen sequentibus distinguitur signis: pupilla scili clara, neque angusta, neque multum dilata iride fere immobili, facili lacrymatione, lucis tolerantia, doloribus a bulbo oculi ad front d

37) Beer l. c. p. 535.

38. §. XCIII.

39) De amaurosi haemorrhoidali pulchre disseruit Heimann (v. *Russische Sammlung f. Naturwissen u. Heilk.* 2. *B.* 3. *Heft.* p. 364.).

40) P. I. Vol. I. §. XII. N. 2.

lentes, collum vagantibus, luscitate, atonia pal-
pebrae superioris visuque haud omnino deleto.
Ab amaurosi rheumatica *amaurosis* coryzae sup-
pressae effectus [41]) parum differt. Exhibere ea
olet pupillam regioni temporali propiorem, quam
nasali, cum margine pupillae versus regionem
llam angulum formante. Praeterea aeger de sic-
itate oculi et cavitatum narium, de sensu pleni-
udinis bulbi, de pondere ad radicem nasi con-
queritur. Caeterum visus vix unquam omnino
vanescit. Quod si praeter coryzae suppressio-
iem et *sinus frontales hydrope purulento* vel *ab-
cessu* laborent [42]), praeter dolorem ad frontem
liaque symptomata istis morbis propria, oculus
el oculi ab axi visus recedunt, visus fit duplex,
alpebra superior prolabitur saepeque sternutatio
um lucis morbosa evolutione aegrum angit.
Nisi succurratur exophthalmus expectandus.

10. *Amaurosis gastrica*, prout ex saburra
t bile, ex vermibus aut ex infarctu viscerum
bdominalium pullulat, varia prae se fert sympto-
nata. In *amaurosi ex saburra et bile* pupilla
videnter dilatata, ut decet, nigra, motus iridis
anguidi, et bulbus oculi saepe a lacrymis inun-
atus, cernuntur. Lacrymarum apparitio cum
ructatione acida aliisque consuetis signis gastri- A. gastrica.

 cis

41) Beer l. c. p. 530.
42) Beer l. c. p. 566. Cfr. Cap. nostr. XXVII. §. CXXXI. N. 3.

cis cohaerere solet. *Amaurosis ex vermibus*, praeter signa vix allata, bulbum oculi irregularite volutabundum et strabismum exhibet. Porro li vor circa oculos, aliaque signa verminosa occu runt. *Amaurosis, quae ex infarctu viscerum ab dominalium* originem trahit, lentissime evolvitu Orditur morbus a visus labefactatione, sub qu objecta nebula vicissim nigra et grisea involut cernuntur, ac sub lectione unum alterum voc bulum a linea veluti aufugere videtur (*visu interruptus*). Pupilla magis magisque dilatatu iris quodammodo convexa, segniter movetu margo illius pupillaris angularis fit, atque pra ter turgorem vasorum oculi, albuginea colorem e flavo rubrum induit. Nec desiderantur generali viscerum abdominalium passionem indicantia sym ptomata.

A. periodica. 11. *Amaurosis periodica* febris intermitte tis, a MONRANDIO 43), PECHLINO 44), HEIST RO 45), BEERIO 46), nobisque ipsis 47) observata est symptoma. Sequitur typum tertianae tu simplicis, tum duplicis, saepeque hemicrania saevam sociam habet. Legi de ea meretur BU SERII

43) De quibusdam tertianis perniciosis commentati Cap. 3.

44) Obs. L. I. N. 42.

45) l. c. 1. *B. N.* 428.

46) l. c. p. 585.

47) Tum Ticini, tum Viennae, in ipso clinico ophtha mico BEERII.

ERIUS 48) ex cujus descriptione clare apparet, maurosin hac in febre symptoma affectionis in-lammatoriae cerebri, paroxysmum comitantis, esse.

12. *Amaurosis arthritica* *) duabus sub for-nis occurrit. *Prima forma*, ambobus oculis in-ensa, notatur pupillâ valde dilatatâ, transversim ngulari, decoloratâ, iride segni, immobili, dolo-ibus circa oculos vagantibus, et conditione va-icosa vasorum sanguiferorum oculi. Subjiciun-ur illi potissimum feminae valde sensiles, ocu-isque nigris instructae. *Altera forma* utrique exui, magis tamen feminis, inprimis tempore ces-ationis menstruorum, familiaris, cum labefacta-ione visus et sensu veluti si formicae circa ocu-um in cute decurrerent, orditur. Pupilla, trans-ersim angularis, dilatatur ac ex pallido viride-cit. Iris decolorata, sicuti totus oculus, de statu aricoso vasorum sanguiferorum testatur. Dolet culus, doletque universum caput, inprimis ac-edentibus animi pathematibus, mutatione repen-ina temperaturae, et errore in diaeta. Quivis lolorum insultus cuncta mala adauget. Aeger, ab volutione lucis morbosae in errorem ductus, vi-lere autumat, donec apparitio cataractae viridis, eu glaucomatosae et atrophia oculi, omni illu-sioni A. arthritica.

48) Inst. med. pract. §. 75.

*) Dubitaverat quondam FARRE, dari amaurosin arthriticam; ast ulteriori experientia de contrario convictus est. v. HIMLY *ophth. Bibl.* 1. *B.* 2. *St.* p. 236.

sioni finem imponat. Cum amaurosi arthritic maxime convenit amaurosis, quae fugae praepo sterae herpetis, psorae et ulcerum antiquorum nec non resectioni plicae, originem debent. So lum in eo, quod derepente et sine dolore oriun tur, ab amaurosi arthritica genuina differunt.

A. nervea. 13. *Nervea* seu *dynamica* ea dicitur amauro sis, quae sine evidenti vitio partium systema ner vosum oculi componentium existit, ac ex sensi bilitate nervi optici et retinae, sive aucta siv imminuta, repeti potest. Diagnosis hujus amau roseos, inprimis si morbus ambos oculos detinea ardua est, cum signa objectiva deficiant, ac e subjectivis tantum judicandum sit. Oculis enir bene constitutis, aeger primum de muscis au nebula coram iis volitantibus, dein de evolution lucis morbosae ac tandem de absoluta caecitat conqueritur; quae querelae si simulatae foren expertissimus licet ocularius in errorem inde du ci posset, non ita si unus tantum oculorum amau rosi laborat, alter vero sanus existit, tunc enir intuitus cum oculo labefactato, utpote vagus, il lius oculi luscitatem post se trahit: praetere oculo sano probe clauso, pupilla oculi amaurotic illico dilatatur, ac iris adversus fortissimum luci gradum rigida manet. *Amaurosis dynamica cun sensibilitate aucta* derepente evolvitur. Aeger utplurimum athleticus vel saltem plethoricus, d sensu plenitudinis in oculo et lucis morbosae mo

lest

esta apparitione conqueri incipit. Sequitur dolor capitis cum obnubilatione, quibus magis magisque saevientibus, visus eadem ratione labefactatur. Jam miseri coram oculis rete, in loco lucido coloris nigri, in loco obscuro coloris ignei, versatur. Quae morbosa apparitio toties viget quoties affluxus humorum ad caput, e. c. sub nixu in alvo deponenda, promovetur. Absoluta caecitas malis istis finem imponit. *Amaurosis cum sensibilitate imminuta*, plerumque lente evolvitur. Deest capitis dolor, ac aeger solum de rete et nebula ejusdem semper coloris coram oculis versante conqueritur. Prout vires universi corporis aut vigent, aut languent, crescit aut imminuitur videndi facultas, donec tandem in integrum pereat. Huc *amblyopia* sic dicta *senilis*, et in genere quaevis amaurosis marasmi effectus, spectare videtur. Oculus talis amauroticus, veluti oculi felium, saepius in loco obscuro lucet 49).

14. Amaurosi nerveae et *transitoriam* illam adscribimus, quae narcoticorum, animi pathematum, idiosyncrasiae, et graviditatis incipientis sistit effectum. Quae enim ex provecta graviditate oritur amaurosis, haec potius ex humorum ad caput aucto impetu repeti potest. A. transitoria.

15. De amaurosi ut *symptomate* hydrocephali 50) A. symptomatica.

49) Qua de caussa a Beerio nuncupatur *Das amaurotische Katzenauge*. l. c. p. 495.

li [50]), apoplexiae [51]), jam dictum est. Generatim amaurosis omnium morborum encephali, cum laesione originis et decursus nervorum opticorum exstantium symptoma constituere potest. Nil hinc mirum, si amaurosis toties cephalaeis diuturnis [52]), typho [53]), epilepsiis [54]), convulsionibus [55]), paralysi [56]), cariei cranii [57]) superaccedat. Amaurosis hujus generis utplurimum, cum labefactatione aliorum sensuum, inprimis auditus, nec non cum deleto facultatum animi usu, societatem inire solet. Caussa illius in carie ossium frontis aut maxillae latente, exophthalmus expectandus.

Prognosis. 16. Amaurosis perfecta, inprimis lente evoluta ac diuturna, vix unquam sanationem admittit. Quod neque arti neque medicis opprobriosum censendum, dum aequo animo, quid autopsia cadaveris amauroticorum docet, perpendatur. Oculo vehementer laeso, ac systemate illius nervoso partim

50) P. II. Vol. I. sect. I. C. IV. §. XXI. 3. (71.). §. XXII. 3. (60.).

51) Ibid. C. V. §. XXV. N. 1. (82.).

52) Ibid. C. II. §. XI. N. 2.

53) P. I. Vol. I. C. IV. §. XLIX. N. 9.

54) Pelargus *med. Jahrg.* 3. *B.* p. 652. Tulpius obs. med. L. I. C. 10. Cfr. Cap. nostrum de epilepsia.

55) Heister *Wahrnehm.* 2. *B. N.* 195. Cfr. Cap. nostrum de motibus convulsivis vagis.

56) Cfr. Cap. nostrum de paralysi.

57) N. 4.

partim destructo, quid ab artis auxiliis expectandum? Meliora *amaurosis inflammatoria* promittit atque sic in morbo incipiente. Secus autem in malo provecto, stabilitis jam recensitis vitiis arteriae et venae centralis, facto forte extravasato cruento, specie scilicet apoplexiae localis nervi optici et retinae. *Rheuma et arthritis*, cerebro et systemati nervoso oculi infensae, quousque de simplici agatur inflammatione, plerumque imperio artis subjiciuntur. At subjiciunturne illi et tunc, dum ex rheumate et arthritide extravasatum serosum ventriculorum cerebri, forte hydrops acutus tunicae vaginalis nervi optici, cum concretionibus calculosis retinae, gignuntur? — Sequitur inde, sanationis spem solum affulgere, dum *amaurosis* vel ex *vitio abdominis*, vel ex *diathesi periodica* vel ex *sensibilitate* sive *aucta* sive *imminuta* systematis nervosi oculi originem trahit. Quoniam vero diagnosis de indole amauroseos vix unquam cum absoluta certitudine statui licet, in genere neque illico plane desperandum, neque temere promittendum. Quocunque in casu sanationis, aut saltem visus quodammodo recuperandi spes, utpote miserorum unicum solatium, nunquam durâ prognosi, qualem medici ocularii nimis saepe instituere solent, aeterno tollenda. Sciendum enim, posse amaurosin et fortuito tolli, ut exempla docuerunt, per tegu-

lam

lam in caput illapsam [58]), aut per alias cranii laesiones [59]), per jejunium [60]), diarrhoeam [61]), cephalaeam [62]), exanthematum eruptionem [63]), febrem [64]), icterum [65]), puerperium [66]) et somnium [67]).

§. CXI.

C u r a.

Generatim.

1. Quod tamen monitum non ita interpretandum, ac si amauroticos continuis vanae curae tentaminibus excruciandos esse, suaderemus. Est modus in rebus, ac dummodo conaminibus nostris detrimentum non afferamus, plurima, vel ad compescendam miserorum impatientiam, tentari queunt. Abstineamus generatim ab experimentis cum sic dictis specificis ac empiricis auxiliis, donec

58) De igneis medicinae praesidiis v. HALLERI Bibl. chir. Vol. I. p. 270.

59) SCHENK obs. VII. L. I. *N.* 310. MEEKREN obs. med. chir. C. 30.

60) RIVERIUS obs. communic. p. 679.

61) CELSUS de medic. Lib. VI. C. 6.

62) PAUSANIAS messenic. L. IV.

63) KLEIN interpres clinic. p. 293. RICHTER *med. u. chir. Bemerkung.* p. 64.

64) VELSCHIUS obs. med. episagm. 26.

65) LENTILIUS miscell. med. pract. P. I. p. 221.

66) SCHMUCKER op. c. 2. *Th.* p. 7.

67) MENOCHIUS *nützlich u. gelehrter Zeitvertreib.* Cent. II. C. 6. p. 25.

nec ex diagnosi quaedam rationalis indicatio emergat.

2. *Amaurosis traumatica*, quo recentior eo magis ut congestiones sanguinis illi sociae, nisi *venae sectione*, saltem *hirudinibus* abigantur, ac humores a capite ope *purgantium* ex *calomel* et *radice convolvuli jalappae* deriventur, exposcit. Porro sine temporis mora ad applicationem linteorum *aqua frigida* [68]) imbutorum super oculum et frontem recurri debet. Quae singula si non juvarent, cum *floribus arnicae* periculum instituendum [69]). Et arnica incassum adhibitâ, in *electricitate* [70]), et *galvanismo* [71]) spes ponenda. C. a. traumaticae.

3. Prin-

68) Aetius l. c. Schmucker l. c. 2. *Th.* p. 21. Beer in Arnemann's *Magaz. f. d. Wundarzneiwiss.* 25. p. 90.

69) Schmucker (op. c. 2. *Th.* p. 30.) et Richter (*chir. Bibl.* 2. *B.* p. 84.) arnicam in amaurosi nil prodesse asserunt. E contrario Collin (obs. circa morbos acutos et chronicos. P. IV. p. 79. sect. II. p. 108.) aliique eam ad sidera usque extollunt. Veritas et hic in medio latet, uti ex observationibus Angeli (in Weigel's *Ital. Bibl.* 3. *B.* 1. *St.* p. 127.), Thilenii (*med. chir. Bemerk.* p. 48.), Soemmerringii (Hufeland's *Journ.* 7. *B.* p. 85.) etc. apparet.

70) De usu *electricitatis* in amaurosi lege: Faulwetter *kurze Grundsätze d. Electricität.* 5. *B.* Ware in *mem. of the med. Soc. of London. Vol. III. N.* 15. *Remarks on the ophthalmy* etc. Pomme et Renaud in *Journ. de méd.* T. 73. p. 201. v. Hufeland's *neueste Annal. d. Franz. Arzneyk.* 2. *B.* p. 324. Som-

C. a. inflammatoriae.

3. Princeps *amauroseos inflammatoriae* remedium *venaesectio* consensu omnium [72]) est. Sunt, qui venam frontis secandam esse doceant [73]); alii ad *arteriotomiam* confugiunt [74]). Conveniunt omnes jure meritoque in *hirudinibus* [75]) ad tempora, et in *cucurbitulis scarificantibus* [76]) ad nucham

MER l. c. p. 92. HEY in *med. obs. and inquiry. Vol. VI. N. 1.* SPRENGLER *Briefe, welche einige Erfahrungen d. electr. Wirkungen in Krankheit. enthalten.* 2. *B.* p. 25. 3. *B.* p. 27. CROWFORT in *med. and phys. Journ. by Fothergill.* 1815. *June.* et compara adversarios ut LINNAEUM consectar. electr. med. v. HALLERI disp. Pr. 1. p 59. SCHMUCKER *verm. Schr.* p. 29. RICHTER l. c. p. 86.

71) *De galvanismi* in amaurosi efficacia et applicatione, lege: GRAPENGIESER *Versuche.* p. 104. 155. 159. 196. BISCHOFF in HUFELAND's *Journ.* 3. *B.* 2. *St.* p. 102. 113. 125. 129. Item in LODER's *Journ. f. die Chirurg.* 3. *B.* p. 574. quo loco (p. 499.) et RICHTERI observationes exstant. Tandem WALTHER *üb. d. therapeut. Indication des Galvanismus.* C. 9. et THOMASSEN A THUESSINK in *Geneeskundige Waarnemingen.* 2. Vol. 1816.

72) BOERHAAVE de morb. ocul. §. 90. SCHMUCKER l. c. p. 17. SPRENGEL in misc. Berol. T. VI. p. 64. TRNKA l. c. p. 577. RICHTER l. c. p. 577.

73) SAUVAGES nosol. med. p. 746. SPIGELIUS de hum. corp. fabrica. L. VII. p. 244.

74) PLENK de morbis oculorum. p. 776.

75) PAUL. AEGINETA L. III. C. 22. SCHMUCKER l. c. p. 17.

76) AETIUS l. c. RIVERIUS Prax. med. L. II. C. 1. HOFFMANN Cons. et resp. med. Cent. I. cas. 42.

cham commendandis. Maximum autem artis secretum in restitutione evacuationum cruentarum, inprimis menstruorum 77), lochiorum 78), haemorrhoidum 79), et epistaxeos 80) consistit. Accedit usus *foliorum digitalis purpureae* 81), et *acidi phosphorici* 82). Nec *pediluviis* 83) parcendum. Reliquum regimen antiphlogisticum per se intelligitur. In haemorrhoidariis praesertim alvi libertati studendum 84).

4. Ne in *amaurosi rheumatica*, inprimis recenti, evacuationibus cruentis 85) parceas, his [illegible] abun- C. a. rheumaticae.

77) Kaltschmid diss. cit. Heister Cfr. C. 1. *B.* N. 358. Lalouette ergo faustum omen in qualibet amaurosi period. P. 1774.

78) *Beyträge zur pr. Arzneywissenschaft.* p. 46.

79) Amaurosin incipientem ex suppressione fluxus haemorrhoidalis, hirudinibus ano admotis debellavi.

80) Hoffmann med. rat. syst. T. IV. P. 4. C. 4. §. 3.

81) In virgine congestionibus sanguinis ad caput obnoxia ac amaurosi incipiente laborante saturatum digitalis infusum reliquis auxiliis palmam praeripuit.

82) Amaurosin ex repentina suppressione menstruorum ope acidi phosphorici se sanasse refert Henning in Hufeland's *Journ. d. pr. Heilk.* 1817. *April.*

83) Eorum virtutem Boerhaave l. c. C. 3. aestimare docuit.

84) Dicke (in Hufeland's *Journ.* l. c. *Jul.*) magis magisque probat, quanta alvinae evacuationis in amaurosi curanda ratio habenda sit.

85) Beer l. c. p. 569. — Jam dudum effectus venaesectionis hac in amauroseos specie innotuisse ex Com. lit. Nor. an. 1745, p. 346. elucet.

abunde institutis, diapnoica [86]) praesto sunt, non neglectis *vesicatorio* [87]), *setaceo* [88]), *fonticulo* [89]), *caustico* [90]), *ustione* [94]), aliisque *ulceribus artificialibus* [95]), inprimis ad nucham pone aures, ad caput rasum [96]), ad extremitates inferiores. Si amaurosis suppressioni coryzae adscribenda esset, praemissa et hic hirudinum applicatione in ipsas nares, aut saltem prope eas, vel ad *vapores aqueos* ope infundibuli naribus admotos, vel ad *decoctum malvae* sive ad *solutionem* scrupuli dimidii *mannae canellatae* in quatuor aut sex unciis lactis naribusque attractis, deveniendum. Evanida omni

86) St. Yves l. c. 28. p. 326. Sudoriferorum portentosos effectus in incipiente ac recenti amaurosi observavi. Cfr. Hoffmann de gutta serena. Obs. 3. opp. III. Vol. p. 232.

87) Wedel diss. cit. p. 17. Sommer l. c. p. 86. Ackermann *klin. Annal. v. Jena.* 1. *St.* p. 151.

88) Wepfer de affect. capit. obs. 60. 153. Cramer diss. de paralysi et setaceorum usu adversus amaurosin. §. 40. v. Sandifort Thesaur. obs. Vol. I. N. 17. Acrell in *Abhandl. d. Schwed. Acad. d. Wissensch.* *XI.* p. 284.

89) Act. med. Hafn. Vol. II. obs. 12.

90) Schmidt in *Abhandl. d. k. k. Joseph. Akad.* 2. *Th.* p. 380.

94) Demours Exercit. pract. p. 109. Lud. Frank in *Salzb. med. chir. Zeit.* 1795. 2. *B.* p. 185.

95) Wepfer l. c. obs. 180. Wintringham ad Mead monita. C. 10. p. 156.

96) Riverius op. c. L. II. C. 1.

omni irritatione ac naribus tumidis redditis, *errhynis* 97) via patet. Nec *masticatoria* 98) negligenda. Si abscessus in sinubus frontalibus orire-tur, ad *terebrationem* illorum deveniendum 99). *Mercurio* 100) locus foret, si verisimile vaginam nervorum opticorum aut earum pulpam jam quaedam ex vitiis supra allatis 1) contraxisse, aut si suspicio de complicatione venerea haberetur. Aegro caeterum bene constituto, a *Mercurio sublimato corrosivo*, etiamsi de lue nulla adsit suspicio, non abhorrendum 2). Tutius tamen *calomel* ad parvas admodum doses et diu continuatas adhibetur. Regionem supraorbitalem quoque cum *unguento mercuriali*, addito *pulvere* atropae belladonnae perfricare liceat 3). Lenis salivatio haud timenda 4).

5. Amau-

97) Ware l. c. N. 15. Blagden in *medical facts and obs. Vol. IV.* N. 10. Beer l. c. p. 533.

98) Aetius l. c. Bontius de med. Indorum II. obs. 74. Lamzweerde apud Scultetum append. II. obs. 74.

99) Docte de hoc argumento egit Beer l. c. p. 569. 570.

100) Mercurius contra amaurosin jam a Schenkio (L. I. obs. 2.) et a Lentino (miscell. med. pract. p. 607.) in viro, simul cephalalgia et epilepsia laborante, cum fructu adhibebatur.

1) §. CVIII. N. 2.

2) De la Fontaine op. c. p. 69. Ware l. c.

3) R. Unguenti mercurialis drachmas duas; Pulveris foliorum belladonnae scrupulum unum. M. illiniatur ad vesperas locus indicatus cum scrupulo uno hujus unguenti.

4) De amaurosi sub ptyalismo sanata testantur Hei-

C. a. gastricae.

5. Amaurosin ex saburra aut bile resolventibus aggredimur. Inter quae tartratis stibii et potassae parvae doses ad lenem nauseam usque porrectae, reliquis palmam praeripiunt [5]). *Emeticis* proprie dictis, a multis celebratis [6]), tunc solum locus est, ubi saburrae et bilis evidenter sursum tendunt, aeger facile vomit, nihilque ab impetu caput versus timendum, aut malum derepente ortum duxit. Eo tutius lenia *purgantia* [7]) et inter haec maxime *tartras potassae* [8]) praescribuntur. *Amaurosi verminosae, anthelminthica*, illique ex

STER Diss. de amaurosi salivatione curata. Altd. 1713. et *Wahrnehm.* N. 221. HOFFMANN, med. rat. syst. L. IV. P. IV. C. 4. §. 5. ISENFLAMM *Versuche üb. d. Nerven.* p. 91. aliique.

5) SCHMUCKER l. c. 2. *Th.* p. 18. 26. RICHTER *med. u. chir. Bemerk.* p. 240. et comment. soc. Goett. Vol. III. p. 25. THILENIUS op. c. p. 47. FLAJANI *Collezione d'osserv. osservaz.* 30. BEER (l. c. §. 84.) abusum solummodo hujus methodi vituperat.

6) SCHMUCKER op. c. 2. *B.* p. 1. 23. 150. RIBE in *schwed. Abhandl.* 1. *B. N.* 10. PLENCIZ acta et obs. med. p. 119.

7) Sanatae ope purgantium amauroseos exempla obveniunt in Act. nat. cur. Vol. I. obs. 159. in Eph. nat. cur. Dec. II. an. 5. obs. 247. Dec. III. cent. an. 9—10. obs. 28. apud FABRICIUM HILDANUM Cent. II. obs. 9. STOERK ann. med. I. p. 7. 56. et DICKE in HUFELAND's *Journ.* 1817. *Jul.* p. 33.

8) RICHTER *med. und chir. Bemerk.* p. 245.

ex *infarctu viscerum abdominalium* methodus alibi ndicata [9].

6. *Amaurosis periodica* in *cortice cinchonae* [10]) quidem specificum agnoscit, at ne ad hoc pharmacum prius quam deleta plane complicatione gastrica et inflammatoria confugiamus! [11]). **A. periodica.**

7. Nisi ad *amaurosin arthriticam* debellandam, saltem ad illius progressus impediendos, ante omnia *regimen* requiritur *diaeteticum*. Abstineat aeger a victu crudo, inprimis a carne suilla et ab halecibus, evitet temperaturae vicissitudines, decumbat super pulvinare, loco pennarum, crines continente etc. Praeterea repetitis *pediluviis acribus* evolutio podagrae promovenda. Inter pharmaca, usus internus *sulphuris* [12]), *antimonii* [13]), *guajaci* [14]), *aconiti* [15]), *rhois radicantis* **A. arthritica.**

9) P. II. Vol. I. C. 1. §. VI. N. 27.

10) Stoerk l. c. p. 70. *med. Comment. v. Edinb.* 5. *B.* p. 165.

11) Burserius ait: „Necesse ergo est, continuo alvum lenire, venam secare, aliisque epispasticis revellere et corticem validissime propinari."

12) Beer l. c. §. 183.

13) Hoffmann, Schmucker, Richter ll. cc. Chevillard in *Journ. de méd. T.* 64. *N.* 45. Zincken in Hufeland's *Journ.* 8. *B.* 13. *St.* p. 171. Beer l. c.

14) Wintringham, Beer ll. cc.

15) Stoerk Libel. de stramonio etc. Collin obs. circa morbos acutos et chronicos. P. II. C. 2. cas. 1. 2. 3.

tis[16]), et *camphorae*[17]), sibi laudem promerue re. Ita restitutio pro re nata *achorum*[18]), *pso rae*[19]), *plicae*[20]) etc. et *ulcera artificialia.*

C. a. nerveae.

8. *Amaurosis nervea cum sensibilitate aucta* delicatissimae est curationis. Enim vero systema tis nervosi nimiam sensibilitatem obtundere, to numque illius, plerumque amissum, restituer quia vel irritemus vel calefaciamus, perarduum sistit conamen. Orditur cura regimine antiphlo gistico, et quidem *venaesectione* ex pede, *hiru dinibus* ad caput, *temperatura frigidiuscula*, *luc moderamine*, *diaeta vegetabili*, *pediluviis*, *clyst ribus*, *eccoproticis*, inprimis autem *foliis digita lis purpureae*[21]) et *elixirio acido Halleri.* Sedat humorum ad caput impetu, regioni supraorbita *aether sulphuricus* cum *laudano liquido Sydenha mi* et *balsamo vitae Hoffmanni*, illinitur. Seri et *vapores aetherei* oculis admovendi. Sunt qu ocu

Boehmer Diss. de usu salutari extract. aconit. in a thritide.

16) Dufrenoy *du caractère et du traîtement des dartre*

17) Beer l. c.

18) Ephem. nat. cur. Cent. VIII. obs. 32.

19) Beer l. c. Portal *Cours d'anatomie méd. T.* p. 432. Wege diss. de morbis sinuum frontaliun Goett. 1783.

20) De la Fontaine l. c. p. 67.

21) Pulveres ex cremore tartari, nitro, et foliis digita lis purpureae exhibere soleo.

oculo *unguentum mercurii* [22]) vel *argentum nitratum* [23]) illiniunt [24]). Usui interno *moschus* inservit. Sustinetur illius vis a *mercurio* et *antimonio* [25]). Nec radix *valerianae* [26]) spernenda. *Pulsatillae nigricantis* laus [27]), nec a nostra nec ab aliorum [28]) experientia confirmata est. Suspecta quoque habetur virtus *opii* [29]), *conii maculati* [30]), *olei cajeput* [31]) et *gaz hydrogenii* [32]). — In *amaurosi nervea cum sensibilitate imminuta*, quid *ammonia*

22) Mercurii sublimati corrosivi quartam grani *partem*. Butyri recentis insulsi drachmas duas. M.

23) Argenti nitrici fusi grana duo. Axungiae porcinae recentis drachmas duas. M. Bis terve de die ad magnitudinem lentis oculo illiniendum.

24) *Salzb. med. chir. Zeitung*. 1818. *N*. 87. p. 144. Pupillam inde angustari contenditur.

25) Sequentem formulam a patri meo summo cum fructu praesertim in feminis amauroticis adhibitam accepi. R. pulveris moschi granum unum. Calomel., sulphuris aurati antimonii ââ gr. semis. Sacchari grana sex. M. Cap. talem pulverem mane et vespere.

26) Nootnagel l. c. §. 22. Richter l. c.

27) Stoerk de pulsatilla nigric.

28) Schmucker l. c. 2. *Th*. p. 30.

29) Trnka l. c. p. 465. Stoll praelect. p. 388. Michaelis in Richter's *chir. Bibl*. 6. *B*. p. 131.

30) Stoerk de cicuta. L. II. C. 2. cas. 28. C. 3. p. 248. Zinken in Hufeland's *Journ*. 8. *B*. p. 171.

31) Hoffmann l. c. obs. 3.

32) Le Febure *üb. d. schwarz. Staar u. d. neu entdeckte Heilart desselb. durch Wasserstoffgass. Leipz*. 1804.

monia ac reliqua *alcalia* valeant, experiundun foret. Generatim hic *lux intensior* 33), *aër con densatus* *), *vinum generosum* 34), victus plenus temperatura calidior, irritantia topica, verbo to nica 35), conducunt.

C. a. symptomaticae. 9. Cura amauroseos symptomaticae sponte e ea morborum primariorum elucet.

§. CXII.

De vitiis visus.

Generatim. 1. Praeter morbos oculorum hucusque de scriptos, organon visus adhuc *vitiis* quibusdar subjicitur. Spectant huc *myopia*, *presbyopia* *nyctalopia*, *hemeralopia*, *photophobia*, *impotenti colores distinguendi*, *visus nebulosus*, *reticulosu obfuscatus*, *interruptus*, *dimidiatus*, *diplopia photopsia*, *myodesopia*, *strabismus* et *luscita* Quamvis haec vitia ut germina morborum jar descriptorum et praecipue amauroseos, rite mo nente Beerio 36), considerari debeant; attamen e speciatim, ut mos antiquus fert, sine artis detri mento exponi queunt. Placet nempe vestigi sequ

33) Michaelis l. c. p. 732. Himly *ophth. Beobach* 1. *B. N.* 2. Hufeland *Journ.* 7. *B.* 2. *St.* p. 10 Loebel ibid. 1815. *Jun.* p. 56.

*) Weinhold in *Allgem. Lit. Zeit.* 1819. *Oct. N.* 25 (*Die Anwendung des Luftdruckes*).

34) Ephem. nat. cur. Dec. I. an. 1. obs. 71.

35) Blancard collect. med. phys. Cent. II. N. 52.

36) Op. c. p. 424.

sequi Rungii[37]), Scheidii[38]), Knoblochii[39]), Misleri[40]), de la Hirei[41]), Vateri[42]), Koerberi[43]), Richteri[44]) aliorumque in specie commemorandorum.

2. Impotentia visus objecta in quadam distantia locata distinguendi *myopia*[46]) dicitur. Oculum debito pacto videre asserit Beer[47]), dum objecta, quamvis minima, in distantia quindecim aut viginti pollicum cernere potest. Myops hinc ille dicitur, cujus videndi facultas ultra decem vix extenditur pollices. Myopia laborantes literis minimis scribunt, scripta oculis prope et obli- Myopia[45]).

37) Diss. de praecipuis visus symptomatibus. Basil. 1578.

38) Diss. de visu vitiato ejusque demonstratione mathematico-med. Argent. 1677. Diss. de quibusdam visus imminuti vitiis. Argent. 1720.

39) Diss. de laesa visione. Basil. 1613.

40) Diss. de statu visus naturali et praeternaturali. Gies. 1680.

41) *Sur les differents accidents de la vue. Paris.* 1685.

42) Diss. de laesionibus visionis. Viteb. 1706. Diss. visus vitia duo rarissima alterum duplicatum, alterum dimidiatum sistens. Witeb. 1723.

43) Diss. de rarioribus quibusdam visionis vitiis. Erf. 1756.

44) Op. c. 3. *B.*

45) Germ. *Kurzsichtigkeit.* Gall. *la vue basse.*

46) Op. c. 651.

47) Sturm diss. de presbytis et myopibus. Altd. 1697. Detharding diss. de myopia et presbyopia. Rostoch. 1756.

oblique admovent, limbis palpebrarum invicem appropinquatis objecta intuuntur, facile nictitan et tandem strabi evadunt. Caussa proxima myo piae in eo locata est, quod radii, qui ita frang deberent, ut solum ad retinam in focum conveni rent, citius franguntur et conveniunt. Caussa hujus phaenomeni sunt: 1° Convexitas nimi corneae aliquando *conicae*, statumque illum refe rentis, quem recentiores *staphyloma pellucidum* seu *hyperkeratosin* 48) vocant, 2° convexitas ab normi

48) Agitur de *vitio corneae*, mihi semel tantum Vilna viso, pulchre descripto a Léveillé (*traité sur les ma ladies des yeux, traduit de l'Ital. de* Scarpa T. I p. 179. *nach d. Uebersetz. v.* Martens. *Th.* 2. p. 18 Not. *)) Arthurio Edmonston (*Treatise on the va rieties and consequences of ophthalmia. Edinb.* 180 p. 184.); Jacobo Wardrop (*Essays on the morbi anatomy of the human eye. Edinb.* 1808. p. 117.) Roberto Lyall (Diss. inaug. de staphylomate pellu cido conico. Petrop. 1816. p. 8.); Wilhelmo Adam (*üb. d. Wiederherstellung d. Gesichts, wenn es geli ten hat od. verlohren gieng, weil d. Cornea e. koni sche Form annahm; aus d. Journ. of scienc. and ar N.* 4. *übersetzt v. Dr.* Holscher); Jacobo War (*chirurgical observ. relative to the eye.* 2. *edit. Lond* 1805. Versione germanica Rundeni. p. 61.); A. F Demours (op. c. T. IV. p. 123.) et de quo docte, u solet, disseruit cl. Himly (*Bibl. f. Ophth.* 1. *B.* 2. *St* p. 398.). Vitium hujusmodi in prominentiâ conic corneae consistit, perstante plus minus illius *pellucidi tate*. Ex quo patet, illud nequaquam pro staphyloma te, utpote corneam *opacam* agnoscente (§. CV. N. 14.)

ormis superficiei anterioris capsulae lentis; 3°
lensitas humorum oculi, inprimis humoris vitrei;
4° tur-

declarari posse; idque eo minus, cum staphyloma ex inflammatione emergat et synechiam sociam habeat; morbus vero, de quo agitur, sine praevia inflammatione et sine aliis bulbi oculi vitiis evolvatur. Raro tantum illa sociam agnoscit superficiem corneae globosae *inaequalem* (Dr. Brewster apud Wardrop l. c.), substantiam corneae *incrassatam* (Adams l. c.), ad *apicem* coni *obfuscatam* (Léveillé, Ware l. c.), quae caeterum vitia de praevia inflammatione plus minus testari videntur. Quomodocunque res se habeat, sic dictum staphyloma pellucidum conicum, rectius a Himly *hyperkeratosis* nuncupatum, myopiâ fere ad caecitatis gradum perductâ stipatur. Caussam conditionis conicae corneae quaerunt potissimum in *hydrophthalmo* (Lyall), et in nisu corneae luxuriante (Adams). Ad morbum curandum proponuntur conspicilla concava, — eductio humoris aquei (Lyall) (qui citissime regeneratur), — collyria adstringentia e. c. aluminis in decocto corticis quercus (Wardrop), — infusum saturatum herbae nicotianae oculo ter quater de die ad guttas duas oculo instillatum (Ware), — et remotio lentis crystallinae (Adams), quae ultima methodus securissima videtur, si malum summum gradum attigisset, sique conspicilla concava, inprimis ea, quorum concavitas conica, convexitati conicae corneae responderent (Himly l. c. p. 405.), nil praestarent. Silentio objectionem editoris *Bibliothèque universelle* (1818. *Mai.* p. 40. 56.) non praetereo, utpote qui asserit: corneam perstante visu nunquam posse conicam reddi, cum conus radios lucis in focum colligere omnino nequeat. Ast, quaeso, aliud est per-

4° turgor oculi totius; 5° illius longitudo nimia; 6° impotentia musculorum, oculum distantiae objectorum accommodandi (a mala plerumque consuetudine repetenda); 7° dilatatio pupillae habitualis et 8° vitium congenitum bulbi oculi. Myopia, quae a mala consuetudine et turgore oculi oritur, annorum curriculo decrescere et tandem vel evanescere vel in contrarium prorsus vitium desinere solet. Secus autem myopia, cui vel vitium congenitum vel dilatatio pupillae originem dederunt. Hic illico ad securum myopiae auxilium, scilicet, ad *conspicillum concavum* [49]) debito pacto constructum [50]), debitae virtutis [51]) et utroque oculo speciatim accommodatum, devenire licet; non ita primo in casu, ubi conspicillorum nisi cautissimus usus non solum spem visum tractu temporis recuperandi plane aufert; sed et visum

fectus conus, aliud forma conica. Sed et istam jam visui valde obstare docet observatio, aegros staphylomate sic dicto pellucido affectos myopiâ, *fere ad caecitatis gradum perductâ*, laborare.

49) Germanice *Hohlbrille.*

50) Legantur de conspicillorum debita constructione Beerii opuscula popularia: *Pflege gesund. u. geschwächter Augen. Wien* 1808. Item: *Das Auge od. Versuch, d. edelste Geschenk d. Schöpfung vor d. höchst verderbl. Einfluss uns. Zeitalters zu sichern. Wien* 1815.

51) Conspicillum concavum, cujus ope myops minimas literas, quae fiunt typis, ad distantiam quindecim seu viginti pollicum perlegere valet, tutissimum habetur,

visum quotidie magis magisque labefactat. Num gravi myopiae lentis extractio opponenda [52])?

3. Impotentia objecta intra consuetam visionis sphaeram (a quindecim scilicet ad viginti pollices) distinguendi, *presbyopia* [53]) nuncupatur. Caussa proxima presbyopiae in eo consistit, quod radii solum retro retinam in focum colliguntur. Presbyops minutos typos lecturus, librum ultra viginti pollicum distantiam et pone candelae lucem collocat, ac indicem horologii sui portatilis haud distinguens, ex horologio turris longinquae, quota hora sit, judicat. Caussae presbyopiae, vitii plerumque senilis, ex illis myopiae, sensu contrario interpretatae, deducuntur. Presbyopia quotidie crescere ac nullam curam radicalem admittere solet. Pro tempore illi *conspicillum convexum seu lenticulare* [54]) occurrit. Presbyopia.

4. *Nyctalopiae* vocis duas diversas interpretationes apud medicos deprehendimus, alteram, quando aegri debiliori diei lumine et in crepusculo melius quam sereno coelo vident; alteram plane oppositam [55]), Primae interpretationi, utpote Nyctalopia.

52) Lege circa hanc quaestionem Beer op. elem. cit. 2. *Th.* p. 169. Cfr. Pellier *Recueil des mém.* etc. et W. Adams l. c. *Bibl. universelle.* Certe si myopia ex statu conico corneae pellucidae oriatur, uti ex nota praecedente elucet.

53) Germ. *Fernsichtigkeit.*

54) Germ. *Linsenbrille.*

55) Primo sensu Hippocrates (L. II. Prorrhet. XI.)

pote a RICHTERO [56]), et BEERIO [57]) receptae, ad haeremus. Nyctalopia, seu *caecitas diurna* bifaria est: nunc enim aegri sine respectu diei aut noctis, in loco lucido parum aut nil, in obscuro bene aut perfecte vident (*nyctalopia imperfecta*); nunc sine respectu lucis aut obscuritatis, die caeci, noctu autem, visu dotati sunt (*nyctalopia perfecta*). Caussae nyctalopiae sunt: 1° obfuscatio corneae aut lentis adversus pupillam; 2° mydriasis; 3° sensibilitas nimia oculi, aut congenita uti in Albinis, aut menstruationis socia [58]), aut effectus ebrietatis [59]), onaniae [60]), ophthalmiae, saburrarum [61]), tineae suppressae [62]); 4° febris intermittens larvata amaurotica, cujus paroxysmi interdiu, intervalla autem libera noctu invadunt. Cura caussis, secundum praecepta jam tradita accommodanda.

Hemeralopia.

5. *Hemeralopia* [63]) (*caecitas crepuscularis* vitium

vocem nyctalopiae accepit, unde *nyctalopia hippocratica* dicitur. Sed idem HIPPOCRATES (VI. Epid. V.) nyctalopiam quoque caecitatem nocturnam definit.

56) Op. c. 3. *Th.* C. XVII. p. 479.

57) l. c. p. 430.

58) RICHTER l. c. p. 486. observante PELLIER.

59) Ibid. observante BOERHAAVE (Vir sub ebrietate noctu legere potuerat).

60) Ibid.

61) RICHTER l. c. §. 487.

62) Ibid.

63) WEDEL Diss. de nyctalopia, Jen. 1693. A BERGEN Diss. de nyctalopia seu visu nocturno, Francf. 1754.

vitium nyctalopiae oppositum sistit. Eodem pacto hemeralopia in *imperfectam* et *perfectam* dividitur. *Hemeralopia imperfecta* originem angustationi pupillae, cataractae, humoribus oculi turbidis, et amblyopiae amauroticae, cum sensibilitate imminuta, debet. *Hemeralopia perfecta* non raro febrem intermittentem larvatam amauroticam [64]), cujus paroxysmi noctu invadunt, ac mane disparent, constituit. Communissima est hemeralopia imperfecta generis amaurotici. Grassatur epidemice [65]), inprimis aestate [66]), endemice [67]) et sporadice [68]), nautisque maris Indici et Medi-

v. HALLER coll. diss. Pr. I. N. 22. REIL Diss. de nyctalopia, Hal. 1791.

64) Ephem. nat. cur. Dec. II. an. 6. obs. 79. PYE in *med. obs. and inquiries. Vol. I. N.* 13. *med. trans, Vol. I.* p. 60.

65) HIPPOCRATES Epidem. L. VI. *Breslauer Samml.* 1720. 2. *B.* p. 320. CHAMSERU in *mém. de la Soc. R. de méd. T. VII.* et *Recueil périod. de la Soc. de méd. à Paris. T. II. N.* 9.

66) Primitiae phys. med. Vol. I. Inprimis si dies calidi a noctibus frigidis excipiantur (RICH. DE HAUTESIERK observ.).

67) In nonnullis Imperii Rossici regionibus e. c. Volhynia. Cfr. GUTHRIE in *mem. of the med. Soc. of Lond. Vol.* 6. *N.* 28. ita in regionibus tropicis teste FORBES in *the Edinb. med. and surg. Journ. T. VII.* 1811.

68) In orphanotrophiis, inter rusticos, milites.

Mediterranei minime parcens [69]). Accusatur prae-
sertim aër maritimus humidus et frigidus [70])
Praeter transpirationem suppressam, victus defi-
ciens aut plane vegetabilis, id est butyri au
lardi expers, maxime ad hemeralopiam excitan
dam conferre nobis videntur. Alii caussis heme
ralopiae adscribunt vitium haereditarium [71]), fe
bres [72]), somnium in radiis lunae [73]), aut adver
sus illos solis [74]), partum [75]) et plicam [76]). Sun
qui aliquid scorbutici in hemeralopia animadver
tere existiment [77]). *Prognosis* generatim hau
ardua [78]), dummodo morbus non diu nimis per
severet *). Epistaxis solvebat hemeralopiam apu
GILI

69) BAMPFIELD in *medico-chir. transact. Vol.* 5. 181
Lond.

70) *The Lond. med. and phys. Journ. Vol.* 36. 1816
Cfr. PAYEN *Diss. sur l'héméralopie où la cécité noctur
ne. Paris.* 1817.

71) Act. nat. cur. Vol. VII. obs. 28. Commercium li
ter. Norimb. 1745. p. 127.

72) HEBERDEN in *Arzneyk. Abh. v. Lond.* 1. *B. N.* 5.

73) REIL *Archiv f. Physiol.* 1. *B.* 1. *St.* p. 35.

74) RICHARD DE HAUTESIERK l. c.

75) Ephem. nat. cur. Dec. II. an. 6. app. p. 41. PAUL-
LINI Cent. I. obs. 17.

76) LA FONTAINE l. c. p. 66. (nullum hujusce heme-
ralopiae in plicoso exemplum mihi observare contigit).

77) BAMPFIELD l. c.

78) Ablatis caussis semper cessasse vidi.

*) Post annum caecitatem expectandam esse docet.
BAMPFIELD l. c.

Gilibertum [79]. Cura caussis accommodanda. Ne in hemeralopia periodica, nisi primae viae prius rite expurgatae fuerint, ad *cinchonam* confugias [80]. Inprimis emeticum praemittendum [81]. Praesente affectione rheumatica, *diapnoicis* et *vesicatoriis* ad nucham [82] non parcendum. Mira autem est atque a nostra quoque experientia confirmata virtus *hepatis bovis cocti* comesti adversus hemeralopiam [83]. Alii alia laudant *hepata* [84], ita cibum animalem in genere [85]. Quandoque [illegible] *vapor*

79) Advers. med. pract. prim. p. 263.

80) Richter l. c. §. 484.

81) Tode *med. chir. Bibl.* 2. *B.*

82) Bampfield l. c.

83) Hippocrates L. II. praed. C. 4. de visu. Alard. Herm. Cummius in misc. nat. cur. an. III. obs. 120.

84) Hepar caprinum a Dioscoride (L. 2. C. 46.), hepar anguillae a Panarolio (Pent. III. obs. 49.), laudantur.

85) Cum pueri orphanotrophii, quod M . . . . est, quondam, ob summam victus penuriam et esum ciborum vegetabilium omni condimento expertium, in hemeralopiam inciderint, ad morbum debellandum lardum victu adjicere suffecit. Lardum et butyrum jam dudum ut antidota hemeralopiae habita fuisse ex epistola Hochstetteri ad Horstium concludo; ait nempe ille: „nescio quomodo, male aut non butyrata, visum obscurant, ast vox populi est, quae vulgo Dei dicitur, *übel geschmalzen macht blind.*" (Horst opp. L. II. obs. 34.).

vapor hepatis cocti sufficere dicitur [86]). In omni casu aeger successive luci assuescendus [87]).

Photophobia.

6. De *photophobia* seu lucis intolerantia, ut symptomate ophthalmiarum, jam sparsim egimus. Observavimus eam *per se* ut effectum rheumatis [88]), haemorrhoidum [89]), vermium [90]), onaniae [91]) exstitisse. Alias originem a violentiis externis [92]), a luxuria [93]), a menstruorum suppressione [94]), repetit. Pro re nata *vesicatorium* ad nucham, *opium* salivae subactum ac regioni supraorbitali, vel *laudanum liquidum Sydenhami* ipsi oculo illinita, *extractum guajaci aquosum* [95]) *hirudines*, *camphora* [96]) et *electricitas* [97]) indicantur.

Impotentia colores distinguendi.

7. *Impotentia colores distinguendi* quoque ad vitia amaurotica spectat. Varia ea exhibet phaenomena.

86) Tode l. c. p. 158. Brugnatelli *Giornale an.* 8. 71 *N.* 8.

87) Rigall. in *mém. de l'ac. de Toulouse.* 1788.

88) In virgine sedecim annorum, comitissa K.....

89) Plurima collegi exempla.

90) In clinico ambulatorio. 1818.

91) In juvene mercatore.

92) Eph. nat. cur. Dec. I. an. 1. obs. 92.

93) Justinus Epist. L. XXI. C. 2.

94) Pellier *Recueil des mémoires* etc.

95) Tribus istis auxiliis virginem, de qua supra, sanavi.

96) Mirifice in juvene mercatore conduxit, pollutiones cum lucis intolerantia auferendo.

97) Ellinger in Voigt *Magaz. f. d. Neueste aus der Physik.* 9. B. 4. St. p. 175.

iomena. Enimvero aegri nunc omnia objecta odem colore notata cernunt, e. c. rubro, flavo [98]) *visus coloratus*); nunc semper unum eundemque colorem, gradu solum diversum, percipiunt [99]). Cura ex therapia amauroseos abstraenda.

8. *Visus nebulosus*, incipienti tum cataractae [100]), tum amaurosi [1]), proprius est; quo ultimo in morbo, nebula alternatim nunc grisea, nunc nigra, ac si aeger objecta per carbonum pulverem cerneret, apparent. Visus nebulosus.

9. *Visus reticulatus* [2]) permanens ad vitia amaurotica spectat; transitorius flatibus, saburrae, haemorrhoidibus, vigiliis, studiis, veneri, foetui et constitutioni annuae catarrhali adscribendus. Hic cum vertigine magnam affinitatem alit V. reticulatus.

98) Beer l. c. p. 428.

99) Aeger de quo Nicholl narrat (v. *Medico-chir. transact. Vol. 7. Part. 2. Lond.* 1816. *account of a case of curious imperfection of vision*) colorem coccineum, coeruleum et viridem, pro gradibus ejusdem coloris habebat. De colore rubro cinabarino, item de flavo rite judicabat. Colores obscuros omnes ad colorem bruneum revocavit. Tres similes se vidisse casus asserit auctor diarii Salisburgiensis (*med. chir. Zeitung*. 1817. *N.* 99. p. 330.).

100) §. CVI. 3.

1) §. CVIII. 1.

2) Germ. *Netz- od. Florsehen.*

alit [3]. Ingruit *visus reticulatus* vertiginosus de repente plerumque brevi ante prandium, cum sensu tensionis palpebrarum, cui illico percepti succedit ac si ex objectis, quae coram oculis ver santur, radii luminosi varii coloris, nunc circu lares, nunc serpentes [4], nunc longitudinales semper continuo motu agitati exirent. Object ipsa nequaquam a loco moveri videntur, nec ti mor cadendi obvenit. Percipitur solum sensu aliquis anxietatis, verbis vix designandus, cum pulsu crebro et contracto. Cessato post aliquo horae momenta, quandoque post quartam hora partem, descripto malo, capitis relinquitur gra vedo, ac faciei primum rubor, dein pallor. Fu gari id solet extemplo sumpto cochleare uno ju sculi carnei, avenacei calidi et instaurantis. Re ditui mali singula, quae impetum humorum capu versus impediunt, ac alvi libertati prospiciun occurrere solent; maxime *tartras potassae*, *ma gnesia*, *radix rhei*, addita scopo carminativ *elaeosaccharo foeniculi*.

V. obfuscatus.

10. *Visus obfuscatio* ut prodromum lipo thymiae, epistaxeos, nec non ut effectus morbo rum cordis et aortae [5], taeniae, aliorumque ver mium

3) Cfr. P. II. P. sect. 1. C. XVI. et Herz in Hufe land's *Journ.* 3. *B.* 3. *St.* p. 389. *Ueber d. falsche Schwindel* (vertigo spuria).

4) e. c. veluti valli delineati urbium munitarum.

5) Quem jam dudum ad lectum aegrorum morbos cor dis et aortae inter et oculos animadverteram nexum

ium abdominalium, vitii haemorrhoidalis, nar-
ticorum, haemorrhagiarum, inprimis uteri, com-
une est malum, quod variae gentes variis lo-
endi modis designare solent 6). Id generis
naurotici esse, nemo inficias ibit. Therapia
ussis adaptanda.

11. De visu interrupto, ut symptomate pro- omo apoplexiae 7) et amauroseos 8), jam dictum t. Aeger legendo verba, quae deficere videntur, studio

V. interruptus.

mihi nunc facile explico, cum Cl. Bock in egregia monographia paris quinti nervorum demonstraverit, nervum sympathicum, ubi circa latera *carotidis* internae (cum aorta tam arcte cohaerentis) decurrit, et *ganglium caroticum* efformat, ramulos ad truncum nervi oculo-motorii et ad *ganglium ciliare* mittere. Magnum hoc inventum confirmat egregius Wutzer (De corporis humani gangliorum fabrica atque usu, monographia. Berol. 1817. p. 82.), additque (p. 126.): „Nuperrime tandem experimenta in equis vivis facta a Cl. Dupuy descripta invenio (*Bulletin de la soc. d'émul. Paris.* 1816. *N. XII.*), qui his *ganglion gutturale* nervi trisplanchnici in quatuor casibus excidit...... Signa autem, quae, a sectione ipsa non pendentia, subsecuta sunt, erant: *contractio pupillae, rubor conjunctivae, macies universalis, oedema artuum* et tandem *exanthema scabiosum.*"

) e. c. Germani: *Es wird mir finster, grün und gelb, vor den Augen.*

) P. II. Vol. I. Sect. I. C. V. §. XXV. 1.

) §. CX.

studio quaerere debet, ac objecta quotquot videt incompleta invenit. Accedit *visus defiguratus* incipientis amauroseos effectus, objectis omnibus incurvatis, perforatis [9]) et contortis apparentibus.

V. dimidiatus.

12. Proxime accedit *visus dimidiatus* (*Hemiopia*), ubi scilicet aeger solummodo medietatem objecti superiorem vel inferiorem, dextram vel sinistram, cernit. Quod vitium per se quandoque graviditatis, moestitiae [10]), aut refrigerationis [11]) effectus, utpote systematis nervosi ocu labefactati effectus, ad amaurosin spectat, atque hinc probe distinguendum est a visu dimidiat aliorum morborum symptomate, morborum scilicet omnium, sub quibus radii a tota superficie objecti ad retinam pervenire nequeunt, quales sunt prolapsus imperfectus palpebrae, obfuscatio corneae, capsulae lentisque ipsius prava pupillae positio et recessus iridis a processibus ciliaribus.

Visus duplex [12]), Polyopia.

13. *Visus duplicis* seu *diplopiae*, ut sympt ma

9) Rhodius C. III. obs. 61.

10) Diss. qua visus vitia duo rarissima etc. praes. Vate Vitt. 1723.

11) „*Madame la marquise de Pompadour, ayant froid en Décembre* 1762., *dans le Parc des Versaill se reveilla le lendemain, ne voyant plus, que la mo tié des objets, qu'elle regardoit avec l'oeil gauche* Demours op. c. T. I. p. 397.

12) Vater diss. qua vitia visus duo rarissima, alteru

ata pellagrae [13]), plicae [14]), hydrocephali [15]), oplexiae [16]), jam sermonem instituimus. Vitium c bifarium; nunc enim objecta tunc solum du-cia aut multiplicata *) apparent, dum ambobus ulis cernuntur; nunc tantum, si aeger uno al-ove oculo ea intuetur. Aeger imaginem objecti o aequaliter distincte videt; imago clarior obje- reali utplurimum respondet, obscurior falso. a de caussa aegri, quamvis diplopia laboran-, in objecto designando raro errant. Sunt, qui um objecta procul posita, aut dum oculum in um alterumve latus vertunt, duplicia videant. *ussae* diplopiae esse censentur rerum positio-s, sub quibus duplex unius ejusdemque objecti ago super retina depingitur. Spectant huc culiaris faciei anterioris corneae vel lentis in-qualitas, qua scilicet ipsae in duas aut pluri-

Iii 2 mas

duplicati, alterum dimidiati exponuntur. Witt. 1723. Klankhold diss. de visu duplicato. Argent. 1746. Haller coll. diss. pract. Vol. I. N. 21. Büchner de visione simplici et duplici. Argent. 1753. Home in *philos. Transact. for* 1797. *P. I.* v. Reil's *Archiv f. d. Physiol.* 3. *B.* p. 8.

3) P. I. Vol. II. C. XXV. §. CXXXIX. 1.

4) Ibid. C. XXXVI. §. CXLIV. 2. (42.).

5) P. II. Vol. I. sect. 1. C. IV. §. XII. 4. (59.).

6) Ibid. C. II. §. XXV. 1. (81.).

) *Polyopia.*

mas superficies dividuntur; porro iris duplici p
pilla instructa [17]), pupillae situs alienatus [1
lens e sede remota [19]), musculorum oculi mo
riorum vitia [20]), diversitas magna oculorum,
ut idem objectum, quoad magnitudinem, positi
nem, distantiam, vario plane modo in ambol
oculis appareat; exophthalmia [21]), strabismus,
videlicet in casu, quando oculis aequali acie pr
ditis, objectum non in uno eodemque retir
puncto pingitur, sed in uno oculo e. c. in i
centro retinae, in alio ad latera illius; ac tand
vitia systematis nervosi ophthalmici, portione
rebrali non excepta [22]). Praeter morbos en
phali, diplopiae ansam porrigunt: intuitus d
turnus loci lucidi [23]), exsiccatio impetiginum, fu
inca

17) Reghellini *Lettera al Sr.* Cocchi. *Vicenz.* 17
18) Baumer in act. soc. Hass. Vol. I. N. 27.
19) Schenk observ. L. I. N. 281.
20) Pelargus *med. Jahrgänge.* 2. *B.* p. 528. 3. *B.* p.
Morgagni Epist. XIII. art. 26. Cfr. Autenrie
Physiologie. §. 1001.
21) Hufeland's *Journ.* 15. *B.* 2. *St.* p. 62.
22) Diplopiae a violentiis externis capiti illatis leg
tur apud Schmücker op. c. 1. *B.* *N.* 26. Teste
Home (*Philos. Transact.* 1814.), steatoma lobi po
rioris cerebri primum functiones ventriculi et in
stinorum laesit, dein diplopiam, et tandem caecitat
produxit.
23) Judaeam solventem merces in platea loco muro de

cauta febrium, haemorrhagiarumque, transpira- suppressa [24]), ebrietas, terror, ira [25]), sabur- e, acida primarum viarum et vermes. Progno- et therapia ex aetiologia derivanda. Facile nc intelligitur, pro re nata conduxisse *electri- atem* [26]), *magnetem* [27]), *valerianam* [28]), *mercu- um* [29]), *sulphur* [30]), *quietem musculorum bulbi* [31]), *itationem vehementem corporis* [32]), et *sternu- tionem* [33]).

14. De *photopsia* seu *lucis morbosae evolu- ne*, ut symptomate plicae [34]), ophthalmiarum [35]) Photopsia.

et

bato opposito, in quam radii solares per magnam diei partem allidebant, diplopia laborasse observavi.

24) Hoffmann med. rat. syst. T. IV. P. IV. Cap. 4. obs. 1.

25) Weber *Würkungen d. künstl. Magnets.* p. 7. 10.

26) Grimm in *Archiv d. pr. Heilk. f. Schlesien.* 1. B. 1. *St. N.* 4.

27) Weber l. c. p. 10.

28) Gooch *cases.* Ed. nov. p. 41.

29) Idem l. c.

30) Idem, ibidem.

31) Home l. c. v. Arnemann's *Magaz. f. d. Wund- arzneyk.* 2. *B.* p. 490.

32) Ploucquet Lit. med. digest. T. I. vocab. Diplopia.

33) Commerc. lit. Norimb. 1745. p. 230.

34) P. I. Vol. II. C. XXXVI. §. CXLIV.

35) §. C. N. 2.

et amauroseos [36]) jam quaestio fuit. Lux i morbosa speciem flammae, fulminis, globi igr refert, et maxime in loco obscuro et sub mc ac compressione bulbi oculi apparet. Si malu de quo agitur, transitorium et accidentale fuer caussa plerumque in plethora, praesertim haem rhoidali, in saburris, in jactura seminis, ac defatigatione oculorum locata est. Curandi ra a dictorum memore divinatur.

Myodesopsia.

15. In *myodesopsia*, seu visu muscarum objecta coram oculis versari videntur, quae rev desunt (*scotoma*). Objecta hujusmodi sunt p cta, maculae nigrae, vesiculae semipellucid lineae serpentinae et similia. Quae singula, nu continuo, nunc concessis intervallis molestare lent. Quo in casu praecipue ab intuitu cor rum lucidorum et candidorum molestant. Sc mata vel mobilia vel stabilia sunt. Illa cor oculis, quamvis immobilibus, super et infra a visus volitant. Haec motus oculorum sequ tur, at eundem semper locum, relate ad a visus, occupant. Scotomata vel decolorata nigra apparent. Caussa myodesopsiae proxi vel in puncto retinae, perceptione lucis orba

ve

36) §. CX. N. 1.

37) Germ. *Mückensehen*. Gall. *Mouches volantes*.

verisimiliter a compressione choroideae [38]), vel in parte humoris vitrei obfuscata, vel in stimulo, systema nervorum oculi ita afficiente, sicuti corpora externa visum excitantia illud afficere solent, locata est. Generatim myodesopiae, refrigerium et humiditas, defatigatio oculorum legendo, scribendo, ab intuitu occasus solis, concussiones capitis, imminens epistaxis, affectiones viscerum abdominalium, vermes, haemorrhoides, jactura spermatis, impetigines retropulsae, ansam porrigunt. Quocunque in casu myodesopsia pro affectione generis amaurotici haberi potest; attamen si pupilla mobilis sit et objecta vicina non appareant obfuscata, caecitatis periculum non urget. Cura secundum principia jam tradita [39]) absolvenda.

16. *Strabismum* [40]) a *luscitate* [41]) distinguit BEER [42]), ob id, quod in strabismo oculo aut oculis debita conciliare potest positio, in luscitate Strabismus et luscitas.

38) WARE in *medico-chirurg. transact. Vol. V.* 1814. *London.*

39) §. CXI.

40) GERM. *das Schielen.* GALL. *Vue louche.* ROSS. Косоглядѣніе.

41) GERM. *Das Schiefsehen.*

42) Op. c. 2. *B.* p. 667.

tate autem vix aut ne vix quidem. Praetere strabismus plerumque in ambobus oculis, luscita autem in uno tantum contingere solet. *Strabis mi* (in *divergentem* aut *convergentem* divisi) caus sae in mala consuetudine (saepe in incunabuli ob incuriam nutricum contracta), in atonia ner vea, in hydrocephalo [43]) et in vermibus quae rendae sunt. *Luscitas* originem trahere solet e laesione, laceratione, paralysi unius alteriusv musculi oculo-motorii; ex inaequali vi in utro que oculo [44]), ex cicatrice ampla corneae, au leucomate, parvam pupillae partem immunen derelinquentibus, ex amaurosi oculi unius, e scirrho glandulae lacrymalis, aut ex aliis tumo ribus renitentibus orbitae. Strabismo et luscitat in infantibus a mala consuetudine, eaque no multum inveterata, pendentibus, auxiliatur, ob jecta semper directe coram oculis ponendo Pueri persuasione et flagello a pravo intuitu cor rigendi; puellae vanitate. Multum enim hi firma voluntas praestat [45]). Quandoque et ocu lum sanum, prius per horulam de die, deinde per totam diem deligare juvat, eo scilicet fine, ut oculus strabismo aut luscitate mulctatus sen sim

43) P. II. Vol. I. sect. 1. C. IV. §. XII.

44) Buffon in *mém. de l'ac. R. des sc.* 1743.

45) Beer l. c. p. 672.

sim sensimque sese ad axin visus convertere addiscat [46]. Fascias aut naucos perforatos, oculis alligatos rejicit Beer [47]. Strabismus et luscitas, aliorum morborum symptomata, curam morbo primario accommodatam exposcunt. Postremo *oscillationis bulbi oculorum*, ut hysteriae, malae consuetudinis [48], hydrocephali [49], vitii congeniti [50] effectus, mentionem injicimus. Quod malum a vitio musculorum obliquorum pendere videtur. Affinis illi est *contractio spasmodica musculi orbicularis*, quae contractio, minori in gradu

46) Beer l. c. Roux *Journ. de méd. génerale.* 1814, *Avril.*

47) l. c. p. 673.

48) An. 1815. in sartore Vilnensi *oscillationem* amborum oculorum ab infantia contractam observavi.

49) Acta mea clinica. Vol. II.

50) Die 19. Novembris 1818. puella octodecim annorum clinicum meum adiit continua *oscillatione oculorum* a nativitate laborans. Bulbus oculi simul sursum trahebatur. Morbum in tremore musculorum oculo-motoriorum, praesertim musculi recti superioris, quaesivi; ut caussam aegra accusabat, quod mater, eam in utero adhuc gerens, a lepore terrefacta fuerit. Cfr. Demours op. c. T. I, p. 4, 6. T. II, p. 498.

gradu vix ad morbos spectat [51]), alias vero periodice recurrens grave malum constituit [52]).

DE

51) Gall. *La souris.* „*En effet, le mouvement que l'on apperçoit sous la peau, a quelque ressemblance avec celui qui exciteroit en s'agitant une souris cachée sous un drap de lit.*" Demours l. c.

52) Demours l. c. p. 473.

DE
MORBIS AURIUM.

Caput XX.

De morbis aurium in genere et de iis auriculae in specie.

§. CXIII.

Doctrinae status. Literatura. Ordo noster.

1. Recondita organi auditus sedes, delicata et complicata illius fabrica (industriâ Fallopii [52]), Eustachii [53]), Du Verneyi [54]), Valsalvae [55]), Vieussenii [56]), Cassebohmii [57]), Halleri [58]), Cotunnii [59]), Scarpae [60]), Meckelii [61]), Monroi [62]), Wildbergii [63]), Kühnaui [64]), Soemmer- Doctrinae status.

RINGII

52) Observ. anat.

53) Opusc. anat. de auditus organo.

54) *Traité de l'organe de l'ouie. Paris* 1683. in *oeuvres anat. T. I.*

55) Tractatus de aure humana. Bonon. 1704.

56) *Traité de la structure de l'oreille. Toulouse* 1714.

57) De aure humana. Fr. ad Viadr. 1730. Tract. de aure humana. Hal. 1734.

58) Elem. physiol. T. V. p. 186.

59) De aquaeduct. auris humanae. Neapol. 1760.

60) Disquisitiones anat. de auditu et olfactu. Ticin. 1789. De structura fenestrae rotundae et tympano secundario. Mutinae 1772.

61) De labyrinthi auris contentis. Argent. 1777.

62) *Three treatises, on the brain, the eye, and the ear. Lond.* 1797.

RINGII [65]), POHLII *) cognita), difficultas partium omnium laesiones anatomice perscrutandi, aegrorum **) sese rite explicandi impotentia, aut saltem illorum sese diuturnae ac taediosae curae regulariter submittendi impatientia, medicorumque talem curam cum studio et assiduitate rite absolvendi incuria, haec, inquam, omnia de abjecta, in qua *doctrina morborum aurium* adhuc versatur, conditione abunde rationem reddunt.

Literatura. 2. Eo majori, qui allatas vincere satagerunt difficultates, digni sunt laude: spectant huc praeter anatomicos, passim et pathologiam locupletantes, MERCURIALIS [a]), GRAMMAEUS [b]), WOLFF [c]), ACIDALIUS [66]), BAUHINUS [67]), MEISNER [68]), W. WEDEL

63) *Anat. u. physiol. Beschreib. d. Gehörorgans. Jen.* 1798.

64) De organis auditui inservientibus. Goett. 1798.

65) Icones organi auditus humani, Francf. ad Moenum. 1806.

*) Diss. sistens expositionem generalem anatomicam organi auditus per classes animalium. Vindob. 1818.

**) e. c. surdorum et mutorum.

a) De morbis oculorum et aurium. Venet. 1590.

b) De morbis oculorum et aurium. Venet. 1601.

c) Diss. in GALENI libros de affectibus aurium. Helmst. 1619. Recus. in Semiotice ad GALENI libros de locis affectis. Helmst. 1820.

66) Diss. de auditione laesa. Vitemb. 1640.

67) Diss. de auditus laesione. Basil. 1687.

68) Diss. de auditu ejusque vitiis. Pragae 1690.

Wedel 69), Zwinger 70), A. Wedel 71), Hofmeister *), Alberti 72), Berger 73), Lesche- in **), Belz 74), Schacht 75), Morgagni 76), Wünsch 77), Trnka 78), Haas 79), Fritze 80), Horlacher 81), Arnemann 82), Kritter 83), Lentin 84), Wildberg 85), Loeffler 86), Gibelhausen

69) Diss. de affectibus aurium in genere. Jen. 1705.

70) Diss. de otoiatreia. Basil. 1715.

71) Diss. de auditus vitiis. Jen. 1720.

*) Diss. de organ. auditus et ejus vitiis. Leid. 1741.

72) Diss. de caussis vitiorum auditus. Hal. 1752.

73) Diss. de morbis auris internae. Francf. 1754. et diss. de morbis auris externae. ib. 1754.

**) *Mém. couronné par l'ac. de chir. de Paris. en* 1765. *T. IV.*

74) *Abh. v. Schalle, wie er entsteht, fortgeht, ins Ohr wirkt, u. wie d. Hören geschieht. Berl.* 1764.

75) Institutiones med. pract. Amstel. 1767.

76) De sedibus et caussis morborum. Epist. XIV.

77) De auris humanae proprietatibus et vitiis quibusdam. Lips. 1777.

78) Hist. cophoseos et baryoecoeae. Vindob. 1778.

79) Diss. de vitiis auditus. Lips. 1782.

80) Diss. sistens praecipuos aurium morbos. Francf. 1789.

81) Diss. de praecipuis aurium morbis. Goett. 1792.

82) *Bemerk. üb. d. Durchbohrung d. processus mastoideus in gewiss. Fällen v. Taubheit. Goett.* 1792.

83) Diss. de auditu difficili. Goett. 1793.

84) Tentamen vitiis auditus medendi maximam partem novissimis anatomicorum et chirurgorum inventis adstructum. In comm. soc. Goett. Vol. IX. Cl. Phys. p. 39. Kritter *u.* Lentin *üb. d. schwere Gehör. Leipz.* 1794.

SEN [87]), TRAMPEL [88]), BRUGNONE [89]), SAUNDERS [90]), WILPERT [91]), KERN [92]), HESSE [93]), BALL [94]), AUTENRIETH [95]), BAEHRENS [96]), WRIGHT *), ASBURY [97]), SWAN [98]), HIMLY [99]) CURTI

85) *Versuch e. anatomisch-physiologisch-patholog. Abhandl. üb. d. Gehörwerkzeuge d. Menschen. Jen.* 1795

86) *Versuch e. prakt. Abhandl. üb. d. Ohrenkrankheiten Erwachsene u. Kinder betreffend* in STARK'S *neuen Archiv f. d. Geburtshülfe, Frauenzimmer- u. Kinderkrankh.* 1. *B.* p. 396.

87) Diss. de dignoscendis auditus vitiis. Hal. 1799.

88) *Wie erhält man sein Gehör gut u. was fängt man damit an, wenn es fehlerhaft geworden ist? Pyrm.* 1800.

89) *Obs. anatomico-pathol. sur le labyrinthe de l'oreille.* v. *Mém. de l'ac. de Turin pour les années* 1805—8 p. 167.

90) *On the anatomy and diseases of the Ear. London* 1806. *Second edition.* 1817.

91) Diss. de morbis quibusdam organi auditus. Dorpati

92) *Med. Jahrbücher d. k. k. Oesterreich. Staates,* 2. B. 1813. 1814.

93) HUFELAND'S *Journ.* 1814. *August.* p. 63.

94) Diss. de aure humana et ejus morbis. Edinb. 1815.

95) *Tübinger Blätter f. Naturwissenschaft u. Arzneyk. Tübing.* 1815. 1. *B.*

96) Diss. de otorrhoea. Halae 1817.

*) *Essay on the human Ear.*

97) *Remarques sur les fonctions et sur quelques états particuliers de l'organe de l'ouie, descript. d'un nouvel instrument pour pratiquer la ponction de la membrane du tympane.* v. *Bibl. med. Paris,* 1818. *Oct.* p. 111.

URTIS [100]), MONFALCON et SAISSY *) aliique
nfra commemorandi.

3. In tradenda morborum aurium doctrina quentem amplectimur ordinem, nempe de mors 1° *auriculae*; 2° *meatus auditorii externi*; *membranae et cavitatis tympani*; 4° *tubae ustachianae* et 5° *labyrinthi*. Quarum parum morbos enucleando passim quaestio erit de *algia* [1]) (dolore scilicet auris unius vel utriusie apyrectico morbum per se constituente), de *itide* [2]) (inflammatione scilicet partis unius alte- riusve Ordo noster.

98) *Obs. on some points relating to the physiol. and pathol. of the Ear.* in *Med. chir. trans. for the year* 1818. *T. IX.* P. II. p. 422.

99) Locis citandis.

100) *Treatise on the physiol. and diseases of the Ear. Lond.* 1818. 2. *Edit.* Versio germanica hujus splendidi ac miserandi libri extat, auctore ROBBI, cum notis haud spernendis. Lips. 1819.

) Art. *Oreille* in *Dict. des scienc. méd. T. XXXVIII.* p. 1—126.

) A GR. οὖς, auris, et ἄλγος dolor. GERM. *Ohrenschmerz*, *Ohrenweh.* GALL. *Douleur ou mal d'oreille.* ANGL. *Ear-ach.* ROSS. Боль ушей. POL. *Ból uszów.* Legatur WARENIUS Diss. de catarrho et ex eo descendente ôtalgia. Rost. 1663. VOLCKAMER Diss. de otalgia. Altd. 1733. KALTSCHMID Diss. de otalgia. Jen. 1749.

) A GR. οὖς, auris. BROTBECK Diss. de inflammatione aurium. Tüb. 1667. ITARD art. *Otite* in *dict. des sc. méd. T. XXXVIII.* p. 511.

riusve organi auditus, morbo, saltem dum acu
decurrit, febre et saevis doloribus stipato),
surditate (cophosi [3])), de *subsurditate* (Bary
coïa [4])), de *auditu erroneo* (pseudocoïa [5])) cu
perceptione scilicet tinnitus, susurri, bombi, so
duplicis, seu justo acutioris (oxyecoïa [6])).

§. CXIV.

Morbi auriculae.

Vitia conformationis.

1. Auriculae *) visae sunt defecisse [7]) aut
u

3) A Gr. κωφὸς, surdus. Germ. *Taubheit*, *Gehörlos*
keit. Gall. *surdité*. Angl. *Deafness*. Pol. *Głucho*
Ross. Глухота.

4) A Gr. βαρὺς, gravis, ἀκοὴ, auditus. Lat. Surdas
(aeger). Germ. *schweres Gehör*. Gall. *ouie du*
dureté d'oreille. Angl. *Difficulty of hearing*, *h*
deaf. Pol. *Tępość słuchu*. Ross. Тупой слу
Aure *una* tantum laesa, *surditas incompleta*, a
completa (Saissy l. c. p. 38.).

5) A Gr. ψευδὴς, erroneus, et ἀκοὴ, auditus. Ger
Ohrensausen, *Ohrensingen*. Gall. *Tintouin*, *sif*
ment, *brouissement des oreilles*. Angl. *Noise of*
Ear, *ringing in the Ear*. Pol. *Szum*, *swist*, *dzw*
w uszach. Ross. Шумъ, свистъ, біеніе, зво
въ ушахъ.

6) A Gr. ὀξὺς, acutus, ἀκοὴ, auditus. Lat. soni in
lerantia.

*) Aurem externam feminarum formosam magis e
illa marium, jure Soemmerring (l. c.) asserit,
cens: „quae perfectioris structurae est, formam hal
masculina et oblongiorem et multo teneriorem m
lioremque."

uno tantum latere exstitisse [8]), aliena loca occupasse, ut ad collum [9]), ad genam [10]), et scapulam sinistram [11]). Alias fuerant duplicatae [12]), a forma normali recedentes, rotundae [13]) scilicet, auribus animalium similes [14]), transversim fissae [15]), adnatae [16]), pendulae [17]), excrescentiis [18]) et naevis [19]) notatae.

Kkk 2 2. Quot

7) Lycosthenes prodigiorum et ostentorum chronica. Basil. 1557. p. 661. Schenk obs. med. Basil. 1594. de capite humano. obs. 303. p. 335. Bartholinus acta med. et phil. Hafn. 1671. Vol. I. obs. 24. p. 53. Haas l. c. Waiz *neue Ausz. aus Diss. f. die W. A.* 6. *B.* p. 12. Wildberg l. c. p. 237. Oberteuffer in Stark's *N. Archiv.* 2. *B.* p. 638. Fritelli in *Orteschi Giornale di medicina. T.* 3. p. 80.

8) Lachmund Misc. Nat. Cur. Dec. I. an. 6. obs. 178. p. 235. Haller pr. de monstr. fabrica. Goett. 1751. obs. 1.

9) Sebenicius diss. physiol. qua respiratio foetus in matre nulla evincitur. Ven. 1765.

10) Fielitz *vermischte Beobachtung.* in Stark's *Archiv f. d. Geburtshülfe.* 2. *B.* 1. *St.* p. 71.

11) Wolf sect. memor. T. II. in centen. 16. p. 829.

12) Stark *neues Archiv.* 1. *B.* p. 415. *Anmerk.*

13) Lycosthenes l. c. Schenk l. c. p. 334.

14) Columbus de re anat. Lib. XV. p. 484.

15) Loeffler l. c. p. 410.

16) De Marque *Traité des bandages de chirurgie* (separatio per scalpellum).

17) *Allgem. Hist. der Reisen zu Wasser u. zu Lande.* 10. *B.* p. 241.

18) Paulus Aegineta L. III. C. 23.

Paralysis. 2. Quot quot fere sumus, stricte loquend *paralysi auris externae* laboramus, quod tum mitris et fasciis, quibus a tenerrima infantia h minum in civitate viventium caput circumtegitu tum a desiderata necessitate eorum aures ad co servationem propriam in usum ducendi, repete dum est. Fertur saltem populorum sylvaticoru aures, animalium instar, undique moveri posse [20] cujus phaenomeni et inter nos quaedam exsta exempla [21]).

Alia mala. 3. Pars auriculae cartilaginea tum ex app catione forficum sub partu [22]), tum ex aliis ca sis fracta et tota auricula rescissa [23]) est vi Maxime lobus auriculae a perforatione, orname torum gratia peracta, laeditur; quod genus se ceorum, praesertim in aetate adhuc tenera,

cu

19) Exemplum filii e matre orti, quae sub graviditate hirudine in aurem sese insinuante terrefacta fuit, ram oculis habeo. Lobulus auriculae dextrae du major et *pilis coopertus* est.

20) Cardanus Lib. VIII. C. 40. de varietate. Colu bus l. c. L. V. C. 70. Schenk l. c. obs. 304. p. 3 Schelhammer de auditu. Lugd. Bat. 1684. Par. C. 1. §. 7. Cassebohm Tract. sex anat. de aure h mana. Hal. 1734. Tract. II. §. 54. Wildberg l. §. 129.

21) Schenk Lib. I. obs. 332. Vesalius de fabr corp. humani C. 13. aliique multi. Et medicus V nensis facultate aures suas sat libere movendi pollet.

22) Stark l. c. p. 417. *Anmerk.*

23) Celsus L. VII. C. 6. Loeffler l. c. p. 415.

um damno [24]), vel cum profectu [25]) raro indif-
erenter, percipitur. A lobuli perforatione uni-
ersae auriculae phlogosin vidimus. Fertur illa
thalis fuisse [26]). Generatim inaures pondero-
e, lobulum vehementer deorsum trahendo, mea-
um auditorium molestant [27]). Condemnanda
raeterea sunt punitio, qua puerorum lobuli tra-
untur, ac jocus, quo corpusculum illorum, ma-
ibus auribus admotis, attollitur. Auricula quoque
raeda fieri solet herpetis *), erythematis, pernio-
is [28]), intertriginis [29]), erysipelatis [30]), variola-
um, suppurationis [31]), gangraenae [32]), ruboris
[illegible] aestuan-

24) LAMBERT *commentaire sur la carie.* v. HALLER Bibl. chirurg. V. I. p. 315. (suturis reconciliata. JAEGER *Beytr. z. Arzneywiss.* 3. *B.* p. 105.).

25) Legi de hoc argumento meretur TRAMPEL l. c. Cfr. §. CXVI. N. 6.

26) In *mémoires de* DANGEAU. 2. *Vol.* p. 155. legitur: „*Notre ambassadeur à Lisbonne a mandé la mort de la reine de Portugal. Elle est morte de s'être fait percer les oreilles.*“ Lege de incommodis perforationis auriculae: BOBE MOREAU in *Journ. de méd. T.* 29. p. 362. v. SIEBOLD *Chir.* 3. *B.* 1. *St.* p. 170.

27) DESMONCEANA op. c. p. 363.

*) CURTIS op. c. vers. p. 21.

28) P. I. Vol. II. §. LXXXVIII.

29) P. I. Vol. II. §. LXXXVIII.

30) Ibid. §. XXVI. 3. (83.).

31) CONRADI *Handbuch der pathologischen Anatomie.* p. 494. (consumtae per suppurationem).

32) Ex morbillis v. P. I. Vol. II. §. LVIII. N. 3. Ex decubitu (SAISSY l. c. p. 28.).

aestuantis transitorii, vel a caussa haemorrhoidali 33), vel a reconditis tuberculis pulmonis 34) et leprae 35). Nec parcet illi scrophula, syphilis et carcinoma 36).

Caput XXI.

De morbis meatus auditorii externi.

---

§. CXV.

Vitia conformationis. Inflammatio generatim.

Vitia conformationis.

1. Meatus auditorius externus repertus est complanatus *), brevis et rectus 37), duplex 38) occlusus **) nunc a membrana 39), nunc a massa cornea 40), nunc a trago praemagno ***).

2. Fr

33) Haemorrhoide caput allidente, nil frequentius t… aurium rubore.

34) Cujus phaenomeni explicatio ex P. II. Vol. I, sect. … desumenda.

35) De lapsu aurium a lepra v. HENSLER *vom aben… länd. Aussatze im Mittelalter.* p. 153.

36) FISCHER *Abhandl. v. Krebse d. Ohrs. Lüneb.* 180…

*) BOYER *Traité des maladies chirurgicales.*

37) HAAS l. c.

38) KÖHLER *Beschreib. d. physiolog. u. patholog. Pr… parate d.* LODER'SCHEN *Samml. Jena.* 1795. p. 14… *N.* 583.

**) Vid. *Dict. des sc. méd. art. imperforation.*

2. Frequentissime meatus auditorius exter-us *inflammationi* tum *acutae*, tum *chronicae*, ndolis *traumaticae*, *catarrhalis*, *metastaticae*, onsensualis, *arthriticae*, *scrophulosae*, *venereae*, omplicatae, cum omnibus harum inflammatio-um sequelis, subjicitur. Inflammatio.

§. CXVI.

Variae inflammationum species.

1. *Inflammatio traumatica meatus auditorii cterni* praecipue corporibus extraneis illi intru-s [41]), illapsis, irreptis ortum debet [42]). Spectant uc pisum [43]), nucleus cerasi [44]), conchula [45]), pillus [46]), globus vitreus [47]), ossiculum [48]), gru-mus Inflammatio traumatica.

39) Paulus Aegineta L. VI. C. 23. Lentilius miscellanea medico pract. Ulm. 1698. p. 226. Trew in Commerc. liter. phys. med. Lachmund l. c. A. Wedel l. c. §. 4. Henkel *neue med. chir. Anmerk. Berlin* 1769. *Samml.* 1. Cfr. Misc. nat. cur. Dec. II. an. 7. 8. p. 138.

40) Bartholinus hist. anat. rar. Cent. VI. T. 3. p. 259.

***) Saissy l. c. p. 28.

41) Otalgia ab intrusis Sauvagesii morb. Class. VII. XV. 4.

42) Bell's *Lehrb. d. Wundarzneyk.* 4. *B.* p. 100. Cfr. *Dict. des sc. méd.* art. *corps étrangers.*

43) Valentin in Misc. nat. cur. Dec. II. an. 2. obs. 164.

44) Marcellus Donatus med. hist. mirab. L. II. C. 12.

45) Foresti obs. et curat. med. Lib. XII.

46) Gilibert advers. med. pract. p. 204.

47) Fabr. Hildanus Cent. I. obs. 4.

mus sanguinis [49]), acus [50]), frustulum ligni [51])
gossypium [52]), vermis [53]), pulex [54]), gryllus [55])
formica [56]), aranea [57]), musca [58]), hirudo [59])
acarus equinus [60]). Accedunt auriscalpia, ictu
aliae

48) HAGENDORN Cent. I. obs. 64.

49) SCHMUCKER *vermischte chir. Schrift.* 3. *B.* p. 284.

50) LA MOTTE chir. observ. obs. 335. HUFELAND'
Journ. 19. *B.* 2. *St.* p. 183.

51) *The Edinb. med. and surg. Journ.* 1815. *Jan.*

52) Homines in regionibus septentrionalibus iter insti tuentes saepe, ad aures contra aërem gelidum tuenda illis gossypium immittunt, cujus si obliviscantur, ir truditur magis magisque in meatum, ac otalgiae, oti tidi, nec non surditati ansam dat, ut pluries exper tus sum.

53) SCHULZ misc. nat. cur. Dec. I. an. 2. obs. 24. VOL KAMER ibid. an. 3. obs. 265. MENZEL ibid. Dec. II an. 2. obs. 57. NATHORST in ACRELL's *chir. Vorfälle übersetzt v.* MURRAY. 1. *B.* p. 221. CAMERARIU diss. de verme auribus excusso. Tub. 1721.

54) CELSUS Lib. VI. C. 7.

55) CRÖSSEL ibid. an. 4. obs. 145.

56) CLAUDER ibid. an. 4. obs. 145.

57) STALPARTUS VAN DER WIEL obs. chir. Cent. 2 obs. 11.

58) KLAUNIG Eph. nat. cur. Cent. VIII. obs. 11.

59) BARTHOLINUS Hist. anat. rar. Cent. IV. hist. 74 T. 2. p. 383.

60) PELARGUS *med. Jahrgänge. VI.* p. 280. I. P. FRANK oratio de signis ex part. posit. in delect. opusc. T. VI. p. 18. Cfr. SCHENK obs. med. L. I. obs. 322. p. 370. SOLINGEN *Manuale der Chirurg. Amst.* 1684. P. I. C. 50. p. 152. MOINICHEN obs. med. chir. edit.

aliaeque contusiones, (saepe extravasato cruento ansam porrigentes), cerumen copia excedens aut induratum [61]), et pharmaca acria meatui immissa *). Quae singula pro re nata, dolorem varii generis, ab auribus ad partes adjacentes propagatum, quandoque febrem et auditus difficultatem producunt. Suspicamur corpus extraneum seu cerumen induratum in meatu auditorio latitare; si malum *in una tantum aure* obveniens, derepente ortum fuerit, aut saltem de die in diem magis magisque invalescat, sique illud susurru, praesertim sub masticatione, nec non bombo, quasi a mallei ictu, stipetur, in primis si aeger infans sit, aut in aëre aperto super herbam decum-

Lanzoni. Dresd. 1691. obs. 16. p. 59. Fabricius Hildanus l. c. Cent. I. obs. 6. Cent. III. obs. 4. Act. erud. Lips. 1715. p. 410. *Journ. de méd. T.* 20. p. 150. *T.* 33. p. 521. *T.* 66. p. 397. Boneti medic. septentr. Vol. I. p. 268. Vol. II. p. 429. Manget Bibl. med. pract. T. p. 235.

61) „Scilicet cerumine multo collecto, si quis multum in pulvere versetur, is illapsus cum eo commiscetur et coit in massam plus vel minus tenacem; unde haec auditus difficilis caussa saepius in rustica plebe invenitur, quae in horreis triturando et frumentum eventilando multum occupatur: ut et in aurigis atque ovium pastoribus, qui sicca et calida aestate pulvere continuo circumdati sunt." Schulze l. c. §. 7. Et in recens natis cerumen induratum saepe meatum occludit. (Curtis l. c. p. 31.).

*) Saissy l. c. p. 45.

cumbens in morbum inciderit. Caeterum diagnosis ex autopsia in morbis aurium nunquam negligenda [62]) instituitur. Quae ut secundum regulas artis locum obtineat, aeger in loco lucido ita sedeat oportet, ut radii solares, si possibile, in meatum auditorium incidant. Caput illius a socio antrorsum reclinatum sustinetur. Medicus ope vel tenaculae, vel speculi sic. dicti auris, margines orificii meatus removet. Apparente verme, larva aut insecto in meatu, illis non indiscriminatim morbus adscribendus, cum saepissime insecta ova in aurem jam prius aegrotantem deponere soleant. Cavendum quoque, ne tophus aut exostosis meatus pro corpore extraneo habeantur *). Corpus extraneum qualecunque, utpote ex diuturna mora non solum auditui, sed et reliquis

62) Plurimi mihi jam obvenerunt aegri, ab aliis per menses, vel ob otalgiam, vel ob surditatem cum hirudinibus, vesicatoriis, antirheumaticis etc. incassum curati, in quibus vero, aure probe examinata, caussam malorum vel in cerumine indurato, vel in gossypio in meatu auditorio latente detexi et facile fugavi. Jam Celsus dixerat (L. VI. C. 7.): „Ubi gravius aliquis audire coepit, inprimis aurem ipsam considerare oportet."

*) Teste I. P. Frank chirurgus incautus in talem errorem incidit, unde tanta irritatio orta est, ut aeger convulsus perierit. Controversiae circa extractionem corporis extranei e meatu auditorio auctoribus Wright et Ford legantur in *the Lond. med. Repos.* 1818.

quis functionibus infensum [63]), praemissâ instillatione nonnullarum guttarum olei, quo delicatius id fieri potest, et cavendo ne profundius intrudatur, extrahendum [64]). Quod si tale corpus *tenaculâ* comprehendi non posset, ac mollioris esset substantiae, illud in frustula minora ope forficis rescindendum, aut sectione partis meatus auditorii educendum foret [65]). Insecta, instillato in meatum auditorium *oleo*, necantur; vel aqua, melle, aut gossypio immisso extrahi possunt [66]). Virtus *asae foetidae* [67]) et *mercurii* hic tentanda foret. Cerumen induratum modo infra indicando emollitur abigiturque. Quod si caussa mali abigi illico, sine magna irritatione, haud pos-

63) Observatio allata Fabr. Hildani docuit, globulum vitreum in meatu auditorio sinistro relictum praeter cephalaeam, torporem, primum brachii, postea et femoris ejusdem lateris cum acerrimis doloribus, noctu et sub tempestate humida adauctis, excitasse. Accedebant tussis, amenorrhoea, convulsiones et tabes brachii sinistri. Extracto *octavo morbi anno* globulo ex aure omnia fugata fuerant mala. Exemplum ejusdem generis apud Schenk occurrit. (Obs. med. p. 194.).

64) Regulas huc spectantes Heisterus (Chir. c. 6.) pulchre exposuit.

65) I. G. Vogel's *Handb. d. pr. Arzneywissensch.* 4. *Th.* p. 102.

66) Ait Celsus l. c. „lanae paululum in aurem compellendum est, quo pulex vel aliud animal, quod intus est, illud subeat et cum ea extrahatur."

67) Cfr. P. I. Vol. II. sect. I. C. II. §. XII. 12.

posset, aut si illius extractio statum inflammatorium partis affectae adauxerit, *hirudinibus* circa eam et eccoproticis succurrendum foret. Quocunque in casu meatus linteolo super auriculam pendente, a vicissitudinibus aëris tueri debet.

Inflammatio catarrhalis.

2. *Inflammatio meatus auditorii catarrhalis* [68]) refrigerio, transpirationi suppressae, potissimum autem, nostris saltem in regionibus [69]), aëri frigido aurem allidenti, nec non decubitui super solum humidum, ortum debens, dolore saepe obtuso, quandoque pungente, primum per vices redeunte, dein continuo a motu maxillae aucto, et haud raro auditu imminuto, orditur. Dolor a compressione orificii meatus augetur. Meatu propius examinato, membrana illius interna rubra, vel si a lympha coagulabili obducatur, albe-

68) *Otalgia catarrhalis Ettmülleri. Otalgia notha Nenteri.* Alard *Essay sur le catarrhe de l'oreille. Paris.* 1807. v. *Journ. de méd. continué.* 1810. p. 298. Des Camps in *Journ. gén. de méd. T.* 38. p. 161. Baehrens l. c.

69) Celebris est doctrina Hippocratis (sect. III. Aph. 5.) „Austri auditum gravantes, caliginosi, caput gravantes, torpidi, dissolventes. Quum hic ventus praevaluerit, talia in morbis patiuntur.“ Austri autem illis regionibus, quibus Hippocrates vixit, aërem adferunt calidum et humidum. Caeterum et Leschevin (l. c.) aërem frigidum pro communissima caussa morborum auris declarat: „*il resserre les pores et les petits tuyaux excréteurs des glandes céramineuses et épaissit l'humeur qu'elles filtrent.*“

albescens, conspicitur. Accidit saepe erysipelas faciei [70]) et tumor parotidis. Malum nunc ex una ad alteram transit aurem, nunc utramque simul detinet. Eo vigente dolor propagines quot quot sunt nervi communicantis faciei, rami maxillaris inferioris et cervicalis secundi et tertii sequitur. Interea febris, notis catarrhalibus et coryza insignita [71]), vigiliae, cephalaea urgent, donec tertio quartove morbi die, materies puriformis ex meatu auditorio in conspectum veniat. Succedit enim tunc plerumque levamen, quod immerito rupturae abscessus tribui solet, qui scilicet abscessus neque tam cito formatur, uti vulgo creditur, neque disruptus tantam materiei copiam largitur, uti sub curriculo inflammationis rheumaticae meatus auditorii externi, speciem *blennorrhoeae* exhibentis, observari solet. Ad abscessum enim hic solum concludere licet, si, sub remissione symptomatum, dolor ex pungente et acuto evadat obtusus et pulsans, sique praevio sensu rupturae in parte affecta pus extemplo effluat. Disruptus abscessus in aegro caeterum sano, sponte sanatur; alias in *exulcerationem* variae indolis, pro re nata cryptis sebaceis, tympano et parti osseae meatus auditorii infensam, transit. Lympha e contrario coagulabilis non solum partes non destruit, sed iis quid addere

70) P. I. Vol. II. §. XXV. 3.
71) P. I. Vol. I. C. VI. §. LXV. 3.

dere solet. Ex illius nempe in textum cellulosum membranae, meatum auditorium ambientis, depositione membrana ista incrassatur, subsequente necessario jure canalis *angustatione* 72), seu *atresia* 73). Quandoque pseudomembranae, *tympanum alterum* simulantes 74), nunc ad orificium meatus, nunc ad illius medietatem 75), aut polypi 76), aut excrescentiae fungosae 77) generantur. Quantum inde auditus laedi debeat, quisque

72) La Mettrie *Prix de l'acad. de chir. T.* 9. in Richter's *chir. Bibl.* 4. *B.* p. 734.

73) Marcellus Donatus L. VI. C. 2. p. 619. Bartholinus Hist. anat. Cent. VI. N. 36.

74) Morgagni (op. c. epist. XIV. 12. et 13. epist. anat. V. §. 1.) omni jure existentiam *tympani duplicis*, de quo narrat Bonetus (Sepulcr. anat. L. I. sect. 29. obs. 4.), in dubium vocat. Ad membranas morbosas tale pseudotympanum jam Du Verney revocavit (op. c. P. III. p. 38.). Ita Köhler (Lösecke obs. p. 24.). Saunders l. c. p. 27.

75) Oberteuffer in Stark's *Neues Archiv.* 2. *B.* p. 639.

76) Eph. nat. cur. Cent. VI. obs. 21. Quelmalz de obturatione meatus auditorii inprimis a polypo. Lips. 1752. L. E. Schneider's *Chirurg. Geschichten mit theor. u. pr. Anmerk. Chemnitz* 1765. 1. *B.* p. 75. Bell l. c. Loder's *chir. Beobacht.* 1. *B.* p. 109. Astley Cooper l. citando et Monfalcon l. c. p. 31. qui de polypo meatus auditorii externi, argumento plane chirurgico, docte loquitur.

77) Fabr. Hildanus obs. chir. Cent. III. obs. 4. Marchettis obs. med. chir. 28.

que intelligit. Ad obtinendam inflammationis catarrhalis meatus auditorii externi resolutionem, si febris adsit, *venaesectio* e vena jugulari, vel alia brachii lateris affecti instituitur, quo facto aut absente febre, *hirudines* copiosae, undique circa auriculam *reiteratis vicibus* apponuntur. His deficientibus *cucurbitulae scarificatae* ad nucham supplent. Usui interno *nitras potassae* et *lenia* alvum *laxantia* inserviunt. Morbo versus finem vergente, *diapnoicis* et *vesicatorio* ad nucham locus est. Amissa resolutionis spe, *abscessus* maturandus, quo scopo inserviunt, spongiae *decocto malvae*, aut *lacte* tepido imbutae, ac meatui auditorio appositae; *lac* illi instillatum; *cataplasma emolliens*, seu *anodynum* retro aures; reque segnius procedente, *laudanum liquidum* cum *unguento irritante* 78) hic illinitum. Cave autem ne meatui ipsi *opium* instilles 79). Disrupto abscessu, spontanea partium affectarum sanatio expectanda. Quod si exulceratio chronica et inde effluxus aurium relinqueretur, secundum regulas, infra tradendas incedendum foret. Pseudomembranae et atresia meatus cultrum exposcunt *).

3. Non solum morbi cerebri, crisin quandoque, per meatum auditorium externum agnoscunt *Inflammatio metastatica.*

78) Lentin in Hufeland's *Journ.* 1. *B.* p. 181.

79) Mortis inde exemplum Zacutus Lusitanus refert in med. pract. hist. L. I. p. 396.

*) Curtis l. c. p. 24. nota.

scunt [80]), sed et pleuritides [81]) aliique morbi *). Lege et memoriae probe committe verba Hippocratis [82]) et Baglivii [83]) de crisi morborum acutorum per affectiones aurium [84]). Memorabilis praeterea est *inflammatio metastatica meatus auditorii externi*, saepe chronica, ac surditate stipata, quae suppressioni blennorrhoeae urethralis [85]), fluoris albi [86]) et diarrhoeae originem debet.

80) P. II. Vol. I. sect. I. C. IV. §. XXII. 12. (***).

81) Unde Baglivius (Prax. med. L. I. de pleuritide): „Pleuritici quibus ad interiora auris dolor et exinde abscessus et pus superveniebant, omnes sanabantur.... praesertim ineunte anno 1694. Romae."

*) „*Il existe à Cayenne une fièvre catarrhale, qui fait quelque ravage; elle degenère quelque fois en fièvre maligne. Elle se termine par un mal de côté ou par un abscès à l'oreille. Plusicurs malades guéris de la fièvre, restent sourds.*" *Extrait d'une lettre écrite de Cayenne en date du 27. Juin.* 1817. Vid. *Journ. des débats.*

82) Coacae praenotiones. „Quibuscunque autem ex peripneumonia abscessus circa aurem, aut ad infernas partes fiunt, et suppurantur ac fistulantur, hi superstites evadunt."

83) Op. c. De parotidibus et surditate in acutis.

84) Medicos Hippocrati addictissimos saepe de solutione morborum acutorum per aurium affectiones loqui (quam ipse raro observaveram) quondam mirabar. Aliter nunc, ubi in medendo viam ab Hippocrate indicatam sequor; crebro enim mihi crisis febrium et inflammationum per fluxum ex auribus obvenit.

85) André *Abhandl. v. vener. Tripper.* p. 101. Swe-

ebet. Cura ex doctrina ophthalmiarum metasta-
icarum [87]) abstrahenda.

4. In pueris meatus auditorius externus haud aro per *consensum*, id est, a dentium molarium ruptione [88]), inflammatur. Idem in adultis a ente carioso observatum est [89]), rami enim nervi axillaris inferioris, qui tertius quinti paris raus est, et qui ad linguam pertinet, cum mi-ori nervo, qui ab aure descendit, et a septimo are hujusque portione dura deducitur, non di-cte quidem, sed ope nervi temporalis superficia-, nervum superiorem meatus auditorii largien-s [90]), una committuntur et miscentur. Ex quo quitur, summam inter maxillam et aurem consen-onem intercedere debere, atque in morbis aurium edendis ad cavitatem oris respiciendum esse. Inflammatio consensualis.

5. Vis diatheseos arthriticae in aures jam du-um animadversa fuit [91]). Nullibi vero ea evi-den- Inflammatio arthritica.

DIAUER *sur les maladies syphilit. Vol. I.* p. 165. v. 2. p. 73.

36) WEICKARD *med. Fragm.* p. 170.

37) §. CI. 4.

38) BORSIERI Institut. Vol. 3. §. 345.

39) NICOLAI *Pathologie.* 3. *B.* p. 482.

90 BOCK op. c.

91) BIERLING Thesaur. obs. 84. *Breslauer Samml.* 1719. p. 27. 145. TRNKA A KRZOWITZ hist. cophoseos. 1778. p. 10. SPRENGEL *Handb. d. Semiotik. Halle* 1801. p. 331.

dentius apparet quam in meatu auditorio; arthri tis enim hic eosdem effectus, quoad cerumen ex serit, quos in bile, illi admodum affini [92]), pro ducere solet. Loquimur de ceruminis in calcu los conversione [93]), nec non de deleta illius se cretione [94]). A cerumine etiamsi parva in copi prope tympanum [95]), indurato, auditus plus m nus tollitur. Diagnosis *surditatis ex cerumi indurato*, ex signis, quae corpora peregrina, i meatu auditorio delitescentia indicare solent, d sum

92) Fourcroy *système des connoissances chimiq. T. I.* p. 370.

93) Bartholinus act. med. Hafn. 1671. Vol. I. obs. p. 82. Garmann de miraculis mortis. L. III. Tit. §. 50. Müller Misc. nat. cur. Dec. II. an. VI. ol 162. Collomb *oeuvres medico-chirurg. Par.* 17 p. 304. *Uebers. v.* Harke. *Braunschw.* 1800. 2. Hufeland's *neueste Annal. d. Franz. Arzneyk.* 3. p. 262. Schreger *u.* Harless *Annal. d. neues engl. u. französ. Chirurgie.* 1. *B.* 1. *St.* p. Fabr. Hildanus L. I. Cent. I. obs. 5. Cent. obs. 1. Casserius de vocis auditusque organis his ria anatomica. Ferrar. 1600. L. I. C. 20. §. 91. Verney l. c. Part. 3. p. 62. Trnka de Krzow l. c. p. 40.

94) In ictero a caussa arthritica cerumen saepe defeci vidi. Cfr. Osthoff in Horns *Archiv. f. med. Erfa* 3. *B.* p. 287.

95) Saunders l. c. p. 27. Ribes *Recherches sur l'us du tympan, et le desordre, qui survient à quelq parties de l'organe de l'ouie, par l'effet du cérun épaissi dans le conduit auditif externe.*

ımitur, illa indolis morbi ex conditione aegroti : ex morbis praegressis. Ad eos spectat *inflam-atio arthritica* meatus auditorii externi, malum erumque chronicum, quod a doloribus ossium [96] raeceditur, succedentibus pruritu intolerabili otissimum ad orificium meatus [97]. Variae dein artes, uti in inflammatione rheumatica meatus ıditorii, in consensum trahuntur. Quandoque orbus cum herpete, alternatim comparet, aut : illius fuga incauta oritur [98]. Inflammatione thritica meatus auditorii externi acute decur-nte, methodus adversus malum rheumaticum ommendata, adhiberi debet. In chronica et in phosi inde pendente, veluti in ophthalmiis ar-ıriticis [99], podagrae debitae evolutioni studen-ım [100], aut morbus consuetis anti-arthriticis mediis aggrediendus. *Ulcera artificialia* pone ıres, in auricula [1]) vel ad nucham [2]) maxime

 hic

96) Colloмb l. c.

97) Pruritus meatus auditorii, animadvertente jam Foresto (L. XII. obs. 11. Schol.) et per se ex caussa arthritica obvenit, quo in casu plerumque nullum cerumen extitisse vidi. Novi feminam ceruminé orbatam, in qua pruritus meatus auditorii certissimum imminentis mutationis temperiei erat indicium.

98) Brambilla *v. der Phlegmone. 2. B.*

99) §. XCVII.

100) Otalgiae a podagrae evolutione sanatae, legitur exemplum in Eph. nat. cur. Cent. V. et VI. obs. 8.

1) Riedlin Curat. millen. N. 853.

hic prosunt. Doloribus consensualibus minim inflammatoriis *opio*, *aethère*, *balsamis* [3]), retr aures et ad tempora illinitis, succurrimus. Ne virtus *tartari emetici*, sub forma *unguenti* retr aures illiniti, vel sub ea *emplastri* ibi applicit praetereunda est. Calculi ceruminis, nisi illic abigi possint, injectionum, aquae tepidae [4]), so lutionis saponis [5]); rerum mucilaginosarum op emolliendi. Vapores, ex aqua cum *aethere su phurico*, per infundibulum, orificio meatus aud torii admotis, eos perbelle solvere edocti sumus.

Inflammatio scrophulosa. 6. Scrophulosi tum a scrophula directe, tu superveniente caussa catarrhali [6]), exanthemat ca [7]), traumatica [8]), metastatica [9]), aut alia [10] inflam

2) Act. med. Hafn. Vol. V. obs. 77.

3) Riedlin Lin. med. an. V. p. 159.

4) Haygarth in *med. Bemerk. u. Untersuch. einer Ge sellschaft von Aerzten in London.* 4. B. N. 15.

5) Ribes in *Journ. gén. de méd. chir. et pharm.* 181 *Octob.*

6) Maxima pars inflammationum meatus auditorii exter ni, quae pro scrophulosis habentur, in prima origin catarrhales sunt, ac solum quoniam in aegro scrophu loso locum obtinuerunt, indolem scrophulosam ineunt quod probe retinendum, ne complicationem tanti mo menti praetervideamus.

7) Exanthemata primaria, quae etiamsi meatum audito rium detineant, in hominibus caeterum bene valenti bus sine reliquiis evanescunt, in scrophulosis inflam mationem specificam (vitiorum auditus uberrimam fontem) cum variis suis exitibus, derelinquunt. Lega-

flammationi meatus auditorii externi subjiciuntur, quae vix quidem dolore, at effluxu e parte fecta seroso, mucoso, ichoroso, purulento, plus inus foetente [11]), saepe admodum copioso [12]), stipa-

tur de hoc memorabili argumento quoad *variolas* Eph. nat. cur. Dec. III. An. 4. obs. 1. et Grapengiesser in Hufeland's *Journ.* 17. *B.* 1. *St.* p. 165. quoad *morbillos* idem ibidem p. 166. et Ranoe in Act. Reg. Soc. Hafn Vol. 4. p. 55. et quoad *scarlatinam*, Hufeland *v. d. Scrophulkrankh.* p. 209.

8) Levissima caussa traumatica e. c. scalptus auris rudis in scrophulosis inflammationem excitat primo in limine certe localem, mox vero characterem vitii universalis induentem, cujus rei iterum in cura memores esse juvabit.

9) Cfr. N. 5.

10) Applicationem vesicatoriorum retro aures in morbis oculorum nocivam esse, jam monui. Quam pulchre Des Monceaux ait; „*n'est il pas à craindre, que cette dérivation, en irritant les glandes du conduit auditif, ne finisse par irriter où obstruer la membrane du tympane?* op. c. Et cl. Saissy (l. c. p. 53.) applicationem vesicatoriorum et causticorum ad apophysin mastoideam reprobat, asserens: „*D'après les faits, recueillies de ma pratique et ceux que mes confrères m'ont fournis, il est prouvé pour moi, que les vesicatoires, les cautères surtout, appliqués sur la region de l'apophyse mastoide, attirent des congestions dans les cellules mastoïdiennes, au lieu de les en debarasser: ainsi ces exutoires peuvent devenir cause de surdité.*"

11) Ipsae matres intolerabilem istum foetorem in prolibus abhorrent. Aestivo tempore ad distantiam non-

stipatur. Malum istud quousque sine exulceratio ne membranae meatum auditorium ambientis per stat, nomine *blennorrhoeae* aurium, alias ill *otorrhoeae* salutandum. Graphice haec mala PRIMEROSIO [13]) et SCHULZIO [14]) descripta sun Ad *blennorrhoeam aurium* concludimus, si mor bus fuerit recens, si profluvium abundans, siqu signa exulcerationis desiderentur. Sunt auter signa *otorrhoeae:* dolor constans in quadam mea tus auditorii parte, isque sub exploratione op specilli adauctus, ichor guttatim stillans potissi mum in provecto malo. *Otorrhoea* nobis *sim plex* est et *complicata*; haec *cariem* partis ossea meatus comitem habet, altera non. Dignoscitu praesentia cariei ab odore specifico ichoris, a exploratione ope specilli asperitatem meatus denc tantis, (illam scilicet quae ossi denudato propri est), a colore nigro, quo specillum argenteum ol ducitur, et tandem a secessu festucarum ossiun Cariei meatus auditorii facile *parotis* superacc dit consensualis, quandoque ad enorme volume incre

nullorum pedum eum percepi. De *foetore aurium*, pe se exstante, et periodico seu menstruali lege Eph. na cur. Dec. 2. an. 7. p. 157. et PAULLINI Cent. IV obs. 56.

12) MARCELLUS DONATUS L. II. C. 12. p. 229. HE BERDEN Commentarii in morborum historia et cura tione. C. 12. (ad libram per diem).

13) De morbis puerorum, P. II. p. 48.

14) Diss. de auribus manantibus et ulceratis, Hal. 1743.

ncrescens, quo in casu adventante adhuc *erysi-*
elate faciei, cum febre lenta, de vita actum
st. Sed et *otorrhoea simplex* aut *blennorrhoea*
urium non spernenda. Enim vero si praepostere
ugetur, gravia mala, ut encephalitidem [15]) et
urditatem post se trahit; ac si naturae committ-
itur, cophosis periculum illudque cariei mina-
ur. Nec otorrhoeâ, quam simplicem vocavimus,
itpote cariei expers, aut blennorrhoea aurium,
emper adeo simplex est, ut hinc inde, angusta-
ionem meatus, verrucas, aliasque excrescentias,
uditum magis magisque, inprimis clauso simul
re, laedentes, comites non habeat [16]). Quae sin-
ula, quanti intersit, meatum auditorium probe
xplorare, docent. Qualiscunque autem fuerit
ndolis effluxus aurium, primum est meatum ab
ditu insectorum tueri; ad quem scopum conse-
uendum, non gossypium orificio illius immitten-
lum (quod scilicet secessui materiei obstaret, et
ucto in parte calore, corruptelae liquidi secreti
averet), sed orificium velamento finissimo trans-
arente, vulgo *gaze*, obtegendum. Praeterea ut
uritati studeatur, aqua pura tepida semel de die
pe syringae ANELII injicienda. In *blennorrhoea*
meatus

15) P. II. Vol. I. sect. 1. C. III. §. XV. N. 2. Suppressio otorrhoeae inter caussas encephalitidis recensenda fuisset.

16) Egregie de hoc argumento disseruit SAUNDERS l. c. p. 26.

meatus auditorii nisi a diuturnitate morbi coacti, a cura topica, quoadusque fieri liceret, abstinendum *). Solum corticem *daphne mezerei* sub processu mastoideo positum excipimus. Efficacia adhuc majori *setaceum* ad nucham pollet [17]), cujus caeterum vices et inaures quodammodo agunt. E contrario interne pharmaca antiscrophulosa exhibemus. Inter quae parvae et diu continuatae doses *aethiopis antimonialis* reliquis palmam praeripiunt [18]). *Muriatis hydrargyri* laudes canat SAUNDERS [19]), illas *cinchonae*, HUFELAND [20]), dummodo alvus inde non obstruatur. Non desunt enim exempla, effluxus aurium serosi per diarrhoeam sanati [21]). In *blennorrhoea rebelli*, cujus diuturnitas nova pericula portendit, ad *injectiones* deveniendum. Commendantur solutio *muriatis*

*) Medici curâ morborum aurium exclusive occupati cum medicis ocularis in eo conveniunt, quod dum vitium sive auris sive oculi debellaverint, se optime fecisse existiment, morbos secutoros non curando. Facile hinc CURTIS jactantia intelligitur (l. c. p. 43.), ubi scilicet illustri HEBERDEN irridet, quatenus vir summus effluvium aurium vix cohibendum esse docet (in commentariis suis).

17) PURMANN chirurgia curiosa.

18) Vires aethiopis mineralis in morbis aurium scrophulosis extollit SCHULZE l. c. §. 17. et act. phys. med. N. C. Vol. I. p. 496.

19) Op. c. p. 25.

20) Op. c. p. 208.

21) PEZOLD obs. med. chir. N. 42.

tis hydrargyri superoxygenati [22], *sulphatis zinci*, *nitratis argenti* *), et *acetatis plumbi* **); securius vero solutio *lapidis divini* semel bisve de die injicitur; licet illi sensim sensimque quid *liquoris acetatis plumbi* superaddere. — In otorrhoea, praeter solutionem istam, penicillum *laudano liquido Sydenhami* madefactum, loco, quem exulceratum credimus, admoveri potest. Exulcerationi obviae *unguentum hydrargyri nitratum* applicat SAUNDERS [23]); nos *unguentum* sic dictum *ophthalmicum* rubrum primum *mite*, dein *forte* [24]). Praesente *angustatione* meatus auditorii, frustulo spongiae illi immisso dilatatio tentatur, quam methodum et adversus simplicem suppurationem scrophulosam meatus commendat HENNING [25]). Possent et cereoli seu candelae caute exhiberi. *Excrescentiae* forficibus abiguntur, basi cum caustico

22) SAUNDERS l. c. ℞. Aquae destillatae libram unam. Mercurii sublimati corrosivi granum unum. Tincturae opii drachmam unam. M. D. S. pro usu externo.

*) CURTIS *on the treatment of puriforme discharge from the ear.* in *the Lond. med. and physic. Journ. May* 1819. p. 397. (grana decem nitratis argenti ad uncias quatuor aquae, quae dosis mihi nimia videtur).

**) CURTIS op. c. vers. german. p. 48.

23) l. c. p. 25.

24) §. LXXX. 5. (7. 8.).

25) *A critical inquiry into the pathology of scrophula.* Lond. 1816.

stico tangendo; ast caute, ne portio illius ad tympanum perveniat. Cariei curam chirurgi tradunt.

Inflammatio venerea.

7. Si inflammationem meatus auditorii metastaticam ex blennorrhoea urethrali [26]), illamque, cui caussae traumaticae, rheumaticae et aliae in hominibus syphilide imbutis, ansam porrigunt, excipias; inflammationem, de qua agitur, raro primitivam veneream invenies, nisi in recens natis [27]). Generatim ad affectionem veneream meatus auditorii concludimus; habita ratione infectionis praegressae, dolorum vel surditatis vespertinis horis auctae et praesentiae excrescentiarum, verrucarum, exostosium, tophorum squamarum concham obsidentium. Quibus malis facilius quam aliis vitiis auditus syphiliticis, infra recensendis, per curam radicalem luis occurrere licet. Pro tempore doloribus *unguentum hydrargyri griseum cum opio* retro aures inungendo prospicimus. Excrescentiae et verrucae syphiliticae, nisi a methodo antivenerea universali evanescant, auxiliis jam indicatis [28]) fugantur.

8. Copia

26) N. 5.

27) Quoties de infante recens nato venereo agitur, non satis explorationem auriculae et meatus auditorii commendare possum, sedem enim constituunt communem excoriationum. In genere pulchre I. G. Vogel ait: „*Sie kann (die Otitis) in wenigen Tagen tödten, zumal Kinder, deren gewiss nicht wenige, oft unbemerkt, an Ohrenkrankheiten sterben* (*Handb.* 4. *Th.* 4. *Kap.* §. 5. p. 98.).

8. Copia et magnitudo vasorum sanguiferorum, quae meatus auditorius a carotide faciali et arteria temporali accipit [29]), foramina et canales angusti, per quae haec vasa simul cum venis et nervis trauseunt [30]) et decurrunt [31]), hinc impedimenta, quae ex obstaculis etiamsi minimis in circulo sanguinis expectari debent, de turbis harum partium abunde rationem reddunt. Ac re quidem vera, aures vehementer in morbis cordis, aortae, carotidum, maxime autem in vitio systematis venosi, haemorrhoidali, afficiuntur, de quo argumento infra *). Hic enim meminisse sufficiat, meatum auditorium externum, praecipue sinistrum [32]), aliarum partium instar suas agnoscere *haemorrhagias*, pro re nata excitatas, (ne anticipemus morbos auris internae) a violentiis capiti illatis, a galvanismo [33]), a febre flava [34]), a tussi convulsiva [35]), et a menstruis aberrantibus

Haemorrhagiae e meatu auditorio.

28) N. 6.

29) Arteria auricularis posterior, inferior, anterior.

30) Foramen stylomastoideum.

31) Aquaeductus Fallopii.

*) §. CXXI. 2.

32) Quelmalz Pr. de haemorrhagia auris sinistra. Lips. 1750.

33) Osthoff in Horn's *Archiv f. Erfahr.* 3. B. p. 2277. 289.

34) Jackson *Geschichte u. Heilart des endemischen und ansteckenden Fiebers.* p. 210.

35) Aliquoties mihi obvenit.

bus [36]). Relinqui inde posse grumum sanguinis, meatum auditorium obturantem, et caussam surditatis sistentem, jam monuimus [37]). Haemorrhagia meatus auditorii externi traumatica, haud raro nullo relicto detrimento evanescit.

Caput XXII.

De morbis membranae et cavitatis tympani, nec non tubae Eustachianae.

---

§. CXVII.

*De morbis membranae tympani *).*

Vitia conformationis.

1. Tympanum extare potest praeter modum magnum [38]), parvum [39]), oblongum [40]), triangulare

36) Rarae hujus menischesis, mihi binis vicibus in puellis aliunde fluxui aurium subditis observatae, exempla inveniuntur apud Schenk L. IV. obs. 257. Spindler obs. N. 63. Harder Apiar. obs. 83. et Glaser de mensium suppressione eorumque per aures excretione. Basil. 1693.

37) Cap. XXI. §. CXVI. N. 1. (49.).

*) Wepfer diss. de vitiis tympani. Traj. ad Rh. 1715. Gnididsch praes. Ern. Platner diss. de morbis tymp. Lips. 1780.

38) Köhler *Beschr. d. Loderschen Sammlung.* p. 147. *N.* 580.

39) Köhler l. c. p. 148. N. 502.

lare [41]): quid de tympano duplici sentiendum sit, jam dictum est [42]). Spectat praeterea huc opinio LESCHEVIN [43]), et LE BOUVYER-DESMORTIERS [44]), tympanum in recens natis ad superficiem suam externam a *membrana* quadam *spongiosa*, temporis tractu per suppurationem *decidua*, alias surditatis caussa, obduci. Opinionem hujusmodi PORTAL [45]) refutavit. Nihilominus illi quodammodo adhuc adhaeret SAISSY [46]). Hoc saltem certum est, posse materiam sebaceam, quae foetum undique obducit, in meatu auditorio exsiccari, surditatem producere [47]), ac restituto auditu evacuari [48]). Elucet inde, quanta in recens natis *aurium* habenda sit ratio, quantaque necessitas in iis, qui surdi nati existimantur, tympanum explorandi [49]).

Inflammatio tympani.

2. Utrum tympanum *per se* inflammari possit, nec ne? dubitamus. Forte talis morbus, (re ipsa

40) Ibidem p. 147. N. 581.
41) Ibid. p. 158. N. 582.
42) §. CXVI. 2. (74—75.).
43) *Prix de l'académie de chirurg. T. IV.*
44) *Considérations sur les sourds-muets de naissance.*
45) *Précis de chirurgie pratique. P. II.* p. 477.
46) l. c. p. 45.
47) VALSALVA de aure humana. C. I. §. 13. MORGAGNI l. c.
48) DRACKE anthropologia. L. IV. p. 12. *Mémoires de l'acad. des sc. de Paris. année* 1703.
49) SAISSY l. c. p. 44.

ipsa *tympanitidis* nomine dignus) a violentiis externis tympano infensis [50]) expectandus foret. Certissimum autem est, tympanum *cum* reliqua aure inflammari. Sic enim docent *reliquiae inflammationis* in illo observatae, ac creberrimae surditatis caussae.

Reliquiae inflammationis tympani.

3. Spectant autem ad *reliquias hujusmet inflammationis tympani excrescentiae, crassitudo, tensio, laxitas, prolapsus, erosio* et *ruptura.*

T. excrescentiae.

4. *Excrescentiae tympani* (probe ab illis meatus auditorii [51]) distinguendae) observatae fuere ad utramque illius superficiem [52]), et ad externam [53]). Diagnosis autopsiâ instituenda. Cura illi polypi meatus [54]) similis. Cave a supervacuis conaminibus.

T. crassitudo.

5. *Crassitudinis tympani* plura extant exempla [55]), ast non semper praeviae inflammationi adscribenda. Potest enim crassitudo tympani etiam

50) §. CXVI. 1.

51) C. XXI. §. CXVI. 2. (76.).

52) Ait Schulze (Act. med. phys. acad. nat. cur. Vol. I. p. 498.): „Vidi membranam tympani *utraque sui superficiei* obsessam quasi verrucis, capitula acicularum minimarum aequantibus."

53) Saissy (l. c. p. 46.) inquit: „*ce corps avoit la forme d'une petite fraise, ... il tenait à la membrane du tympan par un pedicule fort grêle.*"

54) §. CXVI. 2. (76.).

55) Eph. nat. cur. Cent. III. obs. 17. Morgagni Epist. XIV. §. 12. act. nat. cur. Vol. I. obs. 223. — Köhler l. c. p. 147. N. 575.

etiam *a tumore glandularum*, huic membranae propriarum, oriri [56]), uti in asciticis [57]), in ebriosis [58]), maxime in scrophulosis et syphiliticis contingere solet. Tympani durities aliquando *ossea* [59]). Pro signis generalibus *crassitudinis tympani* habentur [60]): 1° plus minusve surditatis, 2° sensibilitas tympani, sub exploratione, specilli ope, pauca vel nulla et 3° elasticitatis illius defectus. Latente vitio aut syphilitico [61]), aut herpetico [62]), auris externa saepe squamas facile deciduas exhibet. Sanatio in minori tantum mali gradu expectanda. Indicantur *fonticulum* ad brachium lateris affecti, — *injectiones* ope aquae tepidae in aurem, additis pro morbi natura scrophulosa aut syphilitica guttis nonnullis vel *ammoniae*, vel *solutionis mercurii sublimati* etc. *Perforatio tympani* tum hic, tum in casu supra allato [63]), excepto illo ossificationis, indicaretur *).

6. *Ten-*

56) Saissy l. c. p. 63.

57) Bartholinus asserente Saissy l. c.

58) Hoffmann asserente Saissy l. c.

59) Cassebohm Tract. sex de aure humana. T. I. §. 80. Köhler l. c. p. 148. N. 583. Schaarschmidt, Loeseke l. c.

60) Saissy l. c. p. 53.

61) Sauvages v. Saissy l. c.

62) Saissy l. c.

63) N. 1.

*) Kern l. c. Himly *Bibl.* 1. B. 2. *St.* p. 333. (*).

T. tensio. 6. *Tensionis nimiae tympani*, ut effectu praegressarum cephalalgiarum, febrium cum delirio et cynanche faucium, DUVERNAY, LESCHEVIN et SAISSY mentionem injiciunt [64]); qui ultimus asserit, aegros tali vitio laborantes, sub atmosphaera humida et vento meridionali, et dum voce humili prope aurem loquatur, melius quam in casibus oppositis audire. *Vapores* meatu auditorio externo immittendis, *instillatio lacti tepidi* et *oleum recens amygdalarum dulcium* ope gossypii susceptum et tympano admotum commendantur.

T. laxitas. 7. *Laxitatem tympani* pro surditatis caussa STALPARTUS VAN DER WIEL [65]), WILDBERG [66]) aliique agnoscunt. Asserunt aegros in atmosphaera sicca, flante vento a septentrione, ac vigente rumore [67]), melius audire. Interea diagnosis maxime habita ratione morborum praegressorum institu-

„*künstliches Schalloch, wie in der Iris bey artificieller Pupille ein künstliches Sehloch.*“

64) ll. cc.

65) Observat. rarior. Cent. I. obs. 15.

66) l. c. §. 239.

67) WILLIS *rapporte deux exemples; le prémier est une femme, qui ne pouvoit entendre, que lorsqu'on battoit le tambour à ses oreilles, le second exemple, tout à fait semblable à l'autre, est un homme, qui n'entendait la voix de ceux, qui lui parlaient, que quand on sonnoit les cloches d'une tour, dont il était voisin.*“ SAISSY l. c. p. 48.

stituenda est. Ansam vero porrigunt laxitati ympani; inflammatio catarrhalis meatus auditorii externi et cavitatis tympani, blennorrhoea auris neglecta, abusus remediorum emollientium auri mmissorum, narcoticorum [68]), debilitas univer-alis, qualis in convalescentia, in chlorosi [69]) etc. bvenire solet, nec non ruptura, erosio, paralysis nusculorum interni mallei et tensoris tympani *). Producunt autem hujusmodi musculorum (aut orum tendinum), *rupturam* — concussiones vio-entae tympani e. c. sub nisu sternutationis, munctionis, tussis, naribus et ore clausis; *ero-ionem* — inflammationes meatus auditorii externi t cavitatis tympani praegressae; et *paralysin* — ffectio nervorum, et inprimis nervi temporalis uperficialis seu auricularis externi, utpote mu-culis tympani providentis **). Ruptura tendi-ium aut musculorum auditus dolorem, dere-ente ortum, socium agnoscit. Cura laxitatis ympani pro varia caussa plus minus possibilis et aria est. Generatim commendatae fuere *subfu-nigium herbae cardui benedicti, baccarum juniperi, auri*, carbonibus ardentibus inspersarum; *vapo-*

res

68) VERDUC *Traité de physiologie. T. II.* p. 203.
69) SAUVAGES *Nosologie. T. II.* p. 217.
*) VALSALVA, LESCHEVIN ll. cc.
**) BOCK *Beschr. d. fünften Nervenpaares u. seiner Verbindungen.*

res decocti radicis ireos florentinae, *herbae ori-gani majoranae*, *dracocephali moldavici*, *semi-num anethi graveolentis*, *foeniculi*, meatui audi torio externo immissi *); porro *injectiones* in eun ope *decocti cinchonae* **), item *instillatio caryo phyllorum aromaticorum in vino rubro decoctorum* clausa deinde aure caryophylli integri ope ***) *inspiratio* per nares aut per os *vaporis spirituos* aut *aromatici*, *masticatoria* et *gargarismata* †) maxime vero injectiones tubae Eustachianae cum aquis mineralibus ††). Nec *frictiones aetherea* circa tempora negligendae, si de paralysi suspi cio sit.

T. prolapsus.

8. *Tympanum* vel in meatum auditorium ex ternum vel in cavitatem tympani *prosilire* pot est †††). Tympano in meatum auditorium exter num prosiliente, diagnosis autopsiâ instituitur Caussae hujus prolapsus sunt; tussis et sternuta tio vehementes nec non collectio muci, puris au

*) Duvernay l. c.

**) Saissy l. c. p. 49. (cum monitu non diu in iis con tinuandi).

***) Barbette v. Saissy l. c.

†) Leschevin l. c.

††) Saissy l. c. p. 50. (aquae soteriae Balaruc, Ba rège). Cfr. C. XXII. §. CXVIII. N. 5. (15.).

†††) Saissy l. c. p. 50. „*Enfoncement*, *ou saillie*, *en forme de cul-de-lampe*, *que la membrane du tympan fait*, *soit dans le conduit auditif externe*, *soit dans la caisse du tambour.*“

ut aëris rarefacti in cavitate tympani. Cura in ó consistit, ut tympanum, nixus caussa, antror-um protractum, ope specilli obtusi, leniter eprimatur, obturando dein meatum gossypio vel inteis carptis. Vitia cavitatis tympani per inje-tiones tubae Eustachianae debellanda *). *Pro-apsus tympani in cavitatem contiguam* sese ma-ifestaverat **) auditu difficili, impotentiâ ser-ionem simultaneum plurimorum hominum intel-gendi, sensu ac si corpus extraneum in cavita-em tympani protruderetur, nec non pulsationis ta in parte. Explorata aure, tympanum depres-um reperiebatur. Injectiones in tubum Eusta-hianum morbum profligarunt, revocato per im-rudentem injectionem in meatum auditorium xternum. Rarefactionem aëris ad orificium hu-us meatus eo in casu, ubi tympanum in cavi-tem annexam protrusum est ***), proponimus.

9. Tympanum *erodi* posse observationes Fo-ESTI et MORGAGNII †) docent. Caussa ero-onis in praevia inflammatione, in cerumine in-urato ††), maxime vero in neglecta blennor-oea meatus auditorii externi quaerenda est; uamobrem plerumque erosioni tympani sociae sunt

T. erosio et ruptura.

*) SAISSY l. c. p. 51. Cfr. §. CXVIII. N. 5. (15.).

**) Lib. XII. obs. 7.

***) Cfr. C. XXIII. §. CXIX. N. 4. (41.).

†) Epist. XIV. §. 5.

††) RIBES l. c.

sunt exulcerationes et caries dicti meatus *). Indicant erosionem tympani: 1° exitus aëris cum sibilo e meatu auditorio externo, ita ut crines aut flamma prope aurem agitentur; 2° impotentia tympanum inflandi, quae inflatio alias, clausis ore et naribus, aërem per tubas Eustachianas pellendo perficitur; 3° fumi nicotianae in ore evoluti ac eodem artificio per tubas Eustachianas impulsi, ex aure apparitio; 4° transitus liquidi per meatum auditorium externum injecti ad cavitatem faucium et 5° vice versa, exitus injectioni per tubam Eustachianam factae ex aure externa Interea indicata signa tunc solum valent, dum tuba Eustachiana permeabilis est; ea enim oblite ratâ, nulla communicatio inter fauces et meatum auditorium externum extare potest. Quamobrem tympani conditio optime autopsiâ, nec non ex ploratione ope specilli eruitur; quod scilicet spe cillum eroso valde tympano profunde in cavita tem tympani penetrat, cujus parietes longe alite quam tympanum apici specilli exploratorii ses exhibent. Signa *tympani rupti* cum illis erosio nis conveniunt. Rumpitur autem tympanum sono forti **), ab auriscalpio inprimis oscitatio nis tempore adhibito ***), ab acu †), alapa ††) lapsu

*) Saunders l. c. p. 34.

**) §. CXX. N. 6.

***) Sennertus Prax. med. L. I. Part. III. sect. 3. C.

†) De acu tympanum perforante, ad ejus cavitatem et dei

apsu †††), strangulatione *), ab ictu super ca-
out **), et ab aliis laesionibus externis 70). Quae-
itur: num *erosio aut ruptura tympani surdita-
em ut necessarium effectum post se trahat, nec
ie?* Negat id MORGAGNI 71), ad exempla 72) la-
cerati tympani perstante auditu provocando. Im-
no fuerunt 73), qui *foramen* aliquod tympani,
RIVINI

per tubam Eustachianam ad fauces perducta, vomituque rejecta lege ALBERS in LODER's *Journ. f. d. Chirurg.* 1. *B.* p. 151. et LODER's *Anmerk.* p. 152.

††) PAULLINI obs. med. phys. Cent. III. obs. 45. in Miscell. nat. cur. Dec. II. an. 5. append. p. 59.

†††) MORGAGNI Epist. LII. §. 25.

*) Idem, ibidem. §. 30.

**) Commercium literarium Norimbergense. 1735.

70) TH. BARTHOLINUS L. I. Cent. IV. hist. 29. T. II. p. 291. TULPIUS obs. med. L. I. C. 36. L. III. C. 8. PLATER obs. med. p. 124. FABR. HILDANUS L. I. Cent. III. obs. 5. I. M. HOFFMANN disquisitio corpor. anat. patholog. spec. §. 17. p. 309. HORN opusc. anat. chir. c. annot. I. S. PAULI. Lips. 1707. VALSALVA l. c. LOESEKE obs. anat. chir. med. p. 25. Ephem. nat. cur. Cent. IV. obs. 21. Cent. VII. obs. 40.

71) Epist. XIV. §. 10. credens *fenestram rotundam* defectui tympani quodammodo supplere. §. 13. Cfr. RÖMER delect. opusc. Ital. p. 56.

72) VALSALVA l. c. VIEUSSIENS l. c. C. 4. WILLIS de anima brutorum. p. 133. ALBERS l. c. SAUNDERS l. c. p. 37. COOPER in *Philos. trans. for the year* 1800. p. 151. RIBES l. c. et HIMLY *Bibl.* 1. *B.* 2. *St.* p. 435.

73) RIVINUS, COWPER, LEPROTI et TEICHMEYER diss.

Rivini dicti, pro normali haberent, quae opinio tamen jam dudum devicta cecidit [74]). In ea cum aliis versamur opinione; erosionem aut rupturam tympani eousque auditui parum aut nil detrimenti afferre, quousque malleus immunis remaneat; alias enim dislocationem ossiculorum auditus, cum malleo arcte cohaerentium praecipue stapedis *) expectandam esse, ex quo necessario surditas. Patet hinc, consilium *tympani artificialis* [75]) plane vanum esse, artemque nil efficere posse, quam caussae erosionis tympani, quatenus ea in blennorrhoea meatus auditorii externi locata est, occurrere.

§. CXVIII.

Morbi cavitatis tympani.

Generatim. 1. *Morbos cavitatis tympani* perscrutando, *inflammatio periostei*, cavitatem istiusmodi obducentis

vindic. quorundam inventorum suorum anatomicorum. Jen. 1725.

74) Walther diss. de membrana tympani. Lips. 1725. p. 14. v. Halleri collect. diss. anat. Vol. V. p. 334. 351. Wildberg l. c. p. 51. Giebelhausen l. c. §. 9. p. 10.

*) *Stapedem* esse ossiculum auditus maximi momenti ad sonus propagationem omni jure docet Curtis l. c. p. 15.

75) Autenrieth (l. c.) suadet tubam brevem plumbeam ad orificium alterutrum membranula ex vesica natatoria piscis desumta et vernice illinita, obducere, aurisque meatui introducere!

entis, multisque vasis sanguineis instructi [76]) ese exhibet: accedunt reliquiae illius nec non itia *ossiculorum auditus*, surditatis communissinae caussae.

Inflammatio cavitatis tympani.

2. *Inflammatio cavitatis tympani* vel hic voluta, vel ex propagatione inflammationis meaus auditorii externi, tubae Eustachianae, vel uris internae, originem trahit. Otitis illa saepe *lolose* [77]) et *chronice*, praecipue dum ex coryza n arthriticis et haemorrhoidariis oritur, incedit. lias morbo aperte febrili ansam porrigere solent efrigerium, sanatio ulcerum antiquorum [78]), affetiones hepatis aut lienis [79]). Febris, notas rheunaticas exhibens, cum magno dolore *) acuto uris interioris, ad fauces usque propagato et innitu, obvenit. Aure extus examinata nil morposi comparet: quoties vero processum mastoileum comprimis, toties aeger de dolorum augmento,

76) Loder Tab. 54. fig. 13. Bichat periosteum cavitatis tympani ad *membranas mucosas* revocat.

77) Trampel l. c. §. 19. (*anatomie descriptive. T. II.*).

78) Jasser apud Arnemann op. c. p. 45.

79) Attentionem medicorum magis ad aurium, nisi inflammationem, saltem dolorem trahere vellem, quae cum vitiis hepatis aut lienis cohaerent. Illa in aure dextra, haec vero in sinistra, cum omnibus signis affectionis cavitatis tympani obveniunt.

*) Dolorem in inflammatione cavitatis tympani *parvum* esse contendit Alard (l. c.), ast omni jure Saissy (l. c. p. 67.) assertionem istam refutat.

to conqueritur. Morbus non sine gravibus cruciatibus ad septimum plerumque diem saevit, quin lympha coagulabilis ex meatu auditorio compareat. Solvitur plerumque sudore, urina sedimento instructa, aut alvi profluvio. Sunt, qui simul descensum lymphae ex aure ad fauces accusent, quae felix resolutio nisi methodo antiphlogistica viriliter in tota sua extensione adhibita, non neglecto versus finem usu *hydrargyri*, tum sub forma *unguenti* retro aures, illiniendi, tum sub illa calomel intus adhibendi, obtineatur; *obliteratio cavitatis tympani, vitia ossiculorum auditus, foraminis tum ovalis tum rotundi, hydrops acutus, suppuratio et caries* expectanda sunt.

Cavitatis tympani obliteratio, vitia ossiculorum auditus nec non foraminis tum ovalis tum rotundi.

3. *Cavitas tympani* in foetu semper muco repleta[80]) et tardius *obliterari* potest a lympha coagulabili, a muco[81]), a cellulis mastoideis stillante, a gelatina[82]) et a pseudomembranis illam decus-

80) *Quelques considérations sur la membrane pupillaire etc. et sur les matières muqueuses, qui remplissent la cavité du tympan dans le foetus humain, d'après lesquelles on peut croire, que les enfans, du moins un très grand nombre, ne voient ni n'entendent que plus ou moins de temps après leur naissance, par Mr. Portal.* v. *Journ. gén. de méd. françoise et étrangere. T.* 66. *Janv.* 1819. p. 84.

81) Saunders l. c. p. 42. Leschevin (ex vitio venereo) l. c. Saissy l. c. p. 89.

82) Otto *Handb. d. pathol. Anat.* p. 184. (in syphiliticis).

lecussatim replentibus [83]) aut communicationem cum cellulis mastoideis auferentibus [84]). Quibus nalis perstantibus, aliter fieri nequit, praeterquam quod et *ossicula auditus* cum *partibus annexis* (quibus nec vitia primae conformationis praesertim in surdis et mutis parcent) detrimentum capiant. Detecta enim fuere ossicula auditus normalium minora [85]), majora [86]), partim (quin auditus inde constanter laesus fuerat [87])), deficientia [88]), numero excedentia [89]), cariosa [90]), e loco

83) Morgagni op. c. Epist. XIV. §. 15. et Epist. anatom. VI. §. 4.

84) Membranam dari cellulas processus mastoidei a cavitate tympani superantem, contendebat Morgagni Epist. anat. V. Art. 25. 26. p. 35.); ast hanc membranam pro morbosa declarat Arnemann op. c. p. 30.

85) Bonet sepulcr. anat. L. I. Sect. 19. obs. 4. §. 3.

86) Cotunni l. c. p. 72.

87) Portal *cours d'anat. Vol. IV.* p. 454. (ossicula omnia excepto stapede, perstante auditu, deperdita erant).

88) Sic malleus et incus deficiebant apud Caldani epist. ad Hallerum script. Vol. VI. p. 142. 145. apud Toracca in *giorn. di med. T. VI.* p. 221. apud Scarpa de struct. fen. rotund. p. 84. — Deficiebat solus incus apud Bonnetum sepulcr. anat. l. c. obs. 4. apud Marin Mersennum in Epist. ad Beverwick de calculo. p. 80. — deficiebant ossicula orbicularia apud Marchetti anat. p. 222. quae tamen ossicula ut epiphyses consideranda esse docent Fabricius (metod. cadavera hum. rite secandi. p. 141.) et Blumenbach (*Gesch. u. Beschr. d. Knochen.* p. 144).

e loco remota [91]), et nexu morboso juncta, e. c. stapedem cum margine fenestrae rotundae tam arcte concretum, ut motu orbaretur [92]), atque membranulam, quae stapedem cum fenestra rotunda jungit, ossificatam [93]). Praeterea fenestra rotunda loco membranae suae a concremento osseo occlusa erat [94]). Nec *musculi ossiculorum* motui dicati semper immunes [95]). Ex quibus singulis colligitur, quanta sit copia et diversitas caussarum surditatis aliorumque auditus vitiorum ex sola cavitatis tympani laesa fabrica pullulantium! quamque ardua diagnosis, nisi ex anamnesticis pullulet! Auxilium, praeter perforationem membranae tympani [96]), desideratur.

4. *Hy-*

89) Teychmeyer vindic. quorundam inventorum anatomicorum. Jen. 1727. Cassebohm l. c. tract. IV. p. 55.

90) Valsalva l. c. C. V. §. V. Morgagni Epist. XIV. 10.

91) e. c. per violentias externas et inprimis per hydrocephalum, utpote ossa temporalia et maxime incudem a stapede sejungentem, vel stapedem a fenestra ovali avellentem. Blumenbach l. c. p. 19. not. (*). p. 140. not. (***).

92) Valsalva l. c. §. 10.

93) Morgagni op. c. Epist. XIV. §. 11.

94) Cotunni l. c. §. 72.

95) Morgagni l. c. §. 15. Epist. anat.

96) Kern (l. c.) immobilitatem ossiculorum auditus, aut eorum defectum circumstantiis, in quibus quid boni a perforatione tympani expectare licet, adscribit.

Hydrops acutus cavitatis tympani.

4. *Hydropis acuti cavitatis tympani*, nunc erosi 97), nunc purulenti 98), (ne dicamus de ex-ravasato cruento a violentiis externis 99)) non lesunt exempla, et quidem partim stupenda 100). Diagnosin hic pro certo statuere, non docebimus. Enim vero solum inflammatio cavitatis tympani praegressa, auditus difficilis cum continuo susur-u, absentia symptomatum latentem suppuratio-nem indicantium, et signa obliterationis tubae Eustachianae 1), suspicionem hydropis acuti mo-vere possent. Qua data suspicione, nisi tenta-men actionem vasorum lymphaticorum 2) per ir-itamenta mechanica retro aures illinita, per ele-ctrici-

97) Hellwig obs. med. 25. Misc. nat. cur. Dec. III. an. 3. p. 13. an. 7. et 8. p. 341. Bonet in sepulcr. anat. L. I. sect. 29. obs. 2.

98) Morgagni op. c. Epist. VI. §. 4.

99) Morgagni op. c. Epist. LII. §. 30. Saissy l. c. p. 83.

100) e. c. ultra libram (*Breslauer Samml. v. Natur und Med.* 18. *B.* p. 466.). Felibien in *mém. de l'ac. des sc. de Paris.* 1703. Valsalva v. Morgagni l. c. §. 5. Et Epist. anat. Ep. VII. §. 6.

1) Tubae Eustachianae ostio altero, faucium scilicet, ob-turato, haud arduum est sibi de enormi quantitate seri in cavitate tympani et *tubae* rationem reddere.

2) Mascagni copiosa cavitatis tympani vasa lymphatica pulchre delineavit. v. Vasor. lymph. hist. P. II. T. 27. fig. 3.

ctricitatem [3]), per mercurium et diuretica, excitandi, succederet, et nisi natura ipsa evacuatione seri per meatum auditorium externum, per nares aut per os succurreret *), ad paracentesin cavitatis tympani per tympani perforationem, aliunde insontem, et infra describendam, recurrendum foret **).

Suppuratio et caries.

5. *Suppuratione et carie cavitatis tympani et cellularum mastoidearum* crudelior vix datur morbus. Aeger enim diu noctuque a febre, dolore lancinante, non solum auris sed totius capitis, praesertim in latere affecto, nec non colli, excruciatur. Vidimus, qui simul in vomitum et convulsiones [4]) inciderent. Regio processus mastoidei tumet, et attactum nequaquam fert, quae impotentia attactum ferendi quandoque ad unum tantum processus punctum circumscripta est. Accedit nonnunquam parotis, ac erysipelas tandem superveniens vitae finem imponit. Inter plurima hujus generis exempla, tamen unum nobis obve-

3) Blizard v. Arnemann *Bibl. f. Chir. u. pr. Med.* 1. *B.* 2. *St.* p. 241.

*) Saissy l. c. p. 82.

**) Saunders l. c. p. 31. Zang (*Operationslehre.* 2. *Th.*).

4) Convulsionibus *vermes* in cavitate tympani latitantes ansam dedisse ex Valsalvae observationibus constat. v. Morgagni op. c. Epist. XXI. §. 7. Videntur fuisse larvae insectorum, tympano lacerato ad cavitatem penetrantium.

obvenit, ubi abscessus circa processum mastoideum extus ortus disruptus est, ac latens subtus caries per exfoliationem sanata, instaurato plane auditu prius sat gravi. Quod exemplum abunde docet, perforationem processus mastoidei et injectiones per locum sauciatum, a RIOLANO [5] et ROLFINKIO [6] propositas et a VALSALVA [7] aliisque [8] feliciter peractas, quamvis alias funestas [9], haud omnino rejiciendas esse. Non quidem in surditate e vitio tubae Eustachianae, ut crediderunt, sed in ea, de qua agitur, scilicet ex abscessu et carie cavitatis tympani et processus mastoidei post inflammationem acutam. Post inflammationem, inquam, acutam, nam carie illa, ab inflammatione chronica syphilitica pullulante, vix quidpiam boni a perforatione processus mastoidei, cujus cellulae tunc materia cretacea repletae visae sunt [10], expectandum foret. Quocunque in casu tanti

5) Opusc. anatom. nov. p. 318.

6) Diss. anatomicae. Jen. 1656.

7) l. c. p. 89.

8) ARNEMANN l. c. p. 65. 46. Legantur de hoc ipso argumento, perforatione scilicet processus mastoidei, JASSER in SCHMUCKER's *verm. Schrift.* 3. *B.* p. 122. HAGSTRÖM in *Abh. f. pr. Aerzte.* 14. *B.* p. LOEFFLER *Beytr. z. Wundarzneyk.* 2. *B.* *N.* 7. *Journ. de méd. chir. pharm. fevr.* 1793.

9) Mors Dr. BERGER, Regis Daniae archiatri, huic operationi adscribitur.

10) ARNEMANN l. c. p. 25.

tanti momenti operatio cum summa cautela, et non nisi omnibus rite pensitatis [11]), instituenda erit. Qua de caussa optandum, alterum injiciendi modum aut perforato tympano [12]), aut per tubam Eustachianam [a]) magis magisque familiarem reddi posse. Verum injectiones per tubam Eustachii, tum per nasum, methodo LESCHEVINI *), CLELANDII [13]), WATHENI [14]), et SAISSY [15]), tum per os metho-

11) Sciendum enim est: processum mastoideum varium esse apud varios homines (ARNEMANN l. c. p. 20.), minorem in feminis quam in maribus (p. 21.); in latere dextro ampliorem et firmiorem quam in sinistro (p. 21.); cellulas illius solum inter 16. et 17. aetatis annum, debito pacto evolutas esse, ita vel in senio perstare (MURRAY in *neuern Schwed. Abhandl.* 10. *B.* p. 199. Contra CASSEBOHM); perforatione processus mastoidei incaute institutâ, cerebrum posse laedi, ac injectiones irritantes gravissimas turbas excitare (p. 31.); unde nonnisi ex simplici aqua tepida fieri debent et quidem minima vi, ne tympanum inde rumpatur (p. 39.). Decumbente aegro materies injectionis per os, eo stante per naricem lateris affecti exit (p. 39.); dummodo communicatio inter cellulas mastoideas et cavitatem ipsius tympani per pseudomembranam ablata non sit.

12) SAUNDERS l. c. p. 31.

a) SAISSY (l. c. p. 109.) pulchre lucrum ex hac operatione expectandum, demonstrat.

*) l. c. p. 203.

13) *Philos. transact.* 1741. p. 747.

14) Ibidem 1755. p. 213. 321.

15) Medicus Lyonensis in opere propediem in lucem

nethodo GUYOTI [16]) institutae, tot difficultates in iomine vivente invenerunt ut hucusque multorum suffragia colligere haud potuerint.

§. CXIX.

Morbi tubae Eustachianae.

1. Ad *morbos tubae Eustachianae* spectant illius *obliteratio* et *inflammatio*. *Obliteratur* tuba Eustachiana, tum ex aliena, tum ex propria culpa. Ex aliena obliteratur a vitiis cavitatis tympani [b]), a polypo narium ad fauces descendente, a tumoribus colli, praecipue tonsillarum [17]), a scarlatina, a variolis *), ab ulceribus faucium venereis, vel ab illorum cicatricibus **), ab aphthis ***) et Caussae obliterationis.

proditūro. Legatur *interea Dict. des sciences médicales.* l. c. p. 101. 108.

16) *Hist. de l'ac. des sc. A.* 1724. p. 35. et *Mach. et invent. approuvés p. l'ac. des sc. T. IV.* p. 1115.

b) ROBBI in nota ad CURTIS op. c. p. 51. „*Denn sammeln sich einmal ausgetretene Feuchtigkeiten in der Trommelhöle an, und geräth ihr Ausgang ins Stocken; so muss sich die Eustachische Röhre leicht mit verstopfen, und es ist daher keinem Zweifel unterworfen; dass die Fehler der Trommelhöle auch Krankheiten der Gehörtrompeten nach sich ziehen, und so auch umgekehrt.*"

17) SIMS *med. Abh. einer Gesellsch. v. Aerzt. in London.* 1. *B.* p. 22.

*) SAISSY l. c. p. 93.

**) SWEDIAUER, COOPER, SAISSY l. c. p. 94.

***) SAUNDERS l. c.

et a corporibus extraneis ad eam perductis [18]). Ex propria culpa obliteratur (ne dicamus de imperforatione a nativitate *)), a muco [19]), ab inflammatione et a suppuratione.

Inflammatio tubae Eustachianae.

2. *Inflammatio tubae Eustachianae* ad *cynanchen faucium* spectat, cum qua societatem inire solet. Accusat tunc aeger dolorem acutum qui viam tubae sequitur, auresque ferit, quique sub deglutitione, propriae inprimis salivae, invalescit. Quae singula praesertim in cynanche faucium catarrhali et scarlatinosa, in angina venerea, mercuriali, et in illa phthisicorum, ulcere tum pulmonis, tum laryngis, tum pharyngis laborantium contingere solent [20]).

3. Audi

18) VALSALVA (op. c. C. V. §. 10.) de vicia, quae sese in tubam Eustachianam insinuaverat, narrat quaeque auditum eousque deleverat, quousque non ablata fuerit.

*) „*Il y a des enfans, qui viennent au monde avec la trompe d'Eustache imperforée: dans ce cas, les sujets sont sourds-muets.* SAISSY l. c. p. 93. Imperforationem tubae *operatione chirurgica* aufert idem l. c. p. 94.

19) Mucum induratum tubas Eustachianas obliterantem, in cadaveribus senum surditate laborantium invenit OTTO: *seltene Beob. z. Anatomie, Physiol. u. Pathol. Bresl.* 1806. Cfr. §. XXII. N. 1. (*).

20) Mucus etiam tubam in *foetu* adimplet simul cum liquore amnii, docentibus HEROLD, DESAULT etc. v. SAISSY l. c. p. 98. Mucum in tuba Eustachiana a frigore *congelari* posse, ut WATHEN contendit, (TRNKA historia cophos.) vix crederem.

3. Auditus labefactatio ex imperforata aut bliterata aut angustata tuba Eustachiana cognoitur 1° per explorationem *); 2° ex morbis faum praegressis aut praesentibus; 3° ex impontia tympanum inflandi; 4° ex audiendi facultte ope aperitionis oris non aucta; et 5° ex alta, ia aegri loquuntur, voce **). Docente SPRENELIO [21]), aeger minus adhuc propriam vocem iam alienam, et auris susurrum percipit. SAUNERS [22]) e contrario susurrum auris in surditate, gnum potius libertatis tubae Eustachianae esse ntendit. Quomodocunque sit, id compertum betur, cophosin et subsurditatem ex obliteraone tubae Eustachianae, praesertim orificii illius, icibus respondentis, auxilium in *perforatione npani* agnoscere. De qua operatione, quo scrimus tempore, forte immerito [23]) vix amplius in um deducta, legi merentur TRNKA [24]), COOR [25]), SAUNDERS [26]), MICHAELIS [27]), HIMLY [28]), NEUSS

Diagnosis tubae obliteratae.

) SAISSY (l. c. p. 101.) „*à la faveur d'une algalie, on porte un stilet boutonné dans la trompe.*"

*) ROBBI l. c. p. 57. in nota.

1) *Handbuch der Semiotik*, p. 336.

2) l. c. p. 44. ait SAISSY (l. c. p. 99.) „*le bourdonnement n'est point un signe de l'obstruction des trompes.*"

3) HIMLY *Bibl.* 1. *B.* 2. *St.* p. 337.

4) l. c. p. 202.

5) *On the operation of a particular species of deafness. Phil. trans. of the year* 1801.

NEUSS [29]), HUNOLD [30]), NEUWENHUIS [31]), NA-SE [32]), BECK [33]), MAUNOIR [34]), FUCHS [35]), P-ROISSE [36]), HARLESS [37]), ASBURY [38]), RUST KERN *), et SAISSY **). Obstacula minora, mucus, tubam Eustachianam obliterantia, qua-doque ope expirationis validae, clausis naribus ore susceptae ***), aut *fumi nicotianae* diu o- rete

26) Op. c. p. 44.

27) HIMLY *Bibl. f. d. Ophthalm. Kenntniss u. Behan d. Sinne überhaupt. Hannov.* 1819.

28) Commentatio de perforatione tympani v. *Salzb. m chir. Zeit.* 1806. 3. *B.* p. 79. 4. *B.* p. 37.

29) Diss. de perforatione membranae tympani. Go 1801.

30) v. HUFELAND's *Journ.* 24. *B.* 2. *St.* p. 172.

31) Diss. momenta quaedam de surditate per punctur membranae tympani curanda. Traj. ad Rhen. 1807.

32) HUFELAND's *Journ.* 24. *B.* 3. *St.* p. 163.

33) De tympani perforatione in surditatis cura caut rariusque adhibenda. Erlang. 1806.

34) *Journ. de méd. continué. Vol. IV.* p. 106. 109.

35) Diss. de perforatione membranae tympani. Jen. 18

36) Opusc. de chirurgia. p. 307.

37) Opera minora academica medica. Vol. I. 1815.

38) l. c.

a) *Salzb. med. chir. Zeit.* 1813. *N.* 62.

*) l. c.

**) l. c. p. 94.

***) VALSALVA l. c. p. 84. SIMS in *mem. of the m soc. of Lond. I. Vol. N.* 5. CLELAND in *Phil. tra N.* 461. v. LESKE *auserl. Abh.* 2. *B.* p. 29. ROB l. c. p. 59. nota.

enti, aut *masticatoriorum et gargarismatum* 39) noventur. Ad oscillationes tympani restituen- *suctio auris* 40), vel *rarefactio aëris* meatus litorii externi per cucurbitulam, vel moxulam, remitate una meatui immissa, altera accen- quandoque obtinetur 41). Perquam caute hic edendum esse per se patet.

Caput XXIII.

morbis labyrinthi et de vitiis auditus.

§. CXX.

Morbi labyrinthi.

1. *Anatomia pathologica labyrinthi* admo- n egena est. Scimus solum reperta fuisse la- byrin- **Anatomia pathologica.**

9) Celsus l. VI. C. 7. Decker v. Schulze l. c. §. 18. (Inter gargarismata *acetum scilliticum* antiquissimum remedium et ad transitum auditus aperiendum Pythagoreorum scholae olim familiarissimum, impense commendatur). Morgagni Ep. anat. VII. N. 14. Autenrieth l. c. (gargarisma tamen ab eo propositum ex decocto *corticis daphne mezerei* et *ammonia caustica* mihi nimis acre videtur).

0) Eph. nat. cur. Dec. II. an. 6. obs. 123.

1) Vulgus Lithuaniae hac methodo non sine successu utitur.

byrinthum neutiquam aut imperfecte evolutum 4
fenestram rotundam angustam *), membranul
hanc fenestram et foramen ovale occludentes e
siccatas, induratas **), aquulam COTUNNII
massam caseosam degeneratam [43]), exsiccatam
meatum acusticum internum a membrana cla
sum [44]), nervos acusticos exsiccatos [45]), extenu
tos [46]), a tumoribus et liquoribus extravasat
compressos [47]), ipsa eorum origine non excep
Hinc inde vero cadavera surdorum nullum org
norum auditus vitium exhibuerunt [48]).

Surditas ex vitio auris internae.

2. Apparet ex dictis *surditatem ex vitio lab*
rint

42) MUNDINI Comment. Bonon T. VII. (anatomia su
nati. p. 422.). SAISSY l. c. p. 114.

*) LOBSTEIN *Rapport sur les travaux anat, de l'éc de méd. de Strasbourg. Prem. trimestr. de l'an. X* Fenestram rotundam progrediente aetate *decresc* docet SCARPA op. c.

**) LESCHEVIN l. c.

43) HAIGTON *mem. of the med. soc. of Lond. Vol.* p. 1. et *Abh. f. pr. Aerzte*, 15. *B.* p. 588. DUVERN l. c. p. 4. CLINE apud SAUNDERS l. c. p. 46.

b) RICHERAND vid. SAISSY l. c. p. 117.

44) VALSALVA apud MORGAGNIUM Epist. XLVIII. §.

45) ARENDS de cephalalgia. Lugd. Batav. 1675.

46) FR. HOFFMANN de auditu difficili. §. 2. in cane.

47) BONETI op. c. L. I. sect. 2. obs. 53. Vol. I. p. 4 SEVERINUS de recondita abscessuum natura. 1724. L. I C. 36. §. 2.

48) SAUNDERS l. c. p. 46.

thi omnium communissimam [c]), esse effe-
um nunc malae labyrinthi conformationis,
nc morborum encephali, nunc propriae inflam-
tionis, nuncque perversae nervi acustici sen-
ndi facultatis.

3. *Labyrinthum* aliarum partium instar, vitiis mae conformationis subjici dictum est. Talia ia in familiis quandoque haereditaria aut con-nita *) esse, ex aliorum [49]) et nostra experien- patet. Verisimiliter *rhachitis*, systemati osseo neratim infensa, illi labyrinthi minime parcet. ac si ita sint, quam parum spei, surdis natis iliandi **), relinquatur, elucet. Surditas ex mala labyrinthi conformatione.

4. Cephalaeae in surditatem terminatae pluri- exstant exempla [50]), procul dubio a recondita lammatione, aut ab inflammationis reliquiis, ca multifaria loca cum nervo acustico nexum haben- Surditas ex morbis encephali.

) Curtis op. c.

) Nasse in *deutsches Archiv f. Physiologie v.* Meckel. 1. *B.* 4. *Heft.* (A parentibus *omnino sanis*, *decem* infantes orti sunt, inter quos *novem* surdi et muti erant).

9) Schenk obs. L. V. N. 354. Fernelius Pathol. L. V. C. 6. Hoffmann Consult. et respons. Cent. I. cas. 40. Morgagni op. c. epist. XLVIII. art. 48. Trnka l. c. p. 6. Michaelis v. Himly *Bibl.* 1. *B.* 2. *St.* p. 297.

*) Cfr. §. XXII. N. 1. (*).

50) Celsus L. VI. C. 7. Smetius miscell. L. X. p. 548. Timaeus cas. L. I. N. 31. Tozzi opp. T. I. p. 73. *Breslauer Samml.* 1722. p. 242.

habentia [51]), ipsa medulla spinali non excepta [5
repetenda. Non immerito surditatem inter ap
plexiae prodroma posuimus [53]), vidimusque illa
ab hac solutam [54]). Quae omnia si cum obs
vationibus anatomico-pathologicis supra enar
tis [55]) comparentur, colligere possumus, d
surditatem, si dicere liceret, *encephalicam*.

Surditas ex praevia inflammatione labyrinthi. 5. Labyrinthi periosteum, ductus semicir
lares, et saccum semiovalem, aquaeductum ves
buli et cochleae, item vaginam nervi acusti
durae matris propaginem, *inflammari* posse, D
VERNEYI [56]) inprimis observationes docent. I
gruit *otitis* ista, a caussis traumaticis et rheum
te praesertim in syphiliticis repetenda [57]), cu
cruciatibus acerbissimis, sonuum intolerantia,
gili

51) Ventriculus scilicet quartus, calamus scriptori
pons Varolii.

52) RACCHETTI l. c. p. 38.

53) P. II. Vol. I. Sect. 1. C. V.

54) Vir quinquaginta circiter annorum, cephalaeae per
dicae arthritico-haemorrhoidali a plurimis annis su
ditus, fere post quemvis paroxysmum difficilius
diens, ac memoria magis magisque labefactata, die
Martii v. St. An. 1818. apoplecticus concidit, sub
cuta hemiplegia lateris sinistri. Jam altera die au
tus cum memoria plane redierunt.

55) N. 1. 7.

56) l. c. p. 4.

57) Collectis exemplis otitidis internae a me observat
ea plerumque in syphiliticis, injuriis externis aut
frigerio expositis, locum habuisse apparet.

iliis, deliriis, vomitu et febre acuta, ac paucorum nychthemerorum spatio, nisi illico auxilium praesto sit, praeviis sopore et convulsionibus morte terminatur. Qui morbus, praesertim in infantibus [58]), vix ab encephalitide cephalalgica *) distingui posse, facile intelligitur. Inflammationis labyrinthi, utpote partis aliunde sero [59]), forte acri **) repletae, *hydropem acutum* communissi- [illegible] mum

58) Mense Junio 1818. ad pusionem quatuordecim mensium vocatus sum, qui praeter febrem et saevos vagitus nil morbosi exhibebat. In cunctas corpusculi partes ad dolorum sedem detegendam inquirens, vix ad aurem sinistram manu mea perveneram, cum infans, ac si, me locum affectum invenisse, indicare voluisset, siluerit. Remota manu iterum vagitus inceperat, et sic vicissim repetitis vicibus. Auris tamen nil morbosi exhibebat. Declarato nihilominus morbo pro otitide hirudinem retro aurem apposui, exhibito intus nitro. Illico infans febricitare et ejulare cessavit.

*) *Case of inflammation of the ear, attended with symptoms of compression of the brain.* By R. Grattan in *Transact. of the college of Physic. in Ireland. Vol. N.* 15. Ibidem N. 14. *Case of inflammation and abscess of the brain, attended with disease of the ear. By* I. S. Brien.

59) Meckel l. c. p. 15. asserit „totum labyrinthum aqua *repletissimum* esse." — quod negat Brugnone l. c. quin tamen de praesentia aquae dubitet. Cfr. Scarpa l. c.

**) Friedländer in Himly *Bibl.* 1. *B.* 2. *St.* p. 434. ad experimenta Chaussieri et Ribes provocans. Cfr.

mum exitum sistere, suspicamur *); quin ob id exsiccationem liquidi in cavitatibus labyrinthi, surditatis senilis frequentem caussam [60]), excludamus. Praeterea nervum acusticum cum suis expansionibus iisdem vitiis, ac nervus opticus et retina subjici, verisimile videtur. Ex quo colligitur, caussam surditatis in praevia inflammatione labyrinthi, quandoque primis a nativitate mensibus perpessa, quaeri posse, ad quam diagnosin solum anamnestica ducere possunt. Cura inflammationis labyrinthi illi encephalitidis [61]) plane similis.

Surditas ex perversa nervi acustici sentiendi facultate.

6. Sicuti *amaurosin* ex vitio dynamico (saepe paralytico), nervi optici et retinae admisimus [62]); ita *cophosin ex vitio dynamico nervi acustici* et illius expansionum, duce inter alios Saunders [63]), admittimus. Cophosis nervosa a variis vitiis auditus mox infra recensendis annuntiari solet. Ansam illi porrigunt sonus vehemens e. c. clamor [64]), sonitus campanarum [65]), ictus bombardae

Morel *principe acoustique nouv. et universel de la théorie musicale. Paris.* 1816.

*) Confirmat suspicionem istam Viricel, teste Saissy l. c. p. 115.

60) Curtis l. c. Cfr. N. 1. (6.).

61) P. II. Vol. I. sect. 1. C. III. §. XVIII.

62) C. XIX. §. CX. N. 13.

63) l. c. p. 46.

64) Schulze diss. de auditus difficultate. §. 23.

65) Fabr. Hildanus Cent. III. obs. 5.

dae [66]), et fabrorum ferrariorum [67]), cataracta Nili [68]), tonitru [69]), animi pathemata, ut terror [70]), venus [71]), inprimis onania [72]), frigus inprimis humidum [73]), e. c. in domibus recenter constructis aut dealbatis [74]), a balneo [75]); haemorrhagiae potissimum per vasa intestini recti [76]), longe vero saepius illarum suppressio [77]), graviditas

66) Idem obs. 6. CAMERARIUS memor. Cent. XII. N. 57.

67) FERGUSON in *med. and phys. Journ.* 1802. *May.* V. HUFELAND, SCHREGER *u.* HARLESS *Journ. d. ausländ. med. Liter.* 1803. 1. *B.* p. 84.

68) LENZIUS de hominibus ad cataractam Nili obsurdescentibus. Witt. 1699. RIOLANUS Ench. anat. path. L. IV. p. 289.

69) BORELLUS observ. Cent. N. 3.

70) Ephem. nat. cur. Cent. IV. obs. 6.

71) SYLVATICUS Consil. Cent. II. N. 18.

72) In juvene surdo, quem anno 1815. socio Professore NISZKOWSKI curavi Vilnae, nullam aliam, praeter onaniam, cophoseos caussam invenire potui.

73) SYLVATICUS Consil. Cent. II. N. 20. 21. FORESTUS L. XII. obs. 14. LENTILIUS misc. med. pract. P. I. p. 64. Facta similia coram oculis habeo.

74) DESMONCEAUX op. c. p. 395.

75) HUBER in *Salzb. med. chir. Zeitung.* 1803. 2. *B.* p. 41. MARCARD *v. Bädern.* p. 301.

76) Ex aperitione venarum haemorrhoidalium crebro nimis repetita, subsurditatem observavi.

77) WEPFER obs. de aff. capitis. N. 188. HOFFMANN med. rat. syst. V. IV. P. II. sect. 1. C. 1. obs. 7.

ditas [78]), obstructiones viscerum abdominalium, nisus sub partu [79]), sub emunctione narium [80]), sternutatione [81]), vomitu [82]); violentiae externae [83]), ut ictus [84]), protracta inclinatio capitis antrorsum [85]), variae metastases *), ut ulcerum exsiccatio [86]), crusta lactea [87]), herpes retropulsi [88]), salivatio mercurialis suppressa [89]), plicae resectio [90]) et lues venerea. Quoad diagnosin, *surditas nervosa* inconstans et variabilis esse solet: urget ea maxime sub atmosphaerae humiditate et vice versa. Sunt qui tantum matutinis hori

78) Act. nat. cur. Vol. II. obs. 76. PAULLINI Cent. III. obs. 21.

79) SPRENGEL *Pragm. Geschichte d. Med.* 3. *Th.* p. 166

80) RIEDLIN Lin. med. an. III. p. 852.

81) Eph. nat. cur. Dec. II. an. 9. obs. 26.

82) FABR. HILDANUS Cent. V. obs. 1. 2.

83) TREVIRANUS in HORN's *Archiv.* 3. *B.* p. 102.

84) GRAPENGIESSER in HUFELAND's *Journ.* 17. *B.* p. 168

85) Mense Maio an. 1815. femina ex inclinatione capitis antrorsum sub laboribus diuturnis, sexui suo propriis surda reddita, auxilium meum imploravit.

*) De cophosi ex tumore colli ope cataplasmatis fugata lege SAISSY l. c. p. 40.

86) JASSER in SCHMUCKER's *verm. Schrift.* 3. *B.* p. 122.

87) MILARADOWICZ diss. de surditate ex crusta lactea retropulsa orta. Hal. 1769.

88) BRAMBILLA *v. d. Phlegmone.* 2. *B.* Cfr. I. P. FRANK Epit. de cur. hom. morb. II. Cap. de otitide.

89) HOFFMANN de auditus vitiis. obs. 8. opp. Vol. III. p. 246.

90) Nonnulla mihi obvenerunt exempla.

horis surditate laborent [91]), alii auditum sub rumore acquirunt [92]), aut determinatos tantum sonos percipiunt [93]). Quandoque surditas nervosa alternatim cum amblyopia [94]), aut cum auditu aucto in aure sana *) comparet. Surditate nervosa laborantes plerumque adaperto ore, aut deductis in auxilium tubis acusticis melius audire, motum vero horologii, inter dentes suscepti, haud percipere **), et de susurro ipso in encephalo ***) conqueri solent. Species cophoseos, de qua agitur, difficillimae est curationis. Pro varia mali caussa, ducibus indicationibus nostris generalibus [95]), tentanda sunt: evacuationes sanguinis †), praesertim locales (ad loca scilicet, e quibus haemorrhagiae suppressae fluere debuissent, vel etiam ad verticem [96]), retro aures), *ulcera artificialia*, maxi-

91) Sylvaticus consil. Cent. II. N. 19.

92) Pro surda nuper consilium meum exposcebatur, quae super vias saxosas curru vehens perbelle audiebat.

93) Sic aeger, de quo Stahl (Coll. cas. N. 76.) narrat, non nisi sonum fistulae Schalmey percipiebat.

94) Bartholinus Epist. Cent. IV. N. 40.

*) Curtis op. c.

**) Cooper, Saissy l. c. p. 120.

***) Curtis op. c.

95) P. II. Vol. I. sect. 1. C. 1. §. VI.

†) Inprimis si aeger ictus arteriarum in aure percipiat. Curtis op. c.

96) Scarificationes inprimis. Cfr. Pezold obs. med. chir. pract. N. 91.

maxime *fonticuli* [97]), *vesicatoria* [98]), *ustio* [99]), *embrocatio* [100]), *purgantia* [1]). *pediluvia acria* [2]), *hydrargyrium* [3]), *balnea* [4]), *injectiones* [5]), *vapores*

97) In cophosi, quae impetiginum fugae vel vitio arthritico originem debet, nisi malum valde antiquum fuerit, fonticuli ad potiora auxilia spectant. Eos sub processum mastoideum ponimus, posuerunt alii ad nucham (Act. Hafn. Vol. II. obs. 77.) ad brachium (Ettmüller opp. II. p. 738.) nec non ad ipsam auriculam (Riedlin curat. mill. N. 833.).

98) Riedlin Lin. med. 1695. p. 23. Wendt *Nachricht v. d. klin. Institut zu Erlang.*

99) *Salzb. med. chir. Zeitung.* 1803. p. 52. Loder *chir. med. Bemerk.* 1. *B.* p. 238.

100) Jasser in Schmucker's *verm. Schrift.*

1) Auditus difficilis unius auris ope diarrhoeae spontaneae fugati, exemplum coram me habeo. Nec unquam excepto aegro exhausto, purgantium et quidem drasticorum usum adversus malum, de quo agitur, negligo. Cfr. Fr. Hoffmann med. rat. syst. T. IV. P. 4. C. 6. obs. 5. 7. Schulz l. c. §. 18. 19. et Trnka l. c.

2) Ranoe in Act. Reg. Soc. med. Havn. Vol. IV. p. 55.

3) Adversus cophosin syphiliticam praesertim in sublimato, et frictionibus ope unguenti mercurialis retro aures susceptis, auxilium quaero, ac plus vice simplici invenio. Sunt qui calomelidis vires extollant (Saunders l. c. p. 49.); quocunque in casu ad salivationem usque id generis pharmacum porrigendum (Ettmüller opp. Vol. II. p. 739.). Interea cavendum, ne auditui difficili ex abusu mercurii talem opponamus curam. Sic paucos ante menses surdastrum, quem pro syphilitico habuerant, eique multum hydrargyri ingesserant, balneis sulphuricis permultum

res [6]), resque variae [7]) quae meatui auditorio externo immittuntur e. c. succus *uvarum immaturarum* [8]), *cepae* [9]), *allii* [10]), *moschus* [11]), *zibettum*

sublevavi. Caeterum hydrargyrium et ea in surditate, quae ex praevia nervi acustici inflammatione ortum ducit, locum invenire, non est cur moneam.

4) Fallopius de aquis medicatis C. 26. Wepfer obs. de affect. N. 188.

5) Busson (Diss. an absque membranae tympani apertura topica in concham injici possint. v. Halleri Diss. obs. Vol. II. N. 44.) per expirationem plenis buccis peractam, dum liquida in ore tenentur, aurem internam injici posse contenderat; verum rem plane fieri haud posse, inter alios demonstrarunt Portal (*Précis de la chir. pr. T. II.* p. 481).). Leske (*auserl. Abh.* p. 270. et Lentin (*Beytr. 2. B.* p. 137.).

6) Dioscorides (L. V. C. 78.) vapores sulphuris auri immissos laudavit. Accessit Fonseca (Consult. N. 13.) vaporem thermarum sulphurearum commendans. *Fabarum* vapores suadent Wittichius (*Vademecum* p. 129.). Rayger (ad Spindleri obs. N. 19.). Pauli (quadripart. bot. Cl. II. p. 31.) etc. Vapor *panis aromatici* a Hoffmanno suadetur (Diss. de praestantia remediorum domesticorum. §. 7.). Transitorium levamen, quandoque vapores ex herbis majoranae, salviae, ope infundibuli auri immissi offerunt. Idem de *ammonia* contendit Michaelis (v. Richter's *Chir. Bibl.* 5. *B.* p. 126.). Evolvitur ipsa salis ammoniaci et subcarbonatis potassae uncia una vasi, aqua fervida pleno et operculo rostrato clauso, immissa.

7) Quanta cum cautela sic fieri debeat, non est cur moneam.

8) Celsus L. VI. C. 7. N. 7.

bettum[12]), maxime vero *castoreum*[13]) et *camphora*[14]). *Electricitas*[15]), *galvanismus*[16]), saepe saepius a nobis in surditate nervosa usurpata, tunc

9) Eph. nat. cur. Dec. II. an. 7. obs. 181.

10) Hoffmann med. rat. syst. l. c. obs. 5.

11) Forestus L. XII. obs. 7. 15.

12) Trnka l. c.

13) Schulze l. c. §. 22. Neque contemnenda est *mixtura acustica Fulleri*, cujus potissimam partem *essentia castorei* constituit.

14) A patre meo sequentem formulam accepi, quandoque effectu minime destitutam. R. Olei amygdalarum dulcium drachmas duas, Camphorae, spiritus cornu cervi, tincturae opii ââ guttas quinque. M. excipiantur gossypio et immittantur auri.

15) De electricitatis in cophosi usu legi potissimum merentur Sigaud la Fond *de l'électricité méd.* p. 282. Spengler *Briefe v. Erfahr. d. Electricität in Krankheiten.* 1. *B.* §. 2. 2. *B.* §. ult. et penult. Blizard in Lond. med. Journ. Vol. I. p. 213. T. 3. Hunczowski in Richter's *chir. Bibl.* 7. *B.*

16) Bischoff in Hufeland's *Journ.* 13. *B.* 2. *St.* p. 129. Grapengiesser *Versuche.* p. 111. 164. 220. et Hufeland's *Journ.* 17. *B.* 1. *St.* p. 161. Ritter ibid. 8. *St.* p. 41. Sprenger *Anwendungsart d. Galvani-Voltaischen Metall-Electricität zu Abhelf. d. Taubheit. Jever* 1802. Walther *üb. d. therapeut. Indication d. Galvanismus. Cap.* 10. Schubert Diss. dubitata quaedam supra hominum a nativitate surdorum medelam Galvanismi ope suscipiendam. Jen. 1803. Haldat in *Precis analyt. des travaux de la Soc. de Nancy.* 1807. Volta in *Annali di chim. storia naturale di* L. Brugnatelli. *T.* 21. p. 200.

tunc solum aliquid, utplurimum pro tempore tantum, praestitere, dum malum a violentiis externis originem traxerat, aegerque a congestionibus sanguinis ad caput plane immunis erat. Quibus singulis auxiliis incassum adhibitis, sors surditate nervosa, saltem in minori gradu, laborantium per *instrumenta acustica* sublevanda; spectant huc tum *tubae* auri immittendae [17]), tum *conductores soni* extremitate una corporibus sonoris, altera dentibus [18]) vel portioni durae paris septimi nervorum [19]) admovendi. Nec allocutio super verticem plane spernenda [20]).

§. CXXI.

17) Instrumenta hujuscemodi idem pro auribus ac conspicilla pro oculis efficiunt. Illorum delineata inveniuntur apud Arnemann *Magazin f. Wundarzneywiss.* 2. *B.* p. 380. Bell *syst. Wundarzneyk.* 3. *B.* Tab. XIV. fig. 174. Curtis l. c. — Specimina illorum in praelectionibus exhibenda.

18) Cardanus de subtilitate rerum. Porta Mag. natur. p. 200. Schottus mag. natur. L. III. Art. 2. Syntagm. 4. N. 1. Velsch Episagm. N. 24. Camerarius memorab. Cent. N. 71. Jorrisan Diss. sistens nov. meth. surdos reddendi audientes, physicas et medicas rationes. Hal. 1757. Robertson *Münchner Zeitung* 1815. 14. *Novemb. Zeit. f. d. elegante Welt* 1815. *N.* 234. *Erinnerungen u. Bemerkungen üb. Behandlung und Unterricht d. Taubstummen von* Brentano *mit Bericht von* Troxler, v. *Archiv d. Med., Chir. u. Pharm.* 2. *B. Aarau* 1816.

19) Swan l. c. v. Himly *Bibl.* 1. *B.* 2. *St.* p. 431.

20) Troxler ducibus de Castro, Bevius et Duver-

§. CXXI.

Vitia auditus.

Generatim.

1. *Vitia auditus* (Pseudocoia), perceptio scilicet tinnientis aëris [22]), susurri [23]) tanquam de cataracta labentium et strepentium aquarum, vel qualem apum volitantia examina, aut muscae obstrepentes edere solent, sibili, bombi [24]), veluti pulsatarum campanarum, soni duplicis, seu justo acutioris, plerumque quidem ex vitio systematis nervosi auris, nunc primario, nunc symptomatico pullulant, ac relate ad surditatem ita se habent uti vitia visus relate ad amaurosin: interea et aliae quaedam caussae ad illa generanda concurrunt.

2. *Tin-*

NEY l. c. Cfr. P. II. Vol. I. sect. 1. App. ad C. XIV. an. 16. Maii.

22) ZEIDLER Diss. de aurium tinnitu. Lips. 1630. BREHM Diss. de auditu in genere et tinnitu aurium perpetuo. Ingolst. 1651. CRAUSIUS de tinnitu aurium. Jen. 1681. SCHENK Diss. de tinnitu aurium. Jen. 1667. HELBICK de sonitu et tinnitu aurium. Altd. 1699. FINKENAU de tinnitu aurium. Regiom. 1706. LEIDENFROST Diss. de tinnitu et susurro aurium. Duisb. 1784. SCHEDEL Diss. de susurro aurium. 1785.

23) CARTHEUSER de susurratione et tinnitu aurium. v. select. diss. N. 9. WESENER Diss. de susurro aurium. Duisb. 1785.

24) MENJOTI Diss. de bombis aurium. App. ad hist. febr. malig. Paris. 1622.

2. *Tinnitus* 25), *susurrus* 26) et *bombus* 27), Tinnitus, susurrus, bombus.
nissimo licet in homine, transitorie obveniunt, lerumque tamen oriuntur a cerumine aurium pia excedente, aut indurato, ab insectis e. c. ulicibus in meatu auditorio saltantibus, a laeone nervi facialis 28) e. c. per luxationem vel acturam maxillae inferioris, ab affluxu nimio nguinis versus encephalum 29), e. c. imminenbus menstruorum et haemorrhoidum fluxu, epiaxi, crisi 30), sub natationis negotio, ab inedia, ebilitate 31) et morbis praegressis *) a vitiis garicis 32), a potu liquorum fermentatorum, a tibus, ab onania, haemorrhagia, appropinquante lipo-

25) „Tinnitus dicitur, si tintinabuli pressè repetitos sonos acutos referat.“ SAUVAGES l. c.

26) „Susurrus dicitur, si murmur, gravisque sonus pressè repetitus audiatur, ut rotae, fluminis, vel fortis, ut tonitru.“ SAUVAGES.

27) „Bombus dicitur, si percussiones vel ictus interpolatos repraesentant.“ SAUVAGES.

28) SPRENGEL *Handb. d. Semiotik.* p. 328. (ob nexum cum chorda tympani).

29) *Syrigmus plethoricus Fr. Hoffmanni.*

30) *Syrigmus criticus Sauvagesii.*

31) *Syrigmus a debilitate Sauvagesii.*

*) „*Plusieurs maladies graves laissent après leur guérison différentes anomalies des sens, parmi lesquelles on compte le bourdonnement ou le tintement d'oreilles,*“ (LESCHEVIN l. c.).

32) *Syrigmus a ventriculo Fr. Hoffmanni.*

lipothymia, galvanismo, refrigeratione pedum, coryza [33]) et a plica. Socii, ut monuimus [34]), su surro plicoso esse solent sensus insecti in aur reptantis [35]), sive venti ex meatú auditorio pro deuntis. Sunt inter plicosos, qui sensum susur non quidem in auribus, sed potius in ipso e cephalo accusent. Interea, rite animadverten ITARD [36]), tinnitus, susurrus etc. aurium, hau semper ad hallucinationes spectant, sed saepi *caussis realibus*, ut irritationi nervi acustici sanguine, a processu quodam galvanico [37]), aëre impedimentum in meatu externo invenie te, tribuendi sunt; quin immo atmosphaera n ambiens nunquam adeo tranquille se gerere vid tur, ut homo, auditu sensili instructus, quenda aëris rumorem, vulgo hominum inperceptibile sentire non debeat.

Auditus acutus. 3. Tantum enim in nonnullis praesertim minarum, occurrit auditus acumen, ut non lum ex longinquo verba, humillima licet vo dicta, audiant [38]), sed a fortiori vociferatione ceph

33) *Syrigmus catarrhalis Sauvagesii.*

34) P. I. Vol. II. C. XXXVI. §. 144. N. 2.

35) Gryllos accusat vulgus Lithuaniae, quae hallucina tantum attingit gradum, ut vix de contrario persuad possint aegroti.

36) v. *Salzb. med. chir. Zeit.* 1813. *N.* 51.

37) SPRENGEL Institut. Vol. III. p. 524.

38) Obstupui inveniendo feminas, quae sub ipsa sern

phalalgiam 39) et a fortissimo vel acuto sono in
oothymias et convulsiones conjiciantur 40), quae
nitus intolerantia quandoque ex tergemino
rinque nervo auditorio 41), vel ex tumore ad
iem centralem nervi auditorii pullulat. Gene-
tim soni acuti aut falsi, aut admodum amoe-
42), dentibus infensi, et ad spasmos excitan-
s idonei sunt. De auditu acuto *), ut sympto-
ate febrium 43), cephalaeae 44), encephalitidis 45)
riorumque aliorum morborum systematis ner-
osi jam dictum est.

4. Paucis auditus duplicis **) exemplis 46) unum Auditus duplex.

cinatione quid in altero cubiculo secreto colloquebantur, perbelle audiebant.

39) Consuetudo humili voce loquendi in societate nobiliorum adeo invaluit, ut clamatores cane et angue pejus fugiantur. Italae feminae generatim loquendo iis adscribendae.

40) Nobilissimam feminam, vix a puerperio convalescentem, a clangore tubae in lipothymiam incidisse vidi. Novi feminas et pueros, qui explosionem tormentorum non timebant quidem, sed ferre non poterant, quin in cordis palpitationem et convulsiones inciderent.

41) Bonet sepulchr. L. I. sect. XIX. add. obs. 7.

42) e. c. illi instrumenti vitrei, vulgo *harmonica.*

*) *Syrigmi ab oxycaea Sauvagesii.*

43) P. I. Vol. I. C. IV. §. XLIX. N. 3.

44) P. II. Vol. I. 1. C. II. §. VIII. N. 2. p. 162.

45) Ibid. C. III. §. XIV. N. 3.

**) Graec. Διπλάκουσις.

46) Vogel in diss. de cas. obs. med. chir. Goett. 1768. Priestley in *med. repository. Vol. IV.* N. 3. *Art.* 8.

unum tantum ex propria praxi addere poss mus 47). Videbantur aegrotae singula verba, qu audiebat, simul voce alta et profunda, veluti duobus hominibus, proferri. Quod vitium *plopiae* respondere, clare apparet.

Cura. 5. Vitia auditus pro variis caussis, a quib originem trahunt, variis auxiliis, iisque secu dum regulas generales administrandis, aggredie da sunt. Molestum et rebellem tinnitum auriu *oleo coeto herbae hyoscyami nigri*, gossypio su cepto, meatuique auditorio levi manu immiss pluries debellavimus.

D

47) Vol. II. C. XXXVI. N. 2. p. 517.

DE MORBIS
CAVITATUM NASALIUM.

CAPUT XXIV.

De morbis narium generatim et de vitiis olfactus atque de sternutatione in specie.

§. CXXII.

De morbis narium in genere.

1. Quamvis narium fabrica (apud varias gentes diversa) ea oculorum et aurium minus videatur artificiosa; attamen illarum morbi magni sunt momenti, quod elucet ex copia et extensione partium huc spectantium, nasi scilicet externi, illius septi, aperturarum pyriformium et choanarum, ossium turbinatorum, cavitatum narium proprie dictarum, meatuum, cellularum ethmoidearum, sinuum frontalium, sphenoidalium et maxillarium, — ex ampla eaque pituitosa, qua hae partes investiuntur, membrana, — ex arteriis [48]), venis [49]), vasis lymphaticis [50]) et nervis [51]) in ea decurrentibus, — ex sede odoratus et Narium momentum.

48) Ab ophthalmica arteriae ethmoidales, a maxillari interna alii rami.

49) Confluunt omnes in facialem anteriorem.

50) In glandulas collo adnatas tandem transeunt.

51) 1° Nervus olfactorius, 2° ramus nasalis a ramo pri-

et tandem ex nexu cum loquela [52]), organo visus [53]) et auditus [54]), cum faucibus, larynge et bronchiis [55]), cum ventriculo ac intestinis [56]). Praeterea nares ut signum in morbis valent [57]).

Literatura.

2. Quoad narium morbos in genere legendi sunt MONTAGNANA [58]), PEYER [59]), HAASE [60]), DESCHAMPS [61]), WEINHOLD [62]), nec non pluries laudata compendia chirurgica.

Ordo rerum.

3. Morbis illis adscribuntur: *vitia odoratus, sternutatio, coryza, ozaena* et *epistaxis*. Doctri...

nar...

mo quinti paris, 3° rami nasales superiores a Vidiano et nervi nasopalatini a ramo secundo rami secundi paris quinti.

52) e. c. psellismus nasitas, (*parler du nez*).

53) Ob arteriam ophthalmicam et ob ramum nasalem rami primi quinti paris cum ciliaribus confluentem.

54) Ob ramos faciales nervi communicantis faciei et illius cum nervo acustico nexum.

55) Ob nervos ex ramo palatino.

56) Ob nervum intercostalem utpote ex Vidiano originem ducente.

57) BÜCHNER diss. de morborum signis, quae a naribus desumuntur. Halae 1754.

58) Consil. de aegritudinibus narium. v. opp. select.

59) Diss. de narium morbis. Basil. 1756.

60) Progr. de narium morbis. Lips. 1794.

61) *Traité des maladies des fosses nasales et de leurs sinus. Paris.* 1804.

62) *Ueb. d. Krankh. der Gesichtsknochen u. ihr. Schleimhäute, d. Verhüten des Einsinkens d. gichtisch. u. venerisch. Nase u. d. Einsetzung künstl. Choanen. Halle* 1818.

nam *fracturae*, *vulnerum*, *cancri* et *polypi narium* chirurgiae relinquimus. Antequam vero ad indicatos morbos exponendos nos accingamus, nonnulla de *malis*, *quae nasus cum reliqua cute communia habet* et de *vitiis suis conformationis* praemittemus.

4. Nasus cum reliqua cute communia habet *erysipelas*, *tineam*, *aphthas* [63]), *exanthemata*, inter quae potissimum *variolae*. Docet enim tum aliorum [64]), tum nostra experientia, facile inde *coalitionem narium* operatione chirurgica removendam, relinqui. Praeterea cutis narium subjicitur *herpeti* et *erythemati*, inprimis *pernioni*, de quo *narium rubore* eleganter, duce Celso, scribit Ballonius [65]); cujusque memorabilis exstat in diario Hufelandii historia [66]). Mala communia.

5. Mon-

63) *Lond. med. Journ.* 1790. *Part.* 4. *N.* 10.

64) Bartholinus act. Hafn. Vol. I. obs. 109. Fischer de variolis. p. 94. Fabre *traité d'opér. de chir.*

65) Opp. L. III. Consil. 73. En ipsius verba: „Drobinella sentit ex intervallis appulsum fuliginis aut vaporis calidi; ut est praedita visceribus calidis, extrema naris incalescit, intumescit, sed ut mulieri non potest eripi cura cultus corporis; ita nil negligit, quod ad id mali evitandum pertinere possit; immo etiam ad empiricos confugit. Illi calidis rem irritarunt, et infecta plane res est. Nos ea ratione ei consultum voluimus, quia malum a visceribus, iis danda opera est, phlebotomia, purgatio cum cassia valet, catholico, senna; lavatio pedum; epithemata, cucurbitulae, enemata refrigerantia: caveat topica frigidiora, eaque, quae

Vitia conformationis.

5. Monstra naso orbata a HEUERMANNO [67], ALIXIO [68], COLLOMBO [69], VICQ D'AZYRIO [70], ROEDERERO [71], MAIGROTO [72], aliisque describuntur. Praeterea nasi locum tenebant oculus [73], et excrescentia penis figuram exhibens [74]. Nasus duplex

moram in parte affecta trahant, unguentum citrinum cera virginea lauta in aqua rosarum, et nenupharis vinum fragorum, cremor hordei, decoctum hordei quo mangones ad mangonium puerorum et nitorem utebantur HIPPOCRATIS tempore; emplastrum molle ex gummi tragacantho, arabico, amylo, pauca cerussa et cera virgine; loco cerussae lithargyrus valebit. R Foliorum salicis manipulos duos, albumina duodecim ovorum, succi limonum uncias duas, distillentur cum lacte; oleum ex seminibus frigidis, aqua liliorum cum trochiscis albis Rhasis; vel emulsiones, aqua rosarum cum pauco mucore seminis althaeae et gummi tragacanthae, frustum carnis vitulinae mane applicatum; valet pasta regia FERNELII et hordeum mundatum in jusculis." — Maxime juvant balnea sulphurica e. c. NENNDORFINA (diarium HUFELANDII l. c.).

66) 16. *B.* 2. *St.* p. 80—102.

67) *Vermischte Bemerk. u. Untersuch.* 1. *B.* p. 313.

68) Observ. chirurg. Francf. 1778. Fasc. IV.

69) REIL's *Archiv f. d. Physiol.* 4. *B.* p. 213.

70) *Mém. de la Soc. de méd.* 1776. p. 318.

71) Descript. foetus parasit. in comm. Soc. Goett. T. IV p. 114. 138.

72) ROUX *Journ. de méd. T. XV.* p. 142.

73) BORRICHIUS in BARTHOLINI act. med. phys. Hafn. 1671. Vol. I. obs. 93. p. 182.

74) PLOUCQUET nova acta nat. cur. 1791. T. 8. obs. 7 Tab. V.

duplex, de quo narrant Bartholinus [75]) et Borellus [76]), in dubium vocatur [77]). Non ita nasus curvatus *), longissimus [78]), mobilis [79]), fissus [80]) et hiulcus [81]), septum narium perforatum [82]), deficiens [83]). *Narices* in recens natis saepe nimis angustae [84]) vel et occlusae [85]) inveniuntur. Quandoque ossa narium deficiebant [86]).

§. CXXIII.

75) Hist. anat. rar. Cent. I. hist. 25. T. I. p. 41.

76) Obs. med. phys. Cent. III. obs. 43.

77) Voigtel *Handb. d. pathol. Anat.* 2. *B.* p. 120.

*) Quelmalz progr. de narium earumque septi incurvatione. Lips. 1750. in Halleri Coll. disp. pr. Vol. I. p. 240.

78) Bartholinus l. c. Cent. II. Hist. 44. T. I. p. 240. Cfr. Ballonii opp. T. I. p. 122.

79) Paullini de naso mobili in Misc. nat. cur. Dec. 3. 1695. 1696. p. 312.

80) Van Dövern spec. obs. acad. C. II. p. 10. Tab. V. fig. 1. et 3.

81) Lycosthenes chronic. XVI. de prodig. et ostentis. — Schenkii obs. med. L. I. de capite hum. obs. 329. p. 379.

82) Hildebrandt *Lehrbuch d. Anatomie d. Menschen.* 3. *Ausg.* 3. *B.* p. 179. Otto *Handb. d. pathol. Anatomie.* p. 203.

83) Otto l. c. p. 202.

84) Sylvaticus Cent. II. consil. 24. Levret in *Journ. de méd.* 1772. *T.* 37. *Abh. f. pr. Aerzte.* 1. *B.* 4. *St.* p. 103. Uberum inde impeditur suctio apud recens natos ac cavitas oris continuo hiat. Angustatio ista narium curriculo annorum sponte evanescit, pro tem-

§. CXXIII.

De vitiis olfactus.

Generatim.

1. Vitia olfactus de quibus disseruere FAESLIN [87]), BERGER [88]), LANGIUS [89]), QUELMALZ [90]) aliique ad *defectum*, *excessum* et *modum* reduci queunt.

Olfactus defectus.

2. Si aeger odores percipere et a se invicem discernere nequeat, ad *olfactus defectum* (*Anosmia* [91])) concludimus. Vitium hujusmodi a SCHEFFEL [92]), BÜCHNER [93]) et JANTKE [94]) speciatim descriptum.

pore sublevatur pusio penna tenui oleo imbuta ac caute naribus intrusa.

85) LITTRE *mém. de l'ac. des sc.* 1701. p. 120. PLANKUS *mém. de l'ac. de Berlin.* 1761. p. 73. CALLISEN instit. chir. hodiernae. p. 583. OBERTEUFFER in STARK's *N. Archiv f. d. Geburtshülfe.* 2. *B.* p. 640.

86) ROLOFF de monstris. Venet. 1749. MORGAGNI advers. anat. an. XXVIII. p. 39. VAN DÖVERN obs. acad. spec. C. XIII. p. 196. SCHULZE act. phys. med. Vol. I. p. 227.

87) Diss. de odoratu ejusque laesione. Basil. 1687.

88) Diss. de odoratu ejusque praecipuis laesionibus, coryza, polypo et ozaena. Witeb. 1698.

89) Diss. de odoratu ejusque laesionibus v. Opp. Vol. III. p. 92.

90) Op. c.

91) A GR. ὀσμή, odor et α privat. Olfactus amissio SENNERT. *Chasemie* HALY-ABBATIS GALL. *Perte d'odorat.*

92) Diss. de olfactu deficiente. Gryph. 1747.

93) Diss. de olfactus ad capienda signa usu. Hal. 1752.

scriptum, nunc aliorum morborum e. c. febrium, coryzae, apoplexiae, *symptoma* constituit, nunc *per se* occurrit. Est illud nunc transitorium, nunc constans. Odoratus abolitio primaria et constans, saepe vitium congenitum sistit. Alias originem debet cerebri suppurationi [95]), abscessui in processibus mammillaribus [96]), lapidi in basi encephali [97]), defectui nervorum olfactoriorum [98]), cariei ossis ethmoidei [99]), jacturae ossium nasi [100]), polypo narium [1]), errhinis [2]), arthritidi [3]), menstruis aberrantibus [4]), abusui nicotianae naribus attractae [5]), inprimis si ea diu in vasis plumbeis conservata fuerit. De odoratu deperdito in omnibus rebus, excepta brassica muriata et fimo, dum pro stercoratione agrorum vehitur, legimus [6]). Legimus

94) Diss. de odoratu abolito. Altdorf. 1781.

95) De Roose in *Verhandelingen van het genootschap te Antwerpen. I. Dec.* II. 3.

96) Bonet sepulchr. L. I. Sect. XX. obs. 1.

97) Idem ib. obs. 4.

98) Idem ib. obs. 2. 3. 6.

99) Ballonius Paradigmata. N. 7.

100) Horning Cista. p. 454.

1) Vogel in Loder's *Journ. f. d. Chir.* 2. *B.* p. 455. Lützelberger in Hufeland's *Journ.* 20. *B.* 3. *St.* p. 62.

2) Eph. nat. cur. Dec. II. An. 5. obs. 151.

3) I. P. Frank Epitome. L. V. p. 132.

4) Lentin *Beobachtungen einiger Krankh.* 1. *B.* obs. 8.

5) Weisius tetras dissert. etc. N. III. p. 70.

6) Cum multum intersit, ut medicus odoratum exquisi-

gimus quoque olfactum amissum brevi ante mortem restitutum fuisse [7]. Auxiliandi facultas a varia mali caussa determinatur.

Olfactus acutus.

3. Infantes, puerperae [8]), hystericae, homines in somniatione magnetica constituti, *olfactu* adeo *acuto* instrui solent, ut ad odores paululum fortiores, inprimis ex genere ambrosiaci et fragrantis perferendos, sine gravibus saltem incommodis, ut cephalaea, vertigine, lipothymia, plane impares evadant. Cujus rei praesertim medici in medicamentorum, potissimum externorum, praescriptione memores sunto. Caeterum de odorum in corpus humanum vi abunde physiologia et pathologia docet.

Olfactus perversus.

4. Si odor, licet absens, percipi credatur, aut si in odoribus virosis et foetidis oblectamentum inveniatur, *olfactus perversus* dicitur. Hallucinationi sensus olfactus occasionem praebent peculia-

tum digitosque omni spurcitie immunes habeat, fugiat quaeso nicotianam attrahendi consuetudinem!

7) Grundel in Misc. nat. cur. Dec. III. an. 5. et 6. p. 368.

8) Praesertim in Italia odores suaveolentes in puerperio pro lethalibus habentur, nec crederem, id semper praeconceptae opinioni adscribendum esse. Enim vero si aliarum gentium puerperae a rebus suaveolentibus nullum capere solent detrimentum, memores esse juvabit, flores (quibus maxime Italae timent) in regionibus septentrionalibus, longe minus principii odoriferi exhalare.

culiaris systematis nervosi conditio, imaginatio, tumores nervos olfactorios comprimentes 9), laesiones capitis 10), vermes intestinales, inprimis taenia. Verum cum olfactu subtilissimo instructi odorem, vulgum effugientem, quandoque sentiant; non omnis odoris perceptio inconsueta illico pro hallucinatione declaranda est. Inter memorabiles odorum revera absentium perceptiones spectant illae terrae fracidae 11), dulcedinis 12), graminis 13) et cadaveris 14); quatenus ominosi et praesagium mortis fuerunt. Minoris momenti foetor erat menstruorum nuntius 15). Oblectamentum in odoribus foetidis praecipue maniaci, hystericae et puerperae percipiunt, ex quo, nexum conspicuum inter uterum et nares exstare, elucet. Generatim odores magnum in partes genitales exercere imperium neminem latet *). Quin immo quae inter homines animadvertuntur sympathiae et antipathiae, hae saepius effectui transpira

9) P. II. Vol. I. sect. 1. C. 11. §. X. N. 12. (56.).

10) Pelargus *medicin. Jahrgänge. 5. B.* p. 151.

11) Ephem. nat. cur. Dec. I. an. 1. obs. 144.

12) Ib. Dec. III. an. 7. et 8. obs. 65.

13) Paullini Cent. III. obs. 74.

14) Eph. nat. cur. Dec. II. an. 9. obs. 34. 59.

15) Goelicke obs. phys. med. chir. N. 8.

*) . . . . *O fleurs!*
L'amour dont vos parfums enflamment le désir,
Souvent par vos bosquets étendit son empire.

Fontanes.

spirationis unius hominis in organon olfactus al-
terius adscribenda esse videntur. Agnoscere enim
et olfactum suas idiosyncrasias observationibus
BORELLI [16]), HORSTII [17]), AMATI LUSITANI [18])
BOYLEI [19]), SALMUTHI [20]) aliorumque constat.

§. CXXIV.

De sternutatione.

Definitio. 1. Violenta, sonora et subita aëris ex pulmo-
nibus per nares et per os excussio *sternutatio-
nem* [21]) constituit.

Scriptores. 2. De sternutatione, ut *symptomate*, HIPPO-
CRATES [22]), GALENUS [23]), AETIUS [24]), AVICENNA [25])
LIEU-

16) Cent. IV. obs. 1. (Casei odor veluti venenum egit).

17) Annor. ad L. Lemn. (Familiae integrae *malorum* odium innatum erat).

18) Referente KRAMER in diss. de idiosyncrasia. Helmst. 1696. (Monachus, quoties *rosae* odorem persentierat animi deliquium patiebatur).

19) THONETUS L. I. obs. — Sect. de febr. interm. (Nobilis Anglus a *rosarum* odore adeo abhorruit, ut, cum illi dormienti rosa genis imposita fuerit, pustulae statim exortae sint. — Virgo ex melle rosato per clysma injecto lethalia symptomata incurrerat).

20) Cent. III. obs. 71. (servus carnificis pharmacopolium ingressus, odorem fragrantem percipiens, animo lictus nonnisi ad cloacam deductus restitui potuit).

21) GR. πταρμός. GALL. *Eternuement.* GERM. *das Niessen.* ANGL. *Sneezing.* POL. *Kichanie.* ROSS. Чханїе.

22) Progn. §. 13. et coac. §. 3.

Lieutaud 26) aliique 27) scripsere. Sternutationis vero, morbum per se constituentis, exempla memorabilia, apud Amatum Lusitanum 28), Cardanum 29), Benedictum 30), Forestum 31), et Horstium 32), leguntur. Praeterea monographiarum de sternutatione auctores sunt: Merlet 33), Schook 34), Alberti 35), Birnbaum 36), Fautius 37), M. Hoffmann 38), Eyselius 39), Unzer 40), Porta 41), Büchner 42), Fasellus 43), Idren 44), Leempoel 45) et Metzger 46).

3. Ster-

23) Lib. II. de sympt. caus. C. 4.
24) Tetrab. II. serm. 2. C. 97.
25) Canon. L. III. Fen. 5. Tract. 12. C. 13.
26) *Précis T. II. sect.* 2. p. 107.
27) P. I. Vol. I. C. VI. §. LXV. 3.
28) Cent. IV. Cur. 3.
29) Lib. IV. Aph. 45.
30) Lib. IV. de curand. morb. C. 4.
31) Lib. X. obs. 127.
32) Opp. Lib. V. obs. 51.
33) Estne sternutatio naturalis actio? Paris. 1654.
34) De sternutatione. Amstel. 1664.
35) Diss. de sternutatione. Lips. 1671.
36) Diss. de sternutatione. Lips. 1672.
37) De sternutatione. Argent. 1688.
38) Diss. Ptarmographia physiologico - pathologico - therapeutica. Altd. 1710.
39) Diss. de sternutatione praeternaturali. Erf. 1716.
40) Diss. de sternutatione. Hal. 1748.
41) Diss. de sternutatione, Basil. 1755.

Variae species.

3. Sternutatio dividenda est in *accidentalem*, *symptomaticam* et *primariam*.

St. accidentalis.

4. *Sternutatio accidentalis* in homine absolute sano, recens nato non excepto [47]), a caussis transitoriis e. c. a radiis solaribus [48]), praesertim per nivem repercussis, ab aura frigidiuscula, pulvere arenae, calcis, nicotianae, ab errhinis, sinape aliisque rebus acribus ori incaute ingestis [49]), a peculiari idiosyncrasia [50]), aut antipathia [51]) etc. oritur. Talis sternutatio insons est et recens natis salutaris [52]), ita ut mos, sternutantibu

42) Diss. de sternutationis commodis et incommodi Hal. 1757.

43) Diss. de caussis sternutationis ejusque effectibu Jen. 1765.

44) Diss. de sternutatione. Upsal. 1779.

45) Diss. de sternutatione. Lovan. 1788.

46) Diss. de sternutatione. Regiom. 1796.

47) De sternutamento recens natorum. Lege STORC *Kinderkrankh.* 1750. 1. *Th.* 4. 14 sq.

48) Ob nexum rami nasalis quinti paris rami primi cum ganglio ophthalmico.

49) Per nervum naso-palatinum a ramo secundo pari quinti.

50) Puellam cognovi, quae ab infusionis cofeae tostae halitu constanter sternutare cogebatur. Legitur de sternutatione a cerevisia (in Eph. N. C. Dec. II. an. 6 obs. 93.), a vino hispanico (Ib. an. 10. obs. 191.) et a comestis cancris (Ib. an. 4. obs. 25.).

51) HOEFER Herc. med. L. I. C. 7.

52) Liberantur enim sic nares a muco plurimas molestias procreante.

ibus salutem apprecandi, certe antiquissimus [53]), acile intelligi possit [54]).

5. Sternutatio ut *symptoma* coryzae, febrium atarrhalium, dentitionis, morbillorum, morborum diaphragmatis [55]), tussis convulsivae [56]), et eprae [57]), neminem latet. Pro re nata boni aut nali ominis sternutatio est; boni scilicet, si in febrium St. symptomatica.

Ppp 2

53) Homer. Odyss. XVII. vs. 541. Ad quem locum Eustachius p. 647. „Augurium enim tunc veteribus erat sternutatio. Nam caput praecipua pars hominis, ex qua tale signum proditur. Propterea etiam sternutans salutabatur. Cfr. Herodotus hist. L. VI. C. 107. qui de Hippia Darii copias ad Marathonem disponente agens sic pergit: „Ei talia administranti contingit sternutatio tussisque solito vehementior, unde, concussis ejus, utpote senis plerumque dentibus unus illorum a violentia tussiendi excussus est et in arenam delapsus: qui magna adhibita ad inveniendam diligentia, quum tamen non appareret, suspirans Hippias ad eos, qui aderant, ait: haec terra non est nostra, nec eam poterimus nobis subjectam efficere; quanta autem pars ad me pertinebat dens obtinet.“ Plures auctores, qui de sternutamento tanquam omine apud veteres habito diversa opinati sunt, laudat Sturzius in lexico Xenophonteo. T. III. p. 756.

54) Rahn Diss. de more sternutantibus salutem apprecandi ejusque origine. Tugur. 1742.

55) Michaelis in Richter's *chir. Bibl. VI. B.* p. 730.

56) Storch l. c. p. 418.

57) „Et apparet in anhelitu strictura . . . . et multitudo in sternutatione.“ Avicenna Lib. Can. IV. Fen II. C. 2.

febrium acutarum statu sine malorum societate*
et inprimis ut epistaxeos praesagium accedit
porro si partui difficili [58]), convalescentiae [59]) su
perveniat. Cephalaeam periodicam, cujus parc
xysmi constanter sternutatione solvebantur [60]
observavimus. Timemus sternutationem, ubi i
febribus et inflammationibus viscerum, praese
tim autem in pulmonum exulceratione [61]), in se
nibus [62]) herniosis, et gravidis, obvenit; metu
enim hic est, ne syncopem, convulsiones, hemi
plegiam, caecitatem [63]) inducat. Numerare ste
nutamentum, ut FORESTO placuit, indeque vatic
nari, ad praeconceptas opiniones spectare videtu

Ster. primaria.

6. Morbus, sub forma tantum sternutationi
aliquando periodice [64]) obveniens, rarus est no
bisque nunquam eo in gradu visus ut in fasti
medicis descriptus invenitur [65]) e. c. tercentie
in uno paroxysmo [66]). Ad caussas tam effreni
sternu

*) GALEN. in progn. Com. II. T. 49. p. 779. LIEUTAU
Précis, T. *II. sect.* 2. p. 107.

58) HIPP. Aph. V. 35.

59) CELSUS de med. T. II. 3. p. 49.

60) In virg. in monasterio ord. Basil. habitante.

61) HIPP. progn. §. 13. p. 459. et Coac. §. 3. 560.

62) CARDANUS l. c.

63) LIEUTAUD l. c. p. 167.

64) Eph. nat. cur. Cent. V. obs. 19.

65) Praeter auctores supra allatos v. Eph. nat. cur. Dec. I
an. 4. obs. 25. 141. an. 6. obs. 12. an. 9. obs. 26.

66) Ibid. Dec. I. an. 3. obs. 138.

ternutamenti revocantur, corpora peregrina in aribus haerentia, e. c. larvae insectorum [67]), rustum ligni [68]), pilulae [69]) etc., reconditum itium catarrhale [70]), laesiones capitis [71]), vapor alcareae fornacis [72]), odores fortes [73]), vitia abominalia [74]), haemorrhoides *), menischesis [75]), gravi-

67) Paullini Lanx sat. Dec. 17. obs. 7. Carpi in Harless *Jahrbücher.* 1. *B.* 1. *Heft.*

68) Bened. l. c. de quodam Graeco narrat, qui vulneratus circa tempora per sagittam, post annos viginti quinque, concitatis supra modum sternutamentis, e naribus sagittae frustum, digiti medii longitudine ejecit.

69) Male deglutitae, ita ut per choanas ad nares pervenerint et praeter convulsiones effreni sternutationi locum dederint. v. Voigtel l. c. p. 122.

70) Forestus L. III. obs. 127.

71) Eph. nat. cur. Dec. I. an. 3. obs. 138. post partum difficilem recens natorum sternutatio haud rara.

72) *Breslauer Samml.* 1725. 2. *B.* p. 82.

73) Recens nati, qui in cubiculis rebus suaveolentibus repletis degunt, in sternutamentum incidere solent, quod relate ad *majoranam* Storch jam monuit l. c. p. 416.

74) Per nervum intercostalem, quatenus a vidiano, ramos quoque nasales superiores largiente, descendit, et ad plexum solarem formandum concurrit.

*) Sternutationes hoc ex fonte pluries mihi obvenerunt, nec praedecessores imperium haemorrhoidum in nares latuit, uti videre est ex Alberti Diss. de excrescentia nasi, cum haemorrhoidum anomaliis connexa. Hal. 1729.

75) Eph. nat. cur. Dec. II. an. 8. obs. 125.

graviditas [76]), impetigo retropulsa [77]), inprimi praedisponente vitio haereditario [78]). Quanto cu periculo et hujusmodi effrenes sternutationes co tingant, caecitas et abortus inde orta [79]), totq casus letales docent [80]). Plerumque tunc va encephali disrupta vel saltem turgida invenitu tur [81]). Quandoque spontanea epistaxis effre sternutamento finem imposuit [82]). Patet hinc i dicationem generalem in eo consistere, ut imp tus sanguinis a capite per phlebotomiam e ped per pediluvia, per lenia alvum evacuantia, per clysteres avertatur [83]): utque vasa nasi, a motis ibi hirudinibus, depleantur. Sternutatio latente vitio catarrhali, *lac* tepidum saepius p nares attrahendo, debellatur [84]). Valet pro eode

u

76) Ib. Dec. III. an. 5. et 6. obs. 183.

77) Act. nat. cur. Vol. IX. obs. 43.

78) Eph. nat. cur. Dec. III. an. 5. et 6. obs. 138.

79) Hildanus (P. II. p. 395.) de puero 14. annoru narrat, qui sponsionis gratia nares adeo irritavit, centenas illico sternutationes passus sit, subsequen caecitate.

80) Bonet sepulc. L. I. sect. XX. obs. 17. Fabr. Hi danus. Cent. IV. obs. 12. Lancisius de subit. mor p. 34. Morgagni op. c. Ep. XIV. N. 26. 27. 28.

81) Morgagni de sede et caus. morb. Epist. XI Art. 27.

82) Riedlin lin. med. 1695. p. 148.

83) Quam utilis medendi ista ratio sit, casus Amati Lu sitani (l. c.) docet.

84) Memorabile hujus generis exemplum Forestus narra

usu et *mucilago seminum cydoniorum* et *oleum amygdalarum dulcium* [85]. Celebrantur quoque *emplastrum ex medulla cucurbitae*, *farina*, *hordei*, *portulaca*, *ovorum* aliquot *vitellis*, *oleo rosarum* et *aceto*, capiti [86]; — aut sacculi ex herbis aromaticis vertici [87] impositi. In sternutationibus nimiis recens natorum *fumus ligni aloes* accensi gossypio susceptus et vertici calide admotus, plus vice simplici profuit [88]. Sternutatio a frictione gingivarum cessasse visa est [89]. Conatus effrenes sternutandi compescunt odor opii naribus exceptus, ipsius etiam tinctura naribus inspirata, litus ex butyro, ligaturae et frictiones extremorum, graves nuncii, animi intentio *). Sternutatio effrenis ab insectis naribus contentis, *emetico* fugata est [90].

CAPUT

85) Horstius l. c.

86) Amatus Lusitanus l. c.

87) Horstius l. c. Act. med. Ber. Dec. II. Vol. 10.

88) Lentilius in Eteodr. p. 568. 1045.

89) A Gehema Decas observ. med.

*) Rarissime, sin unquam, actores theatrales in scena sternutant.

90) Carpi l. c.

Caput XXV.

De Coryza.

§. CXXV.

Definitio. Literatura. Divisio.

Definitio. 1. Affectio inflammatoria membranae mu cosae cavitatum nasalium, cum obstructione na rium, sternutatione, defluxione pituitae aut hu moris tenuis, limpidi, acris aut puriformis, ple rumque cum odorum et saporis perceptione im minuta, dolore capitis gravativo et tinnitu au rium, socia haud raro febre, *Coryza* [91]) dicitur.

Literatura. 2. Doctrinam coryzae magni momenti habui HIPPOCRATES [92]). Exemplum illius secuti sun principes medicorum. Egenus autem est catalo gus monographiarum. Spectant solum huc opu scula SCHNEIDERI [93]), WEDELII [94]), FRANCI [95]) CAME

91) A GR. Κόρυζα. LAT. Gravedo, Catarrhus ad nares Destillatio. GERM. *Schnupfen*, *Schnuppen*. GALL *Rhume de cerveau.* ANGL. *A cold; catching cold* ROSS. Насморкъ. POL. *Katar*.

92) Locis citandis.

93) De catarrhis. L. V. sect. 1. C. 1. et Diss. de osse cri briformi. Witeb. 1655.

94) Diss. casus laborantis coryza. Jen. 1673.

95) Diss. de coryza. Heidelb. 1685.

Camerarii [96]), Schaperi [97]), Bergeri [98]), Langii [99]) et Swiederskii *).

Divisio.

3. Morbus, de quo agitur, quoad sedem dividi solet, in coryzam 1° *narium;* 2° *sinus frontalis;* 3° *antri maxillaris* et 4° *sinus sphenoidalis.* Quibus in speciebus peculiariter describendis, I. P. Frank vestigia legemus [100]).

§. CXXVI.

Symptomata.

C. narium.

1. *Coryza narium* orditur sensu siccitatis, plenitudinis, tensionis partis affectae, cum oculis subturbidis, languidis, rubellis, suffusis, voce obtusa, nasali, ac odorum et saporis perceptione imminuta. Accedunt sternutatio frequens et molesta, saepeque horripilationes, intercurrente hinc inde calore fugaci. Sequitur effluvium copiosum indecorum liquidi serosi, calentis, acris, quod ex naso destillans ac muco e faucibus ejecto mixtum, saporem linguae salinum, saepe phosphatae sodae similem, imprimit. Narium pars ima et labium superius rubescunt et ardent. Interea mucosa illarum ac ductuum saccorumque lacrymalium interna

96) Diss, I. et II. de coryza sicca, Tüb, 1688. 1689.

97) Diss, de coryza, Rostoch, 1711,

98) l. c.

99) l. c.

*) Diss, de coryza. Vilnae 1819.

100) Epit. de curandis hominum morbis, L. V. P. I. p. 107—111

terna membrana turget et aëri non minus ad nares ingressum, quam lacrymarum ad illas descensum praecludit. Devolvuntur hinc per genas, et spiritus, nisi adaperto ore, difficulter ducitur. Infantes teneri multum inde patiuntur. Haud raro malum ad fauces expanditur, quo loco mucus ab aëre inspirato, sub somno, in lemas aut crustas exsiccatus, irritationem adauget et levem simul, deglutitionis sub opere, dolorem inducit. Generatim in graviori malo accedunt capitis obnubilatio, gravitas aut dolor frontis sat molestus, non sine febre, notas inflammatorias, inprimis horis vespertinis, exhibente. Senes facile soporosi evadunt et infantes, ut aliquoties vidimus, a convulsionibus corripiuntur. Recens nati neque obdormire neque ubera sugere valent. Curriculum morbi plerumque ad septimum usque diem extenditur. Eo versus finem vergente, loco seri pellucidi, liquidum paullo crassius, mucosum, ac tandem genuina lympha coagulabilis, alba, flava, viridis, interdum cum striis sanguineis, facili opera emungitur: ac pristina odoris, saporis spiritusque integritas, non sine magno levamine ac ingenii promptioris sensatione, restituitur.

C. sinus frontalis.

2. *Coryza sinus frontalis* sensu tensionis, plenitudinis, caloris interni et doloris nunc obtusi, nunc acuti, lancinantis, a nasi radice per unius vel utriusque supercilii regionem extensi,

cum

cum hemicrania, cephalalgia, oculorum rubore et lacrymatione et febre plus minus obvia, stipatur.

3. *Coryza antri maxillaris*, loco dentibus oculoque intermedio, haec dicta symptomata gignit. Praeterea narium cavitas, loco affecto respondens, siccescit, aut emunctionis sub opere, cum doloris incremento, nil muci excernit. Gena ejusdem lateris pallide tumet, calet aut rubore suffusa est, dentesque hic sub manducatione vel attactu, obtuse dolent; gingivae calent rubentque. Nec palati ad fornicem ubique pressionis desunt aut ponderis, tensionis, molesta symptomata. Versus finem vergente morbo, saepe ultra hebdomadem unam alteramve protracto, sub capitis, inprimis in latus sanum, conversione, pituita viscida, glutinosa, nunc alba, flava, subviridis, nunc puriformis ac striis cruentis notata, interdum sat foetida et densa, saepe cum impetu prosilit, ac pristina restituitur sanitas. Non ita si morbus non resolvatur, de quo argumento infra. C. antri maxillaris.

4. *Coryza sinus sphenoidalis*, utpote morbi tam reconditi, nec dum indicare audemus symptomata. C. sinûs sphenoidalis.

§. CXXVII.

Caussae. Diagnosis.

1. Ad coryzam *praedisponunt* aetas infantilis, consuetudo caput nimiis velamentis obducen- Caussae.

di,

di, alvi obstructio, haemorrhoides [1]), erysipel habituale in locis consuetis haud evolutum [2] menstruatio *), sanguinis [3]), aut seminis [4]) jact ra et habitus arthriticus [5]). *Excitatur* coryz inprimis epidemica, a caussis febrium catarrh lium [6]), ut tempus vernum et hiemale [7]), aest sicca, aquilonia et subsequens autumnus pluvi sus et austrinus [8]), vel aquilonius siccus [9]), ite que subitae et repentinae aëris ex calido in fr gidum mutationes. Coryzae sporadicae potiss mu

1) Saepe miratus sum, saltem in regionibus septentri nalibus, quanta sit hominum haemorrhoidibus lab rantium in coryzam proclivitas.

2) Caussas erysipelatis facile naribus infensas esse, ipse i Lithuania vulgus non ignorat.

*) Feminas novi multas, quae caussis coryzam excita tibus sese sat impune exponere poterant, dummod id extra catameniorum tempus fieret.

3) Qui venaesectionem sibi, vel scopo prophylactico, v ob morbum qualemcunque leviorem institui, vel hae morrhoides aperire, curant, mox postea, minima dat occasione, in coryzam incidunt.

4) Nocte veneri consecrata subsequente mane coryza i plurimis inevitabilis.

5) Quanti sit diatheseos arthriticae in coryza gignen da imperium docuerunt Stoll (Ratio medendi. Vol. III. p. 44.). Frank (l. c. p. 132.) et Barthez (*Abhandl. üb. d. Gichtkrankh.* 2. *B.* p. 282.).

6) P. I. Vol. I. §. LVI. 5.

7) Hipp. Aph. 20. 23. sect. 3.

8) Aph. 13. sect. 3.

9) Aph. 14. sect. 3.

num ansam porrigunt, humectatio atque refrigerium pedum et manuum *), positio incunabulorum prope fornacem, afflatus aëris, aestuante corpore susceptus, itinera nocturna et sub solis aestu suscepta [10]). Speciem coryzae consensualis et localis gignunt dentitionis opus, odontalgia, pulvis arenae et nicotianae, insecta et corpora peregrina in naribus nidulantia (de quibus plurima in capite sequenti), vapores acidi muriatici oxygenati et incipiens polypus. Caussam proximam coryzae in affectionem inflammatoriam membranae mucosae cavitatum narium posuimus [11]).

2. Scholae quondam *coryzam* a *gravedine* distinguebant, quod in illa materies serosa, tenuis, acrisve; in hac autem, tenax pituita, sub dolore gravativo, effluat. Quin immo et de *coryza sicca* quaestio erat. Verum cum variae illae coryzae formae solum gradu et tempore inter se differant, nil interest, ut distinguantur. E contrario juvat coryzam in *symptomaticam* et *primariam* atque in *simplicem* et *complicatam* dividere. *Coryza symptomatica* in febribus typhoideis [12]), catar- Diagnosis.

*) Qui ad coryzam dispositi sunt, in illam saepe incidunt, dum lintea vel chartam humidam (e. c. folia publica vix typis commissa) manibus pertractant.

10) Coryzam sane ad *morbos peregrinatorum* revoco.

11) Cfr. Definitio coryzae.

12) P. I. Vol. I. §. XLIX. 1.

catarrhalibus [13]), in variolis [14]), scarlatina [15]) et maxime in morbillis *) obvenit. Cum affectio narium istorum morborum initia comitetur, cavendum, ne malum praecipuum praetervideamus, quem errorem centies, relate ad typhum, locum habuisse vidimus. Nec ignorandum coryzae symptomata nonnullis in *morbis chronicis* e. c. in lue venerea, in plica obvenire, unde caute judicandum. Nil facilius diagnosi *coryzae primariae*, inprimis si de illa narium eaque simplici agatur. Interea *simplex* tunc solum coryza expectanda est, dum ea hominem caeterum absolute sanum aggreditur. Quoties enim coryza in scrophulosis, arthriticis, syphiliticis et plicosis evolvitur, inprimis si flocci pendatur; toties gravioris valdeque complicati morbi periculum urget [16]). E contrario fit etiam, ut simplex coryza, tum in infantibus, tum in adultis systemate nervoso valde excitabili praeditis, gravissimi et implicati morbi exhibeat faciem [17]).

§. CXXVIII.

13) l. c. §. LXV. 3.

14) P. I. Vol. II. §. LXIV.

15) Ibidem §. XLVIII.

*) Ib. §. LIV.

16) Cfr. Cap. seq.

17) Morbos varios nervosos, remediis antispasmodicis rebelles, detecta latente coryza ut omni malorum fonte, facile fugavi. Certe nil miri, caussam, nervos narium irritantem, universum systema nervosum in consensum trahere.

§. CXXVIII.

Prognosis. Cura.

1. Coryzam haud semper ad morbos levioris momenti pertinere Hippocrates paucis indicavit verbis, ubi ait: „Raucedines et *gravedines* in valde senibus non coquuntur [18]). Cujus aphorismi optimum commentum Swietenio [19]) debemus. Magis adhuc quam in senibus, coryza *infantibus* fatalis esse solet; ac procul dubio convulsiones, quae inde excitantur, *encephalitidi* adscribendae sunt [20]). Ex tali encephalitide *hydrocephalum acutum* evolvi posse, observatio patris mei docet [21]). Generatim coryza sequentes agnoscit Prognosis.

18) Aph. 40. sect. 2.

19) §. 69. N. 6. in Boerhaav.

20) Vere an. 1818. ad puerum triennem vocatus sum, qui, praevia per duos dies coryza, sub qua vegetus ac serenus deambulabat, illico in terribiles convulsiones cum lethargo inciderat. Jam alter medicorum ad oxydum zinci, moschum, valerianam etc. confugerat. Cum vero singula mala affectioni inflammatoriae cerebri e coryza evolutae adscripserim, pharmaca illa, quot quot erant, seponenda esse et in methodo antiphlogistica, et quidem potissimum in hirudinibus ad caput et sinapismis ad suras auxilium quaerendum esse, suasi. Atque sic infans illico orci faucibus ereptus est.

21) l. c. p. 139. „Conspeximus virum, cui a narium catarrho, per duos fere menses protracto, vehemente, obscuritas visus, aurium susurrus, loquelae difficultas, circuli calvariam cingentis sensus, tremor maxillae cum epileptico insultu sat frequente, ac cruris manus-

scit exitus: 1° *resolutionem;* 2° *suppurationem* et *exulcerationem* et 3° (in sinibus frontalibus et antro maxillari) *hydropem acutum*, qui cum vix a suppuratione partium istarum distingui possit, etiam in capite de ozaena absolvetur.

Cura. 2. Ut habitualis coryza evitetur, caussarum ad eam praedisponentium ratio habenda. Generatim auxilia, quae cruorem a capite revellunt, et, si agatur de homine plethorico, ea quae illius copiam imminuunt, circa aequinoctia inprimis in usum ducenda sunt. Curatio ipsius morbi iis innititur indicationibus, quas in febre catarrhali [22]) posuimus. Coryza narium praescripto debito regimine diaetetico sat tuto naturae committitur; non ita coryza sinus frontalis aut antri Hyghmori. Enim vero hic sine omni temporis jactura *resolutio* affectionis inflammatoriae, nisi venae sectione, hirudinibus, vel ad nares et tempora, vel retro aures et ad gingivas applicitis, obtinenda est. Quocunque in graviori coryzae casu, sedato impetu inflammatorio, sinapismus, aut unguentum vel emplastrum cum tartaro emetico, nuchae admoveri debet. Caute vero cum rebus naribus attrahendis incedendum [23]) et non nisi

que, e latere sinistro debilitas conspicua, quin alia istorum caussa apparuerit, non *sine aquae in cerebri ventriculis collectae motu*, successerant."

22) P. I. Vol. §. LXVI.

23) Plurima pharmaca, quae gustui nostro mitissima apparent, si naribus immittantur, vehementer irritant.

nisi emollientibus locus est. In *coryza infantum*, crustae nares occludentes, primum lacte nutricis emolliendae, dein ope acus, ad extremitatem alteram nodo munito, delicate removendae sunt. Narium externae superficiei vel *sebum* vel *butyrum majoranae*, vel *oleum ovorum* [24]) illiniuntur. Coryza rebellis in homine lue quadam contaminato, secundum principia, in capite de ozaena et blennorrhoea nasi tradenda, curatur. Ibi et de insectis aliisque corporibus extraneis naribus contentis respectu therapeutico sermo erit.

Caput XXVI.

De Ozaena et Blennorrhoea nasi.

---

§. CXXIX.

Definitio. Literatura. Divisio.

1. Ulcus cavitatum narium *ozaena* [25]) dicitur. Nomine *blennorrhoea nasi* effluxus materiei puriformis e naribus, sine evidenti laesione conti- Definitio.

24) Rosenstein *Kinderkr.* 5. *Aufl.* p. 40.

25) A Gr. ὄζω, oleo. Gall. *Ulcère du nez. Punaisie.* Germ. *Nasengeschwür.* Ross. язва нoса. Pol. *Wrzod w nosie.*

continui, unius secretionis morbosae effectus, designatur.

Literatura. 2. Praeter auctores, morbos cavitatum narium 26) et coryzam 27) illustrantes, de ozaena scripsere: Rost 28), Voet 29), Weis 30) et Böttcher 31).

Divisio. 3. *Ozaena* triplici sub respectu dividitur, scilicet 1° respectu *loci:* in ozaenam narium, sinuum frontalium 32), et maxillarium 33); 2° respectu

26) Cap. XXIV. §. CXXII. N. 1.

27) Cap. XXV. §. CXXV. N. 2.

28) Diss. de ozaena. Altd. 1711.

29) Diss. de ozaena. Lugd. Bat. 1725.

30) Diss. de ozaena et polypo narium. Vien. 1782.

31) *Abhandlung von den Krankheit. der Knochen, Knorpel und Sehnen. Königsb.* 1787. 3. *Th.*

32) Schneider Diss. de osse frontis. Viteb. 1650. Runge de morbis praecipuis sinuum ossis frontis et maxillae superioris. Rintel. 1758. in Halleri coll. disp. chir. T. I. N. XI. *Mém. de l'ac. R. de chir. T. IV.* — Blumenbach prolus. anat. de sinubus frontalibus. Goett. 1779. Welge de morbis sinuum frontalium. Goett. 1788. Richter obs. chir. 1770. Fasc. II. et comm. soc. Goett. Vol. III. nec non *Anfangsgr. d. Wundarzneyk.* 2. *B.* p. 375. Boettcher l. c. p. 176.

33) Runge, Böttcher ll. cc. Cowper de morbis sinus maxillaris in Jacob Drake Anthropol. nova. Lond. 1707. Bordenave *Précis d'obs. sur les maladies du sinus maxillaire.* v. *Mém. de l'ac. de chir. T. II.* p. 329. Beaupreau *Lettre à* Cochois *sur les maladies du sinus maxillaire. Paris.* 1769. Fr. Hoffmann diss. de fistula maxillari. Hal. 1735. opp. suppl. II. Vol. 2.

spectu *indolis:* in traumaticam, catarrhalem, metastaticam, scorbuticam, scrophulosam, arthriticam, veneream, carcinomaticam, plicosam et leprosam; 3° respectu *partium affectarum*: in simplicem, et complicatam, cum carie nempe ossis turbinati, ethmoidei, sphenoïdei, nasalis, vomeris, palati. Quarum divisionum primae et *blennorrhagiae nasi* adaptari possunt.

§. CXXX.

Ozaena traumatica.

Ozaena, a violentiis externis 34), vel ab irritamentis mechanicis orta, dicitur *traumatica*. Ad res mechanice nares irritantes spectant: vermes et insecta tum in sinubus frontalibus, tum in naribus ipsis 35), tum in antro Highmori 36) nidu- Variae species.

p. 559. WEYLAND diss. de ozaena maxillae, cum ulcere fistuloso ad angulum oculi internum complicata. Argent. 1771. v. WEIZ *vollständ. Auszüge aus d. best. chirurg. Disputationen.* SIEBOLD de insol. max. sup. tumore aliisque ejusdem morbis. 1776. SOURDAIN *traité des maladies de la bouche et des opérations vraiment chirurgicales de la bouche. Paris.* 1778. LEINICKER diss. de sinu maxillari ejusque morbis. Wirceb. 1809.

34) DOERNER in SIEBOLD *Samml. chir. Beobacht.* 1. *B.* p. 138.

35) LITTRE *Hist. de l'ac. des sc. an.* 1708. p. 42. MALOET ib. an. 1733. p. 34. HENKEL Eph. nat. cur. D. III. an. 3. obs. 141. GAHRLIEB act. nat. cur. Vol. III. obs. 110. BARTHOLIN, op. c. Cent. I. hist. 64.

nidulantia; porro nuclei cerasorum [37]), glandes plumbeae [38]), fusi [39]), lapilli [40]) et grumi sangui-nis

T. I. p. 112. TULPIUS obs. L. IV. C. 12. p. 299. Tab. 7. fig. 3. BENIVIENI de abditis morborum caussis. Flor. 1507. C. 100. FOREST. obs. et cur. med. L. XXI. obs. 28. p. 153. BLUMENBACH l. c. §. 8. p. 24. SANDIFORT Exerc. ac. L. II. C. 17. ejusd. obs. an. path. L. 3. C. 10. p. 123. FLOCKET *Trans. of Phil.* 1793. *Vol. I.* p. 1. SALZMANN Diss. de verme naribus excusso. Argent. 1726. in HALLERI disp. pract. Vol. I. N. 25. MORGAGNI advers. anat. VI. animad. 90. — de sed. et caus. morb. Ep. 1. 9. WOHLFART obs. de vermibus per nares excretis. Hal. 1768. HILL *chir. Beob. Leipz.* 1777. Cfr. P. I. Vol. I. sect. 1. C. II. §. IX. 2. (87. 88.).

36) HEYSHAM in *medic. communications. Vol. I. N.* 30.

37) MECKEL *neues Archiv d. pr. Arzneyk.* 1. *B. N.* 12.

38) Eph. nat. cur. Cent. X. obs. 80. RAVATON *chirurgie d'armée* etc.

39) HALLER opusc. pathol. obs. 3.

40) BARTHOLINUS l. c. hist. 32. T. I. p. 54. PLATER prax. Basil. 1635. Fr. B. C. 15. HORSTII obs. L. IV. obs. 47. opp. T. II. p. 240. Misc. nat. cur. Dec. I. an. 1. obs. 26. Dec. II. an. 3. obs. 79. Dec. III. an. 5. et 6. obs. 46. an. 9. et 10. obs. 145. Commerc. lit. Nor. 1732. p. 46. *mem. of the med. Soc. of Lond. Vol. I.* SCHURIG lithol. C. 2. §. 8. p. 101. CLAUDER misc. nat. cur. Dec. II. an. 3. obs. 97. p. 176. Summopere memorabilis est historia lapidis ponderis drachmarum duarum ex lapsu nari intrusus, per 17. annos ibi delitescens, ozaenam excitans et tandem feliciter extractus (RITTMEISTER in HUFELAND's *Journ.* 1817. *Nov.* p. 133.).

nis [41]), ibi locum invenientia. Ozaena traumatica antri Highmori inprimis a morbis dentium, e. c. ab odontalgia [42]) et maxime a carie dentium molarium superiorum [43]), eorumque incauta extractione [44]), nec non a vulneribus genae [45]), oritur. Ozaena narium et sinuum frontalium traumatica maxime dolorifica est et aliquando anosmiâ, jacturâ loquelae, convulsionibus et delirio stipatur. Methodum iis occurrendi, chirurgiae potius quam medicinae argumentum, quatenus ad nos spectat, alibi [46]) descripsimus.

§. CXXXI.

Ozaena catarrhalis.

1. Abscessus cavitatum nasalium ex praevia coryza, *ozaena* dicitur *catarrhalis*. Definitio.

2. In *ozaena catarrhali narium* proprie dictarum, praevia coryza rebelli neglecta aut male curata, olfactus magis magisque laeditur, ac pus plerumque cruentum e naribus stillat aut emungitur. Matutinis horis crustae densae nares obturant, quae, ab aegro impatiente vi extractae, ichori liberum nunc concedunt curriculum. Temperiei O. c. narium.

41) Voigtel l. c. p. 122.
42) Lentilius Eteodrom. p. 58.
43) Richter l. c. 9. *Kap.* §. 423.
44) Eph. nat. cur. Dec. II. an. 6. obs. 233. Vogel *Beobachtungen.* p. 238. Richter l. c.
45) Richter l. c. §. 424.
46) P. I. Vol. I. sect. 1. C. II. §. XII. 12.

periei mutationes, inprimis frigus, aegre ab illo feruntur. Apex nasi utplurimum intumescit, rubet ac inprimis sub emunctionis opere dolet. Haud raro et labium superius eroditur. Sensim sensimque foetor ipsis aegrotis non minus, quam aliis intolerabilis accedit ac gradatim augetur. Nunc cariei superveniunt non aequivoca signa, subsequente tum erosione septi narium, tum jactura ossium. Jam et saccus lacrymalis et oculi in consensum trahuntur. Rebus huc perductis, consueta febris hecticae signa expectanda sunt. Cadavera membranam Schneiderianam corruptam et veluti in ichorem foetentem solutam exhibent [47]). Alias membrana ista non exeditur, sed potius luxurians excrescentiis fungosis, polyposis, steatomatosis et hydatidibus [48]) ansam porrigit, aut ipsa relaxata prolabitur (*polypus mucosus* [49])). Quae singula potius *chronicae inflammationis*, quam genuinae suppurationis videntur effectus. In genere donec certa cariei signa compareant, nisique ulceris praesentia per autopsiam confirmetur, cavendum, ne *coryza chronica*, fontem verae *blennorrhoeae nasi* sistens, pro ozaena declaretur. Qui morbus ibi inprimis vix probabilis

47) Hoffengärtner *Beytr. z. anat. Geschichte einiger Krankh.* in Hufeland's *Journ.* 6. *B.* p. 557.

48) Palfyn *anatom. du corps humain. P.* 4. *tract.* 4. *chap.* 15. Ruysch obs. anat. chir. 6. Bonet sepulcr. L. I. sect. 17. obs. 10. app. 1.

49) Mauchart diss. de hernia incarcerata. C. II.

bilis est, ubi malum in homine caeterum sano nullaque labe sive scrophulosa, sive arthritica, sive venerea, sive plicosa contaminato, locum obtinet. Quoad *curam* ozaenae catarrhalis simplicis, a farragine medicamentorum et ab irritatione narium abstinendum. Nisi enim natura abscessum, in sano aliunde homine, ad sanationem perducat, ab artis moliminibus parum vel nil exspectamus. Sustinentur autem naturae vires congruo regimine, temperaturâ die noctuque aequali, calidiuscula, fugâ pulveris, fumi et insectorum. Ad quem scopum consequendum, naribus, frustulum spongiae subtilis, saepe renovandum, immittere, curamus. Aegroto, ne nares attactu et examine excruciet, inculcamus. Puritati partium affectarum, naribus decoctum malvae attrahendo studemus. Si de *blennorrhoea nasi* agatur, decocto indicato cochlearculum unum alterumve *solutionis lapidis divini* 50) addi potest. Ulceri narium obvio *laudanum liquidum Sydenhami* ope penicilli illinitur. In *carie ossium nasalium acidum phosphoricum*, ut decet, aqua vel infuso salviae dilutum, plus vice simplici, saltem progressui morbi obstitit. Quorum auxiliorum vires, si dyscrasia quaedam lateret, methodo respondente specifica sustinendae forent.

3. *Abscessus, ex coryza sinus frontalis* ortus, *ozaenae catarrhalis* quoque obtinet nomen. Quod malum

O. e. sinus frontalis.

50) Cap. XVI. §. LXXX. N. 5. (6.).

malum cognoscitur habita ratione coryzae praegressae, doloris pulsantis, obtusi, acuti regionis alterutrius supraorbitalis, oedematis palpebrae, ruborisque oculi lateris affecti saepe visu orbati. Nisi pus hoc in morbo sibi viam amplam ad nares paret [51]), terribilis scena expectanda. Enim vero pus periosteo exeso, ossa ipsa emollire, distendere, erodere incipit, ac vel ablato, quod sinus frontales bipartit, sepimento in antrum commune eos convertit [52]); vel lamina sinus interna, utpote externâ imbecillior, ad cerebrum protrusa, soporem, stuporem, ac, ea disrupta, apoplexiam inducit [53]), vel carie superiorem in palpebram patente, hanc ipsam sanie rodente suffundit, vel demum aliam per orbitam erosam viam sibi parat ac unum subinde cum naribus et antro maxillari cavum gignit. Quandoque in ipso sinu frontali excrescentiae spongiosae pullulant. Quae si perpendantur, sponte apparet, ozaenam catarrhalem sinus frontalis, nisi pus sponte in nares depluat, nequaquam naturae committendum ac sine temporis jactura ad *terebrationem loci affecti* deveniendum esse [54]). Ne enim difficultates, quae operationem istam circumdare dicuntur

51) Bartholinus l. c. Cent. III. Richter's *Anfangsgründe d. Wundarzn.* 2. B. §. 457.

52) Sandifort obs. anat. pathol. L. III. C. IX. p. 122.

53) Richter obs. chir. Fasc. II.

54) Richter l. c. §. 460. sq.

cuntur [55]), ab unico, quod vitam salvare potest, auxilio, absterreant [56]). Quam caute in reliqua cura, plane ad imperium chirurgiae pertinente, inprimis relate ad causticorum usum incedendum sit, propinquitas cerebri suggerit, et doctissimus vir [57]) docet.

4. *Ozaena catarrhalis antri maxillaris* quoad originem et curriculum vix ab illa sinuum frontalium differt. Concludimus ad morbum illum sat frequenter obvenientem: si coryza praegressa, minime vero resoluta sit; si signa generalia suppurationis locum obtineant; si sensus doloris pulsantis, lancinantis, sub decubitu in partem affectam et sub emunctione aucti, accedat; si gena rubeat tumeatque, aut maxilla vel exterius, vel palati ad fornicem, prominentiam sub digitis cedentem, fragoris non ubique expertem, exhibeat; si capite in partem sanam converso, vel gena extus compressâ, pus seu ichor brunei aut atri coloris, foetidusque destillet; maxime vero si fistula, vel caries, ad malam, vel ad orbitam, retro aures [58]), gingivam, alveolos, palatum existat, ac si dentes hoc loco vacillent, longiores videantur aut cariem ostendant. A symptoma-

O. c. antri maxillaris.

55) Langguth Pr. de sinus frontalis vulnere sine terebratione curando. Witt. 1748. Haller. coll. disput. chir. Vol. I. N. 10.

56) Beer *Repertorium* etc. 2. *B.* p. 74.

57) Richter l. c. p. 463.

58) Poulain *Journ. de méd. T.* 36.

ptomatibus istiusmodi vix ea, quae ab *excrescentiis fungosis* [59]), *polyposis* [60]), ab *osteosteatomate* [61]), saepe ozaenae sociis excitantur, differunt. Antrum maxillare inde ad enorme quandoque extenditur volumen, quod et ex simplici muci puriformis collectione visum est [62]). Patet hinc antrum Highmori *hydropi acuto*, certe difficillime ab ozaena (a qua tamen ob absentiam abscessus toto coelo differt) distinguendo, subjici. *Coryza chronica* antri Highmori potissime tunc *hydropi acuto* ejusdem cavitatis ansam porrigere videtur, dum ea coryzae narium jungitur; enim vero tunc membrana Schneideriana undique turgida ostium, per quod sinus maxillaris cum meatu medio narium communicat, facile occludit, subsequente inde siccitate cavitatis narium lateris affecti. Quocunque in casu, materies puriformis, vel pus in antro maxillari detentum, nunc dente molari

59) Plainaud *über e. schwammichtes Gewächs des sinus maxillaris.* v. Desault *auserl. chir. Wahrn. a. d. Fr. 1. Th. Frankf.* 1791. Richter l. c. Sylvi *Recueil des actes de la Soc. de santé de Lyon. L'an VI.* p. 119.

60) Ruyschii obs. med. chir. 77. Richter l. c. Böttcher l. c. p. 167. Sandifort mus. anat. Tab. XXX. sq.

61) Gerwey *Beob. e. Osteosteatom's der Highmorshöhle.* v. Rust's *Mag. f. d. gesammte Heilk. Berlin* 1818. 3. *B.* 2. *Heft.*

62) Büchele in *Museum der Heilkunde.* 3. *B.* p. 130. Ammann. ib. p. 133.

molari superiori tertio, quarto aut et alio carioso [63]), extracto et sectis membranis, quae antrum investiunt, forsitan adhuc integris — nunc, vel ad apophysin molarem [64]), vel ipsas ad genas, vel palati ad fornicem [65]), loco scilicet maxillae magis prominente, inciso, educitur. Quo loco sinus maxillaris morbose cum oris cavo communicat, eo ne ciborum sub esu portio penetret, cavendum est. Si ulcus cum carie, vel carne fungosa nascatur, illud artis chirurgicae auxilio curetur oportet [66]). Injectionem sinus maxillaris per nares [67]), vix suadet Richter [68]).

§. CXXXII.

Ozaena metastatica, scorbutica, scrophulosa.

1. *Ozaena metastatica*, egregie a Jourdain [69]) et Bourdet [70]) descripta, naribus et antro Highmori — O. metastatica.

63) Meibomii diss. de abscessibus internis. Dresd. 1718.

64) Lamorier *mém. de l'ac. de chir. de Paris. T. IV.*

65) Richter l. c. §. 434.

66) Richter l. c. §. 426. Praeterea docte singulas, quae ad doctrinam istam spectant, Loder exposuit in Progr. paracenteseos sinus maxillaris historia. Jen. 1793.

67) Jourdain *Mém. de l'acad. de chirurgie de Paris, T. XII.* Edit. in 8. p. 47.

68) l. c. p. 436.

69) *Traité des dépôts dans le sinus maxillaire des fractures et des caries de l'une et de l'autre machoire. Paris.* 1760. v. Haller bibl. chir. Vol. II. p. 457.

70) *Diss. sur les dépôts du sinus maxillaire. Paris.* 1764.

mori addicta est. Saepe sine praevia coryza oritur. Symptomata, illis ozaenae catarrhalis, similia sunt. Caussae inprimis in praeviis iisque male solutis morbillis [71]), variolis [72]), et blennorrhoea urethrali *) quaerenda. Urgente febre, ipsam periostei sinus maxillaris gangraenam cum aliis **) conspeximus. Cura, uti in ozaena catarrhali. Praeterea hic *cauteriis* ad brachia, *instaurationi blennorrhoeae*, nec non usui decocti *stipitum solani dulcamarae* et radicum *smilacis chinae* ac *arctii lappae* locus est.

O. scorbutica.

2. Et *ozaena scorbutica* exclusive antro Highmori propria est. Nec mirum, corruptelam oris et praecipue gingivarum cavitati maxillae communicari posse, quem tamen ex una ad alteram cavitatem transitum non nisi in aetate senili, utpote dentibus molaribus carente, observavimus.

Foeto-

71) Wendt *Nachricht v. d. klin. Institut v. Erlang.*

72) Devers in Dessault *Journ. de chir. Vol.* 2. *N.* 24. et in *Journ. de méd. T.* 91. p. 281.

*) A. 1820. juvenem scrophulosum, in infantia saepe coryzae obnoxium, curavi, qui, post neglectam maleque curatam blennorrhoeam urethralem, in deterrimam ozaenam narium incidit. Levamen attulerunt decoctum sarsaparillae, fonticuli ad brachia, aethiops antimonialis, sed sanatio fere perfecta applicatione candelarum, unguento ophthalmico rubro obductarum, ac urethrae ad revocandum antiquum profluvium immissarum, debetur.

**) Reimar *Vorrede* ad Antrechaux *von d. Pest in Toulon.* p. 73.

Foetore hic obvio nullus major. Mors, superveniente quandoque gangraena [73]), inevitabilis. Cura ex therapia scorbuti abstrahenda [74]).

3. Diathesis scrophulosa caussis ozaenarum cavitatum quot quot sunt viam sternit; quin immo, ozaenarum ex praevia coryza vix aliarum, quam earum, qui in scrophulosis locum obtinuerunt, recordamur. *Ozaenam* autem simpliciter *scrophulosam* nullibi nisi ad cavitatem narium, et quidem circa apicem nasi, conspeximus. Pars ista simul cum aliis, et saepe cum labio superiori, tumet, rubet et splendet, ac tuberculis et ulcusculis crustisque deciduis iterumque recrudescentibus obsidetur. Pruritus sat raro percipitur. Nares saepe obturantur, inprimis decrescente vel evanescente pro tempore affectione externa. Tunc et oculi, non sine periculo fistulae lacrymalis, pati solent. Malum, quod describimus, plerumque infantibus utriusque sexus inter quartum et septimum annum commune est: tardius illud, nonnisi in feminis, inprimis haud rite menstruatis, observavimus. Ibi saepe cum achoribus [75]) et tinea capitis nexum habet. Interdum, inprimis si nares simul pruriant, vermes intestinales, quo-

O. scrophulosa.

73) SAVIARD *nouv. recueil d'obs. de chir.*

74) P. III. Vol. II. Cap. de scorbuto.

75) Eph. nat. cur. Dec. II. an. 10. obs. 43.

quorum imperium in nares neminem latet [76]), praesto sunt. Generatim probe inquirendum, num praeter scrophulam nil syphilitici reconditum sit. Ozaena scrophulosa genuina raro carie stipatur, unde, multa adhibita patientia, saltem facilius quam aliae hujus morbi species sanatur. Requiritur ad hoc temperatura modica, diu noctuque aequalis, aër siccus, et abstinentia a pertractatione nasi cum digitis. Inprimis spontaneus crustarum lapsus expectandus, ac naso prorsus nil applicandum. Omnia enim hic irritant, excepto quandoque lactis cremore et malvae decocto. E contrario revellere juvat, cui scopo inserviunt illinitio, vel applicatio *unguenti* aut *emplastri tartari emetici* ad nucham, purgans ex *calomelide* et *radice convolvuli jalappae*, maxime autem *cauteria* ad brachia. Simul diathesis scrophulosa congruo regimine indicatisque pharmacis, quousque fieri licet, eradicanda. *Murias calcis* et *aethiopis antimonialis* doses admodum *parvae* reliqua pharmaca antecellunt. Superveniente enim ex parva, quae in aethiope antimoniali continetur, mercurii dose ptyalismo, omnia in pejus ruunt; quod ex nexu cavitatis oris cum naribus facile intelligitur. Praeterea, quo junior aeger, eo magis illi usus internus decocti herbae *violae tricoloris* conducit.

§. CXXXIII.

76) Büchner diss. de pruriente naso frequente vermium indice. Hal. 1757.

§. CXXXIII.

Ozaena arthritica, venerea, carcinomatica, plicosa et leprosa.

1. Coryza, quae in arthritico negligitur, interdum in *ozaenam* transit, quam *arthriticam* nuncupare nil impedit. Praeterea *herpetem* scroti, incaute fugatum, se ad membranam pituitariam narium conjecisse, vidimus. Pars affecta pruritu, rubedine, pustulis miliformibus ad labium superius propagatis, cum foetore, mulctabatur. Curabatur morbus fonticulis 77) ad crura, decocto solani dulcamarae, balneis sulphuricis; naribus aqua tepida cum lacte attrahebatur. — Calculi in narium cavo generati 78) an originis arthriticae? O. arthritica.

2. Deterrima syphilidis forma *ozaena* est *venerea* dicta; quem morbum praeter scriptores de lue speciatim explanarunt HUNDERTMARK 79) et MEYER 80). Frequens illius sedes cavitates narium proprie dictae; verum hinc inde sinus quoque frontales et maxillares infestantur. Generatim ozaena O. venerea.

77) Quanta sit *fonticulorum* in nonnullis ozaenae speciebus virtus, patet jam ex SCULTETO in armament. chir. obs. 57. et ex Eph. an. 3. obs. 214. *Setacea* non minorem habent efficaciam, teste FABR. HILDANO, Cent. II. obs. 253.

78) GABR. CLAUDERI Coll. acad. T. III. p. 609.

79) Pr. de ozaena venerea. Lips. 1758.

80) Commentatio de ozaena venerea casus singularis; Hamb. 1785.

ozaena, de qua agitur, lente admodum evolvitur. Aeger in primo morbi limine nil aliud nisi naris alterutrius (rarius ambarum) obturationem percipit, quam, aërem naribus impatienter vel attrahendo vel expellendo, vel latera nasi digito comprimendo vincere satagit. Sensim sensimque dolor nasi accedit. Quae singula symptomata horis pomeridianis augentur, remittunt mane. Sternutatio nonnullos pro tempore sublevat. Interea nasus, nunc totus, nunc ad unum tantum latus, volumine augetur; ac nares crustis duris variae figurae, saepe spiralibus replentur; sub quibus haud raro ulcuscula, fundo lardaceo marginibus rubris elevatis instructa, latent. Elapso anno uno alterove praevio foetore ipso aegro molesto, aridae caeterum nares, guttas nonnullas ichoris brunei vel subnigri male olentis largiuntur. Destillatio ista frequentius post crustarum vel spontaneum vel vi peractum secessum contingere solet. Jam vero aeger vehementer ab apparitione festucarum ossium e loco affecto secedentium terrefit. Conceditur inde aliquod levamen, at repetito ossium secessu, septum eroditur, radix nasi concidit, pinae hiant ac foetor nunc adstantibus quoque intolerabilis ex horrendo antro, quandoque sanguinis profluvium largiente, manat. Rebus huc perductis uvula, palatum, sinus maxillares et frontales eroduntur; voce ingrata, stridula, nasali reddita, cibo et

potu

potu per nares regurgitante, orbitis oculisque in consensum tractis. Nares in totum cum ossibus palati, velo pendulo ab ozaena venerea exesas, atque ut unum cum antris maxillaribus specum adspectu horrendo formarent, consumtas, in viro Bruchsaliae defuncto vidit I. P. Frank [81]). Generatim caries primum ossa tenuia, e. c. conchas, os papyraceum, et dein tantum reliqua duriora aggreditur. De tot tantorumque malorum caussa, contagio scilicet syphilitico modo naribus immediate applicito, modo per ambagines illis infenso, non est cur dicamus. Monemus solum, sine aegri hac in re confessione, diagnosin arduam esse. Quamvis enim ozaena venerea notas gentilitias habeat, ut morbi lentum ingressum cum praecipiti tamen cariei evolutione, foetorem narium et maxime ichoris brunei vel subnigri ex illis destillationem; attamen haec (nisi ulcera aperte characterem syphiliticum exhibentia circa partem affectam aut alia syphilitica symptomata, simul obveniant) ad diagnosin instituendam non plane sufficere, fatemur. Maximae inprimis difficultates premunt, si aliae caussae, e. c. coryza, in homine, qui reconditum adhuc luis quondam perpessae, nec plane eradicatae, germen secum fert, ozaenam excitant. Ad *prognosin* quod spectat, Boerhaavius sapienter dixit: „Qui praeter id, quod

81) l. c. p. 112.

quod artis potestas habet, promittere non vult, cavebit inania jactare, quando foedum, putrem, rancidum ichorem naribus emungi copiose videt." . . . . „Sed, omnia bona sedulo applicans, negligens nihil, varia tentans, semper interim de exitu sollicitus, in prognosi prudens, stentores securus ridebit, dum interim miserescit aegri." [82]). Ac sane partibus osseis a carie jam destructis, aliis mollibus inter se concretis [83]), bonâ quidem medelâ reliquum corpus a lue liberare, ac morbi progressibus obstare saepe licebit, at immedicabilis tota vita manebit difformitas, solo *naso artificiali* tollenda. Ozaenae venereae cura ex tractatu nostro *syphilidis* [84]) palam fiet, interea meminisse juvabit: nullam luis formam plus temporis et patientiae exposcere quam ozaenam; unde aegrotantibus ad curam absolvendam non menses nonnulli, sed anni aliquot praefigendi. Curam ab usu interno *mercurii sublimati corrosivi*, nisi consuetae contraindicationes obstent, inchoamus. Injecto sic morbo freno, jam ad placidiorem methodum nos convertimus, *unguentum* scilicet *mercuriale* ad minimas doses e. c. a scrupulo semis ad scrupulum unum de die, donec prodroma sa-

liva-

82) In Praefat. Aphrodisiaci.

83) Choanae in femina quondam syphilitica deficiebant ob atresiam palati mollis cum pariete postico faucium, v. Otto *Seltene Beob. z. Anatomie, Physiol. u. Pathol. gehörig. Breslau* 1816.

84) P. IV. Vol. II.

livationis compareant, illiniendo. Nocet enim hic evidenter tumultaria illa methodus, quam plurimi suadent quamque in aliis luis formis non omnino rejicimus. Multum porro interest ut ad *complicationes* luis cum diathesi scrophulosa, arthritica, carcinomatica, respiciatur, quae scilicet diatheses ozaenae venereae saepius pabulum praebent, atque mercurii virtutem eludunt, nisi hoc pharmacum aliis iisque congruis remediis, ac praecipue debito vitae regimini, jungatur. Curâ locali caute incedendum, ne partem affectam irritemus. Solutio *mercurii sublimati* decocto malvae juncta [85]), additis in aegris valde sensilibus guttis nonnullis *laudani liquidi Sydenhami*, naribusque semel bisve de die attracta nobis plus quam auxilia reliqua praestitit. Quodsi inde irritatio sequeretur, ea illico *solutione acetatis plumbi* temperanda. Cariei *acidum phosphoricum* aqua aut infuso foliorum *salviae* dilutum, naribusque admotum, cum successu opposuimus.

O. carcinomatica, plicosa et leprosa.

3. Ulcera cancrosa sicuti ad alia loca, ita ad cavitatem narium contingere queunt (— *ozaena carcinomatica*). Evolvitur morbus utplurimum ex nodulo duro apicem nasi occupante (*scirrho*). Alias praeceditur a pruritu et a papula rubra nasi, quae tandem in ulcus convertitur cancrosum. Pars affecta evidenter intumescit, ac foedum largitur

85) e. c. granum unum sublimati in uncia una aquae destillatae ad uncias sex decocti malvae.

gitur ichorem. Quod horrendum malum nullibi frequentius rapidiusque procedens quam in stirpe plicosa conspeximus. Praeter illud exstat certissime *ozaena* mere *plicosa*. Orditur hic morbus narium siccitate, angustia, et quandoque anosmia. Accedit nasi tumor, quo crescente alae nasi ita a se invicem secedunt, ut antra narium duplo majora evadant. Haud raro nasus, si dicere liceat, in se ipsum retrahitur. Membrana Schneideriana plurimis obsidetur ulcusculis in crustas atras desinentibus. Ea erosa consumuntur cartilagines praesertim septi, cute faciei vicina simul livida facta. Glandulae submaxillares saepe tument, aures tinniunt, caput dolet, ne de reliquis diatheseos plicosae symptomatibus [86]) loquamur. Ozaena plicosa provecta adspectum carcinomaticum induit. Cavendum vero ne ulcus narium syphiliticum, fortuito in individuo plicoso, ut saepe contingit, obvium, cum mera ozaena plicosa confundamus. Hanc autem si prope perpendas, quantam cum *ozaena leprosa* invenies similitudinem! Constat enim narices in lepra exsiccari [87]), angustari [88]), excoriari [89]), olfactum im-

minui

86) P. II. Vol. I. C. XXXVI. §. CXLIV.

87) „Nares desiccantur" (Haly Abas. Theoric. L. VIII. C. 15. de elephantia).

88) „Et apparet in naso, et fortasse fit opilatio in naso et privatio olfactus (Avicenna Lib. Can. IV. Fen III. C. 2. de signis") Angustatio narium unde (aegri)

minui [90]), nasum abnormem fieri [91]) et faciem livescere [92]). In *ozaena carcinomatica* radices *smilacis sarsaparillae* multum praestitisse feruntur [93]). Quoad *ozaenam plicosam et leprosam*, ad curam generalem plicae et leprae remittere lectores cogimur.

CAPUT

videntur loqui cum naso (THEODORICUS in chirurgia. C. 55. de lepra).

89) „Item cognoscuntur (leprosi) ex vulnere (ulcere) existente in naribus" (ARNOLD BACHUONE s. DE VILLA NOVA op. de signis leprosorum).

90) HENSLER *v. abendländ. Aussatze* etc. p. 137.

91) „Nares eis (leprosis) gracillantur, aut maxime ingrossantur et difficile emittunt flatum per nares" (LANFRANCUS in arte complet. chir. C. 7. de lepra et indiciis leprosis).

92) „Signa (leprae) infallibilia sunt . . . . dilatatio narium exterius et coarctatio interius cum difficultate anhelitus et quasi si cum naribus loqueretur, et *color faciei lividus.*" GORDONIUS in Lib. med. P. I. C. 22. de lepra).

93) *Abh. f. pr. Aerzte.* 1. *T.* 2. *H.* p. 141.

Caput XXVII.

De Epistaxi.

§. CXXXIV.

Definitio. Literatura. Angiologia narium.

Definitio. 1. Cruoris ex vasis nasi internis effusio *epistaxis* 94) vocatur.

Literatura. 2. Coschwitz 95), Sebiz 96), Luder 97), Schenk 98), Vogler 99), Ubbenius 100), Wedel 1), Sartorius 2), Lombard 3), Waldschmid 4), Eysel

94) *Synonyma.* Rhinorrhagia sanguinea a Gr. 'Ρὶν, nasus. Haemorrhagia. (Veteres enim, quin locum designarent, haemorrhagiae sub nomine illam, quae ex naribus contingit, intelligebant). Gall. *Hémorrhagie ou saignement du nez.* Germ. *Nasenbluten.* Angl. *Bleeding, or haemorrhage from the nose.* Pol. *Krwotok z nosa.* Ross. Кровотеченїе изъ носа.

95) Diss. de haemorrhagia narium. Basil. 1616.

96) Diss. de haemorrhagia narium. Argent. 1649.

97) Diss. de haemorrhagia narium. Altd. 1663.

98) Diss. de haemorrhagia narium. Jen. 1668.

99) Diss. de haemorrhagia narium. Helmst. 1673.

100) Diss. de haemorrhagia narium. Lugd. Bat. 1676.

1) Diss. aeger haemorrhagia narium laborans. Jen. 1679. et Diss. de haemorrhagia narium. Jen. 1718.

2) Diss. de admiranda narium haemorrhagia nuper observata. Altd. 1682.

sel [5]), Albert [6]), Haen [7]), Goebel [8]), Jantke [9]), Probst [10]), Boehmer [11]), Pluskey [12]), Acrel [13]), Eltz [14]), Kletten [15]) opuscula quidem non spernenda de epistaxi publici juris reddiderunt, at uni Ernesto Onofrio [16]), auctori vix noto [17]), absoluta de hoc morbo monographia debetur. Quem auctorem pater meus in egregio suo capite de epistaxi [18]), cui vix quidpiam addere licet, secutus est.

3. Quem-

3) Diss. de haemorrhagia narium. Marb. 1686.

4) Diss. de haemorrhagia narium. Marb. 1686.

5) Diss. de haemorrhagia narium. Erf. 1687.

6) Diss. veram pathol. haemorrhagiae narium sistens, Hal. 1704.

7) Diss. de haemorrhagia narium. Argent. 1711.

8) Diss. de haemorrhagia in genere et speciatim narium. Ultraj. 1717.

9) Diss. manuductio ad theoriam et praxin de haemorrhagia narium. Altd. 1751.

10) Diss. de haemorrhagia narium in senibus. Hal. 1752.

11) Diss. de sanguinis profluvio e naribus, maxime eo, quod in senibus observatur. Hal. 1774.

12) Diss. de haemorrhagia narium. Vien. 1777.

13) Diss. de epistaxi. Upsal. 1797. v. Rudolphi *Schwedische Annalen*, 1. *Heft.* p. 195.

14) Diss. de haemorrhagia narium. Wittemb. 1798.

15) Pr. de haemorrhagia narium in morbis acutis critica et salutari. Witt. 1809.

16) De narium haemorrhagia commentarius. 1779.

17) Sic eruditissimus Ploucquet Onofrium silentio praeteriit, v. Repertorium med. pr. et chir. Art. haemorrhagia narium.

Angiologia narium.

3. Quemadmodum ONOFRIUS, in doctrina epistaxeos ob id, quod in rebus anatomicis admodum versatus erat, excelluerat; sic et nos in limine hujus capitis suademus, ut angiologia, quatenus huc spectat, ad memoriam revocetur [19]).

§. CXXXV.

18) Epitome de cur. hom. morbis. Vol. V. P. II. Cfr. ARCIMOWICZ Diss. de epistaxi. Viln. 1819.

19) „Venarum narium historiâ pene destituimur, dicebat suo tempore HALLERUS" (Elem. physiol. T. V. p. 150.). Ab illis annis egregie supplevit I. G. WALTER in epistola anatomica de venis oculi. Berol. 1778. „Copiosis admodum, ait, nec multum anteriore superficie custoditis, posterius vero cum ossibus atque cum cartilaginibus fortiter connexis vasis irrigantur (narium antra); quae originem habent ex *spheno-palatina* arteria cum anteriore, tum posteriore, ex *palatina*, ex *infraorbitali*, ex *dentali* superiore et posteriore, et quod practicorum magis attentionem meretur, ex *arteria ethmoidali* cum anteriore, tum posteriore; — quae vero in venas correspondentes deplentur, et quidem per venas *spheno-palatinas*, quae conducunt sanguinem in unum ex ramis profundis *jugularis externae*, — et per venas *ethmoidales* anteriorem et posteriorem, *nasalemque*, quarum sanguis in truncum venae *ophthalmicae* et ex hoc in sinum cavernosum cerebri ducitur" l. c. Atque hic supervacaneum esse censemus animadvertere: *arterias* narium ex *carotide* cum externa, tum interna oriri, *venasque* susceptum ex istis cruorem partim *externis jugularibus*, partim vero, per conspicuos cerebri sinus, *internis* advehere, ex quibus *subclavias* in venas utroque colli ex latere confluit.

§. CXXXV.

Symptomata.

1. Epistaxis haud raro nullo praevio symptomate contingit; in multis tamen profluvium istud annunciatur a vertigine, somnolentia, stupore, pavore sub somnô quasi e spectris rubris visis, iisque terribilibus; a rubore caloreque vel genae vel auris unius, a dolore capitis, splendore, caligine, lacrymatione oculorum, ab aurium tinnitu, susurru, surditate, ab arteriarum ad tempora et collum intensiore pulsatione, a plenitudinis, tensionis, siccitatis, caloris, pruritus, titillationis ad nares sensatione; a pulsu pleno, undoso, bis digitum feriente seu dicroto, quandoque in uno tantum brachio *caprizante*, ab alvo et urina parca, cute sicca, a praecordiis intentis neque dolentibus, a ventris palpitatione, et ab anxietatibus repentinis. S. prodroma.

2. Sanguis e naribus nunc guttatim, nunc placido satis rivulo, utroque in casu per unum plerumque narium foramen, stillat. Nunc vero is torrentis instar, non solum per utrumque nasi ostium, sed aliquando per oris antrum praecipitat. Quanta in copia id fieri possit, ex observationibus, a nostra experientia pluries confirmatis, Amati Lusitani 20), Rhodii 21), Fabricii Hil- S. constitutiva.

DANI

20) Cent. II. Cur. 100. (a libris 20. ad 22.).

21) Cent. I. obs. 90. (librarum 18. spatio 36. horarum).

DANI [22]), BARTHOLINI [23]), FORESTI *), SCHENKII [24]), BLANKARDII [25]), BUCHHOLZII [26]) aliorumque [27]) elucet. Quoad qualitatem, excepta consistentia minori majorive, sanguinem per epistaxin largitum semper normalem invenimus. Alii eum frigidiusculum invenerunt [28]). Non raro sanguis longum rubrumque in polypum, qui ex naso super labia pendet, densatur; quo expulso, uberior mox unda sequitur.

§. CXXXVI.

C a u s s a e.

C. praedisponentes.

1. Ad epistaxin *praedisponunt* pueritia [29]), inprimis ea, quae alacri ingenii et corporis textura

22) Cent. I. obs. 16. II. obs. 15. seq. III. obs. 2. 11. V. obs. 72. VI. obs. 77.

23) Anatom. renov. L. II. C. 6. (librae 48.).

*) L. XIII. obs. 10—14. (12. librarum).

24) L. I. obs. 188. 360. L. II. obs. 78.

25) Collect. med. phys. Cent. VII. N. 27.

26) TODE *med. chir. Biblioth.* 1. *B.* p. 84.

27) Act. erud. Lips. 1688. p. 205. (75. librarum intra decem dies) (?). Nov. act. nat. cur. Vol. VII. obs. 22. Eph. nat. cur. Dec. I. an. 1. obs. 24. an. 2. obs. 223. Dec. II. an. 2. obs. 154. (vena externa ad nasum aperta) an. 10. obs. 147. Dec. III. an. 2. obs. 132. (Per angulos oculorum simul) an. 9. 10. obs. 186.

28) CLAUDERUS in Eph. nat. cur. Dec. II. an. 4. obs. 139. (in femina scorbutica). Pater meus in se ipso, dum an. 1771. Rastadii typho laboraret, sub epistaxi sanguinem fere frigidum fuisse, expertus est.

29) Habentur tamen quaedam epistaxeos et in *teneris in-*

tura minus firma, sed sensibili et florida instruitur, porro, sexus masculinus ante pubertatis epocham [30]), vitium haereditarium [31]), scrophula, ignota annua constitutio [32]), tempus vernale, inprimis si temperatura juxta calidior rapide hyemem rigidam sequatur [33]).

2. Epi-

fantibus exempla. Sic WEDELIUS illam in pusione 13. hebdomcdum (*Abhandl. d. Akad. d. N. F.* 15. *B. Wahrnehm.* 79.) atque POHLIUS in neonatis observavit. (I. P. FRANK. Delectus opusc. med. Vol. VIII. p. 291.). Tempore, quo scribo, infantem ubera adhuc sugentem, quique eruptionem dentium caninorum patitur, cum gravi epistaxi, coram oculis habeo.

30) Serius enim epistaxis frequentior in feminis, utpote ea saepe menstruorum vices agit. Cfr. NICOLAI *Patholog.* 6. *B.* p. 364.

31) FORDYCE de viro quotidianae epistaxi obnoxio narrat, cujus proles simili pacto aegrotabant, filiola inde defuncta. (*Abh. f. pr. Aerzte.* 9. *B.* p. 477.). SPANGENBERG familiam novit, cujus singula sexus feminei individua narium haemorrhagiae subjiciebantur, nequaquam autem mares. (*Ueb. d. Blutflüsse in med. Hinsicht. Braunschw.* 1805. p. 196.). Simile exemplum in familia lithuanica, in qua icterus simul viget, mihi obvenit.

32) MORGAGNI inquit: „Reperi anno 1200. interitum hominum ingentem fuisse ex fluxu sanguinis e naribus spatio 24. horarum in Etruria et Romandiola aliisque in locis." De sed. et causs. morb. Epist. XIV. N. 25.). Verisimiliter epistaxis ista febris cujusdam pestilentialis fuit symptoma.

33) Vilnae scribo.

C. excitantes.

2. Epistaxin *excitant*, quae naribus vim inferunt, contusio, percussio, vulnus, avulsio polyporum [34]) et vibrissarum [35]), ozaena [36]), ossium nasalium et cranii fractura, vel illius circa sinum falciformem depressio [37]); acria, pulvis herbae nicotianae tabaci, rebus suspectis irritantibus commistus, fumi, vapores stimulantes, naribus attracti, insecta et vermes [38]), inprimis hirudo [39]), iisdem

34) Vid. Heister Inst. chir. P. II. sect. 2. C. 71. N. 10. Epistaxin lethalem post operationem polypi narium, a chirurgo Sartori in nosocomio Vindobonensi absolutam, vidi.

35) Venetus tonsor, cum pilos de naribus resecaret, tantam imperita manu haemorrhagiam excitavit, ut miser periret (Haller Elem. phys. L. II. p. 224. L. V. p. 4. A vibrissis vi evulsis non raro insignem haemorrhagiam se observasse refert Bierling (Thesaur. theor. pract. p. 34.).

36) Cap. XXVII. §. CXXXIII.

37) „Non semper a capitis concussionibus oritur narium haemorrhagia. Hoc pendet a natura locorum, in quibus vulnera aut fracturae reperiuntur. Sic, cum in vertice, in sincipite, aut in fronte, os laesum, intropressum est, vel sursum vel ad latera ossium bregmatis, sanguis per nares evacuabitur; quod ex sinus longitudinalis compressione repetit, qui sinus recipit venas narium internas.“ Onofrio l. c. p. 43. 44.

38) Eph. N. C. an. 2. obs. 147. an. 1. obs. 99. Schneider de osse cribroso. p. 440. Barthol. Cent. II. Ep. 74. Tulpius L. IV. C. 1. P. Borellus. Cent. 3. hist. 45. Hallerus Lib. I. de morbis internis. C. 52. Fabr. Hildanus Cent. 1. obs. 8. et

iisdem advecta, sternutatio [40]), collare et vestes arctiores, tumores colli, suspiria longa, diuturna vociferatio, oratio, clamor, fletus, risus, cantus, tubarum inflatio, cursus velox, nisus quivis, tussis [41]), tubercula pulmonum, vitia cordis, aortae, venarum jugularium et subclaviarum, obstructio et inflammatio viscerum abdominalium, maxime lienis et hepatis, ventriculus et intestina a cibis et flatibus repleta, ascites, uterus gravidus; — imminens menstruorum periodus, illorum haemorrhoidumque suppressio, potus liquorum fermentatorum, allium [42]), pharmaca calefacientia [43]), abusus cinchonae [44]), solis radii ardentes [45]) in caput nudum aut pileis metallicis obtectum agentes,

Cent. V. obs. 1. Schenk L. I. obs. med. Marc. Donatus L. IV. de histor. med. mirabili.

39) Galenus (Op. L. IV. de locis affectis. C. 5.) provocat ad historiam juvenis, „in quo ad narium foramen, in eo meatu, ubi nasus ad oris regionem perforatus est, *hirudinem* latentem conspexit.“

40) Morgagni op. c. Epist. XIV. N. 26. 27. 28.

41) Cfr. Cap. de tussi convulsiva. P. II. Vol. II.

42) Eph. nat. cur. Dec. III. an. 7. et 8. obs. 103.

43) Non immerito Vogelius methodum Brunonis hic accusat (*Handb. d. pr. Arzneywiss.* 5. *Th.* p. 31.).

44) Gesner's *Entdeck. in d. Arzneywiss.* 1. *B.* p. 75.

45) Sauvages inquit: „Novi adolescentem, qui aestate ob *insolationem*, haemorrhagia (narium) correptus, demisit se in flumen atque sic haemorrhagiam illico sanavit (Nos. method. T. II. p. 286.).

tes, ignis vicini actio in faciem, refrigerium [46], electricitas galvanica [47], odores pomi [48], rosae [49], pulsatio campanarum [50], animi pathemata, ut verecundia, terror [51], ira [52], vigiliae et studia protracta, imaginationis vis [53]; contagia, potissimum illud typhi [54], morbillorum [55] et variolarum [56]; — sabur-

46) Helwig obs. med. N. 26. A refrigerio inprimis capitis aestuante corpore suscepto epistaxin pluries vidimus, nequaquam vero a diuturna unius frigoris actione.

47) Osthoff in Horn's *Archiv.* 3. *B.* p. 266.

48) Bruyerinus de re cibaria. L. I. C. 24.

49) Rhodius Cent. III. obs. 99.

50) Blankardus collect. med. phys. Cent. VI. obs. 74.

51) Eph. nat. cur. Dec. II. an. VI. App. p. 35. Pater meus cum anno 1768. dilectissimam uxorem, in agone haerentem, ab amicis coactus, dereliquisset, postea vero mox campanam mortis illius nuntium, pulsari sentiisset, sub summo terrore sanguinis per nares et ex oris cavo profluvium horrendum expertus est.

52) P. II. Vol. I. sect. 1. C. XX. §. 86. p. 623.

53) Ex adspectu capitis vitulini (v. Rhodius Cent. I. obs. 89.), ranae (Paullini obs. med. phys. 28.). Inter discipulos patris mei Vindobonae unus erat admodum hypochondriacus, qui se omnes, de quibus in praelectionibus quaestio erat, morbos possidere existimavit. Ea die, ubi doctrina de epistaxi tradebatur, sanguis ita e naribus illi fluere incepit, ut aulam derelinquere coactus fuerit.

54) P. I. Vol. I. C. IV. §. 49. 3. p. 132.

55) P. I. Vol. II. C. XII. §. 57. 4. p. 1.

56) Ib. C. XIV. §. 65. 2. p. 273.

saburrae primarum viarum, vermes 57), bilis 58) et diathesis scorbutica.

3. Num *arteriae*, num *venae* cruorem in epistaxi fundant, disceptatum est 59). Videtur pro re nata unum et alterum contingere. Sic caussae traumaticae cum arteriis, tum venis infensae sunt. Potus liquorum fermentatorum, insolatio, cursus velox, aliaque impetum sanguinis excitantia, epistaxin *arteriosam* gignere videntur. Enim vero „narium *arteriis* proprium est, ut facillime, inter omnes corporis humani arteriolas, aperiantur et sanguinem dimittant, et paulo post, absque vitii vestigio conferveant. Quonam ex trunco arterioso veniat is sanguis, quem nares amittunt, non certus dixerim; ex supremis et plerumque anterioribus eum descendere probabile fit, adeoque ex arteriae ophthalmicae ramis et potissimum ex *ethmoidea* anteriore" 60). In alia hujus operis parte *) palam fiet, ad profluvium arteriosum excitandum nequaquam requiri, ut vas saucietur, demonstrabiturque haemorrhagias arteriosas saepe nonnisi *secretionis morbosae arteriae*, vel *inflammationis, inprimis rheumaticae* et *arthriticae* vel *spasmo* correptae, sistere effectum; quae memorabilis

C. proxima.

57) Communis in Lithuania epistaxeos caussa.

58) Stoll. Rat. med. P. III. p. 211.

59) Cfr. Reil *Fieberlehre*. 3. *B*. 3. *K*. §. 30. p. 66.

60) Halleri Elem. physiol. T. I. p. 149. 150.

*) P. II. Vol. II. Cap. de haemorrhagiis.

rabilis doctrina HALLERO [61]) et magna ex parte I. P. FRANK [62]) debetur. Epistaxeos originem *venosam* admittimus, dum ipsa vel ex vitio haemorrhoidali, et scorbutico, vel ex obstaculis, reditum cruoris e capite impedientibus, pullulat. Quo pacto id contingat, meridiana luce clarius demonstravit ONOFRIO [63]), cujus theoriam sequentibus verbis clarissime exposuit I. P. FRANK [64]). „Thoracis certe cava a pulmonibus, quos continent, perfecte replentur. Hujus visceris lobus superior uterque claviculae, per cujus inferiora *subclavia* decurrit, respondet illique aptatur. Quotiuscunque hinc diaphragmatis descensus, ab unius hypochondrii tumore, impeditur, nec pulmo per aërem susceptum dilatari hic potest, oportet, ut portio hujus visceris superior tunc suppleat, magisque expansa in plenis inspirationibus, alternatim in memoratam subclaviam insurgat, eamque nunc comprimat, nunc iterum relaxet. Sed cum *jugulares externae*, *internae* non minus venae, quam *axillares*, quarum radices sunt *brachiorum* et *scapularum venae*, in *subclavias* exonerari compertum sit: sequitur ut in illis, redeunte ad istas compressione, sanguis remoram patiatur,

et

61) „Ex naribus, nequidem conspicuo poro, arteria aperitur, et unice cruor absque vulnere exsudat (l. c. p. 223.).

62) l. c. p. 132.

63) l. c. §. 30. p. 38. 39.

64) l. c. p. 133.

et affluenti ex arteriis contiguis cruori resistat. Hinc brachii, ex latere affecto, arteria, si compressio subclaviae eo tempore contingit, quo haec ipsa est in systole, subsaltat, ac venae jugularis rami, per genam nasique cavum hujus lateris dispersi, turgent; rubet illa caletque; in hoc vero pruritus, tensio, — ac repetita frequentius et in horas diesque hac venarum resistentia, sanguis correspondente [65]) e nasi foramine stillat ruitque sincerus. Eadem hinc inde succedunt, ubi ex pure vel ex aquis thoracis in cavo collectis, — vel ex quavis majore obstructione, in abdomine pulmo ex uno modo latere dilatari *per vices* aut *interrupte* impeditur. Compressio subclaviae magis *constans* ac longior, vel in brachio, ex latere affecto

65) Ait quidem Aretaeus (De causs. et sign. acutor. morb. L. II. C. 2.): „In febribus a liene et jecinore per narem illam sanguis erumpit, quae ex regione patienti visceri opponitur." At contrarium plerumque vidimus. „Narium nempe haemorrhagia, ait Onofrio (l. c.), oritur frequenter a pertinaci et magna *lienis obstructione*, in qua utplurimum sanguis e *sinistra nare* egreditur, nisi hepar quoque obstructione insigni afficiatur. Ubicunque in obstructo liene, sinistra naris sanguinem fundit, sinistri brachii arteria pulsationes habet *dicrotas*, nempe duo parvi et remissiores ictus, tertio magno et vehementi, atque undoso excipiuntur. — Ab *hepate* nimis distracto, aut inflammatione correpto, *dextrae* naris haemorrhagia frequenter accidit."

affecto arteria, pulsationes vibrantes, vel certum hoc in artu torporem, vel ejusdem aut externi thoracis oedema inducit." Et *vasa* lymphatica earumque glandulae in epistaxi excitanda sibi partem vindicare, non dubitamus. Creberrimae saltem haemorrhagiae narium in scrophulosis obveniunt, quod ex vi, quam glandulae tumidae in propinquas venas exercent, intelligitur. Nullibi compressio hujus generis magis ad epistaxin provocandam contribuit, quam in hominibus, quorum pulmones tuberculis repleti sunt, cujus phaenomeni explicationem jam alibi tradidimus [66]. *Rhachitis*, inprimis si vertebras cervicales deformaverit, officium venarum vertebralium perturbando, congestioni cruoris in encephalo, anteriora versus ibi viam quaerentis, ansam porrigit. Et cerebri et nervorum in vasa sanguinea nasi imperium ab iis, qui perpendunt, quid animi pathemata, quid studia, quid imaginatio in epistaxi excitanda valeant, neutiquam in dubium vocabitur.

§. CXXXVII.

D i a g n o s i s.

Generatim.

1. Nec omnis cruor, qui e naribus manat, epistaxin constituit, nec ad epistaxin constituendam, ut cruor e naribus manet, requiritur. Quandoque enim sanguis e pulmone aut ex ventriculo scaturiens per narium ostia, et haud raro sanguis ex

66) P. II. Vol. I. sect. 1. C. II. §. 10. 9. p. 183. (40.).

ex vasis narium pullulans, per choanas ad os vel ad ventriculum [67]) descendit.

2. Divisione generali haemorrhagiarum in *activas* et *passivas* haud contenti [68]), epistaxin alio plane modo dividimus; scilicet in *traumaticam*, *consensualem*, *inflammatoriam*, *rheumaticam*, *periodicam*, *scorbuticam* et *nerveam*. Divisio.

3. *Epistaxis traumatica* a violentiis externis, a rebus nares mechanice et chemice laedentibus, ortum ducit. Sciendum, dari homines, qui adeo ad epistaxin praedispositi sunt, ut sub minimo licet narium attactu sanguis inde prorumpat. E. traumatica.

4. *Epistaxis consensualis* cognoscitur, si probe inquiramus, num in aegro haemorrhagiam narium patiente, nullum cerebri, colli, pectoris, abdominis et pelvis vitium, ex quo haemorrhagia illa repeti potest [69]), reconditum lateat. Vitia enim hujuscemodi necdum clare evoluta, a medico, totam attentionem narium haemorrhagiae, utpote quae maxime in sensus cadit, consecrante, facile praetervidentur. Cum symptomata, quorum ope morbi viscerum reconditi dignoscuntur, hic recensere neque locus sit, neque ordo rerum permittat, meminisse sufficiat, medicum in arduo E. consensualis.

67) Exemplum lipothymiae ex sanguine, a naribus sub somno, in ventriculum descendente, refert STACK (*Abh. f. pr. Aerzte.* 9. *B.* p. 34.).

68) P. II. Vol. II. Cap. de haemorrhagiis.

69) §. CXXXVI. N. 2.

hoc diagnoseos opere nil securius ducere, quam *simultaneus respectus aetatis aegri*, *conditionis pulsuum*, *naricis sanguinem manantis*, et *morborum quondam perpessorum*. Quoad *aetatem*, constat, epistaxin *consensualem* maxime urgere in *infantibus* ex vitiis cerebri, lienis, nec non ex vermibus; — in *juvenibus* ex tuberculis pulmonum, — in *viris feminisque* intra quadragesimum et quinquagesimum annum constitutis, ex vitiis cordis et aortae, — atque in *senibus*, instar infantum, ex encephalo. *Pulsus* in epistaxi e vitio cerebri, saepe *lentus*, — e vitio pulmonis utplurimum *frequens*, — e vitio viscerum abdominalium quammaxime *dicrotus*. Manare solet sanguis in cerebri vitiis, — ex utrisque naribus indistincte et plerumque simul, in vitiis pulmonum — ex utraque narice, at alternatim, et saepius ex nare sinistra, utpote pulmoni prae alio saepius a tuberculis obsesso respondente; — ex eadem narice sat constanter in morbis cordis et lienis; ex dextra in affectionibus hepatis. Inter *morbos praegressos*, maxime cephalaeae, apoplexiae, catarrhi, haemoptoseos, febris intermittentis et icteri ratio habenda est.

E. inflammatoria. 5. *Epistaxis inflammatoria* sub febrium inflammatoriarum, rheumaticarum, et exanthematum benignorum curriculo, porro in juvenibus floridis, laute nutritis, item in viris haemorrhoidibus alias obnoxiis, in virginibus et feminis menstruis

struis orbatis caeterumque non exhaustis, quammaxime tempore vernali, contingere solet. Cruore etiam largo flumine fluente, non solum reliqua symptomata, si quae adsint, non augentur, sed immo evanescunt.

6. *Epistaxis rheumatica* plerumque ut cephalaeae et coryzae socia obvenit. Observatur constitutione annua morbis rheumaticis generatim favente; inprimis a capitis refrigerio. Non aliena ea est a complicatione *arthritica*. E. rheumatica.

7. *Epistaxis gastrica* in febribus gastricis et in exanthematibus cum complicatione biliosa aut verminosa occurrit. Utplurimum paucae hic cruoris guttae e naribus prurientibus, stillant, et quidem vix cum levamine. E. gastrica.

8. *Epistaxis periodica* bifaria. Est enim ea nunc febris intermittentis symptoma, nunc morbus absque omni febre, periodice recurrens. Ibi, epistaxis febris intermittentis vel *evidentis* [70]), vel *larvatae* [71]) sistit symptoma. In *evidenti* plerumque stadii caloris comes fieri solet [72]). Visa tamen est et sub illo frigoris [73]). *Febris intermittens larvata epistaxica*, immerito in dubium vocata [74]), saepe quid scorbutici exhibet [75]). *Epistaxis* E. periodica.

70) P. I. Vol. I. C. II. §. 22.

71) Ib. §. 24. 2. p. 17.

72) Ib. §. 22. 3. p. 13.

73) Acrel l. c.

74) Spangenberg l. c. p. 221.

staxis simpliciter *periodica* quandoque per plures annos viget [76]) plerumque menstruorum nuntius aut comes est [77]) vel vices agit *) et vix pro peculiari morbi specie haberi debet [78]).

E. scorbutica. 9. *Epistaxis scorbutica* inter omnes maxima. Diagnosis illius eo difficilior, cum haemorrhagia narium, saepe primum sese manifestantis scorbuti signum sit **). Interea vix bis terve libris plurimis cruoris amissis, jam maculae, seu ecchymoma-

75) BURSERIUS Inst. §. 176. Cfr. CASIMIR MEDICUS *v. period. Krankheiten* et NICOLAI l. c. T. 6. p. 365.

76) CAESTRYK epistaxin in homine 38. annorum observavit, qui a *sedecim jam annis*, singulis mensibus, praevia lassitudine, per nares mensuram sanguinis integram, vel etiam duas amisit. Mater hujus viri simili narium haemorrhagia laboraverat a 25. ad 45. annum aetatis, licet menstrua eidem recte fluerent. (*Journ. de méd. T.* 22. *l'année* 1765. p. 49.).

77) Exempla innumerabilia mihi nota sunt feminarum, diem unum alterumve ante tempus menstruationis vel sub ipso illius curriculo, epistaxi obnoxiarum.

*) GACKENHOLZ diss. aegra haemorrhagia narium ex suppressione mensium laborans. Helmst. 1716. NIEZKY Diss. de haemorrhagiae narium ac gingivarum salubritate loco fluxus menstrui, casu quodam comprobata. Helmst. 1722. Certe nulla menischesis species epistaxi communior.

78) Plurima epistaxeos periodicae, praesertim in senibus, exempla mihi obvenerunt, at morbus ex consensu cordis et hepatis oriebatur.

**) Duae in epitome patris mei (l. c. p. 156. sq.) enarratae hujus generis morbi historiae lectu dignae sunt.

momata ad extremitates plerumque inferiores comparent, morbique indolem patefaciunt. Quamobrem ne unquam in gravi epistaxi harum partium autopsia negligatur, commendamus. Plurima de eodem argumento in tractatu de *scorbuto* et de *morbo haemorrhagico maculoso* WERLHOFFII [79]) palam fient.

10. *Epistaxis nervea* in febribus et exanthematibus indolis typhoideae commune sistit symptoma [80]). Socias ea agnoscere solet et aliarum partium haemorrhagias; quas tamen plerumque jacturâ sanguinis superat. Praeterea ex nervorum in vasa sanguinea imperio, narium haemorrhagiam nasci posse, vis animi pathematum, imaginationis, in epistaxi excitanda, demonstrat. E. nervosa.

§. CXXXVIII.

Prognosis.

1. Haemorrhagia narium pro varia indole morborum, quorum *symptoma* sistit, pro vario tempore, quo in conspectum venit, ac pro varia profluvii copia, variam prorsus habet significationem. Haud secus, dum ut *morbus per se* obvenit. Generatim.

2. In *morbis acutis* sanguinis e naribus eruptio pro *bona* habetur: si post coctionis signa oritur E. ut symptoma in acutis.

79) P. II. Vol. II.

80) P. I. Vol. I. C. IV. §. 39. 1. p. 109. (87.) §. 43. 1. p. 119. §. 46. 1. p. 123. §. 49. 3. p. 132.

oritur [81]), si larga est et aliquamdiu continuat [82]), si absque majori debilitate contingit, si morbi formae, aegri anteactae vitae, ac victui, et loco affecto consentit. *Critica* dicitur, si omnem morbum tollit. Contraria *mala;* inprimis *stillae cruoris* timendae; praesagiunt enim, si simul exiguae sunt, fatum instans aut saltem morbi diuturnitatem. Generatim epistaxis in febribus typhoideis complicatione inflammatoria expertibus et in exanthematibus malignis, potissimum in morbillis [83]), timenda. Enim vero exempla epistaxeos lethalis haud desiderantur [84]).

E. morbus per se.

3. E contrario epistaxis *morbus per se*, potissimum si indolis inflammatoriae, plerumque *salutaris est.* Hinc non mirum, illius suppressionem tot tantisque ansam porrigere malis [85]). Interea ne epistaxeos salubritatem, praesertim in aetate juvenili, indistincte jactemus [86])! Quamvis

81) Prosper Alpin. de praesagienda vita et morte. L. VI. 2. p. 439.

82) Hipp. Epid. I. sect. 2. p. 662.

83) P. I. Vol. II. C. XII.

84) Bausch de lap. haematite. Prooem. p. 5. Fabr. Hild. Cent. VI. obs. 77. Helwig obs. 26. Hagendorn Cent. I. obs. 60. Schenk L. I. obs. 368.

85) P. I. Vol. I. C. VII. §. 70. 1. P. II. Vol. I. sect. 1. C. I. §. 9. 2. C. III. §. 15. 2. C. XXV. §. 108. 2. (66.) et P. II. Vol. I. sect. II. cap. de epilepsia.

86) Kam diss. de haemorrhagiae narium in junioribus nimiae noxis. Argent. 1745.

vis enim cruor e naribus puerorum modice manans, congestionibus et noxis, quot quot inde proficiscuntur, mirifice prospiciat; attamen ex altera parte constat, quod ii, qui aequo frequentius et ex caussis exiguis e naso cruorem profundunt, facillime in epilepsiam et pneumorrhagiam incidant [87]). Epistaxin in senibus apoplexiam praesagire, cum aliis monuimus [88]). Interea latente vitio cordis, vel alio circuitus sanguinis obstaculo, epistaxis, dummodo larga, levamen pro tempore saltem affert [89]). Pro tempore, inquam, nam ocyus serius, saepe repetito profluvio isto, cachexia et mors expectanda [90]). Repentina per epistaxin interitus et nobis visa exempla, scorbuto et maxime *morbo maculoso haemorrhagico* Werlhoffii adscribenda sunt.

§. CXXXIX.

C u r a.

1. Prima in curanda epistaxi quaestio ea est, *utrum profluvium cohibendum sit, nec ne?* Epistaxin cohibere *non* licet, si critica fuerit, si in morbo inflammatorio, aut in alio quocunque, modice Generatim.

87) I. P. Frank. Epit. l. c. p. 188. Vogel l. c. p. 33.

88) P. II. Vol. I. sect. I. C. IV. §. 25. 1. (75.). Cfr. Morgagni op. c. Epist. XXVII. N. 12. 13.

89) Exemplum debito loco, angoris pectoris longaevitati minime obstans, afferam, quod inprimis largae, quae eam comitabatur, epistaxi adscribendum esse reor.

90) Fabr. Hildanus Cent. II. obs. 18.

modice et cum levamine compareat, aut si gravioris haemorrhagiae vices agat. Caeterum epistaxis pro varia sua indole diversam exposcit curam.

C. e. inflammatoriae.

2. *Epistaxin ex fonte inflammatorio* scaturientem, jam jamque limites excedentem, regimine antiphlogistico, praesertim temperaturâ frigidiusculâ, obscuritate cubiculi, potu cum succo acidorum vegetabilium, clystere emolliente et pediluvio aggredimur. Vana enim est spes, posse epistaxin, utpote inflammatoriae indolis, auxilium in se ipsa invenire; nisi forte per auxilium morbus haemorrhagiâ narium centies pejor intelligatur. Immo nisi solum, quod indicavimus, regimen sufficiat, sine mora ad *venae sectionem* e saphena deveniendum [91]). Paucae enim, quae hic educuntur, cruoris unciae, librarum plurimarum sanguinis e naribus jacturam praepediunt. Interne simul *emulsio nitrata* exhibetur, aut si alvus segniter deponeretur, *decoctum pulpae tamarindorum.* Corde et carotidibus vehementer pulsantibus, infusum saturatum *foliorum digitalis purpureae* commendamus. Exhausto jam aegro *elixirium acidum Halleri.* Quodsi narium profluvio cruento retentio *menstruorum* vel *haemorrhoidum* locum dederit, caussa hujus retentionis abigenda, et

91) Lege de hoc argumento Fr. Hoffmannum in med. rat. syst. T. IV. P. 2. p. 17. 18.

et interea artificialis haemorrhagia, *hirudinum* ope, circa perinaeum et anum excitanda.

3. *Epistaxis traumatica* ex laesionibus conspicuis narium ad forum chirurgicum spectat. Quae minoris est momenti, aqua frigida naribus attracta, aliisque auxiliis localibus infra designandis [92]) cohibetur. C. e. traumaticae.

4. Quamvis cura *epistaxeos consensualis* ab illa morbi primarii plane pendeat, itaque hic exponi nequeat; attamen praecepta nonnulla generalia, quatenus ad curam *insultus haemorrhagici* pro tempore spectent, necessario tradenda esse existimamus. Itaque in epistaxi ex *vitio encephali* pullulante, pro varia illius indole, *auxiliis revellentibus* varii generis utimur, e. c. *venae sectione* e saphena, *cucurbitulis* vel *siccis* [93]), vel *scarificantibus* ad occiput [94]), nucham [95]), inter scapulas, circa C. e. consensualis.

92) N. 9.

93) Haemorrhagia narium nullis subsidiis consuetis nequidem pulveribus ac turundis, naribus immissis, frenari potuit in femina, cui et ex vena secta sanguis jam ad sex libras effluxerat. WincLerus his sub angustiis ventosam (cucurbitulam) magnam, prius hepatis regioni, alteram nuchae adhibuit et confestim fluxus sublatus est. In alia femina haec ipsa methodus profuit, cum sexcenta alia non juvassent. (Eph. N. C. Dec. I. an. 6. obs. 90.).

94) Caelius Aurelianus. p. 403.

95) Eph. N. C. Dec. I. an. 6. 7. obs. 90.

circa hypochondria [96]); *pediluviis acribus*, *sinapismis* ad internam crurum superficiem, *herba urtica* circa penem [97]), purgante ex radice *convolvuli jalappae* et *supertartrate potassae*, aut *calomelano*; ne de applicatione *epithematum frigidorum* vel ad capitis varia loca [98]), vel ad partes cum eo consentientes e. c. ad genitalia [99]), utpote de methodo aleae plena [100]) et solummodo secundum speciales indicationes adhibenda, dicamus. *Compressionem arteriae* carotidis e latere narici cruorem fundenti respondente, sicuti alibi [1]) et hic proponimus. Verum caveas, ne vena jugularis compressionis particeps fiat. Fasciae ad manus et pedes jam dudum commendatae sunt [2]).

Ad

96) Galenus de praecognitione ad Posthumum. C. 13.

97) Haemorrhagiam narium periculosam se sanasse refert Hannemannus eo, quod succi ex urticis recenter expressi cochlearia tria dederit, et *urticis contusis involverit penem*. (Eph. N. C. Dec. II. an. an. 3. obs. 54. p. 142.).

98) Universo capiti — (Bloch *med. Bemerk.* p. 71.) fronti et naso (Paul. Aegin. L. III. C. 24. et Fabr. Hildanus Cent. II. obs. 16.).

99) Dimerbroeck obs. et cur. N. 62. Eph. N. C. Dec. I. an. 6. 7. obs. 55. Fabr. Hildanus l. c. obs. 15. Theden *Unterr. f. Wundärzte*. Gesner l. c. 2. *B.* p. 234.

100) Plura *funesta exempla* applicationis frigoris, praesertim ad *nucham*, exhibent *fasti* medici et inter alios Eph. N. C. Dec. I. an. 2. obs. 223. Dec. III. an. 5. et 6. obs. 248.

1) P. II. Vol. I. sect. I. C. II. §. 12. 2. (69.).

2) Haemorrhagia narium in juvene varioloso, pannis

Ad humores a naribus ad oris cavum revellendos, masticatio chartae griseae suadetur [3]. Epistaxi *tubercula pulmonis* pro caussa agnoscente, prosunt cruoris ad uncias nonnullas detractio e brachio narici affectae respondente, silentium, quies corporis, emulsio nitrata, fuga acidorum mineralium et pediluvium tepidum. Ad recidivas hic praepediendas cura primi stadii phthiseos tuberculosae locum habet [4]. Scrophularum non solum pulmonis, sed et colli quatenus reditum cruoris per venas jugulares inpediunt, summa ratio habenda. Ad hoc, praeter *muriatem calcis*, quammaxime *digitalis purpureae* foliis favemus, quorum infusum saturatum in *epistaxi ex vitiis cordis* veluti sacram anchoram constituit. Accedit usus *elixirii acidi Halleri*, quod tamen pharmacum nunquam conducit, si affectio cordis originem abdominalem agnoscat, aut saltem cum ea cohaereat. Re enim ita se habente, et in genere in epistaxi originis abdominalis, potius *eccoproticis*, inprimis *tamarindis* et *salibus mediis* aliisque *resolventibus* insistendum, atque venter tepide foven-

laneis aceto vini madidis cervici et fronti impositis non cedebat, donec tandem *fasciae* supra manum pedumque juncturas applicitae hanc haemorrhagiam coercerent. (Buchholtz nov. act. phys. med. T. IV. obs. 38. p. 176.).

3) Blancard collect. med. phys. Cent. VII. N. 60.

4) P. II. Vol. II. Cap. de phthisi pulmonali.

fovendus [5]) et *clysteribus* subcalidis evacuandus. Stoll in epistaxi, ex bilis stimulo excitata, *emeticum* commendavit [6]). Vermibus *anthelminthica* opponenda. Recidivis epistaxeos, ex viscerum abdominalium obstructionibus emergentis, optime *aquae minerales saponaceae* et *salinae* obstant.

C. e. rheumaticae. 5. *Epistaxi rheumaticae* et *arthriticae* auxilia revellentia, ut balnea pedis acria, sinapismi internae crurum superficiei admota et inprimis *vesicatoria* inter scapulas [7]) occurrunt. A frigoris applicatione hic plane abstinendum et potius transpirationis operi studendum est.

C. e. periodicae. 6. *Febre intermittente sub larva epistaxeos* comparente, praemissis praemittendis, auxilium in *cortice cinchonae* quaerendum. Caeterum non ignorandum, epistaxin in febribus intermittentibus, saepe *lienis tumori*, aliquando praepostero corticis usui ortum debenti, adscribendam esse. Quo in casu *tinctura rhei aquosa* cum *elixirio vitriolo Mynsichtii* nobis multum praestitit, ne dicamus de specifica tumoris lienis medendi ratione [8]).

C. e. scorbuticae. 7. Methodus antiscorbutica in *epistaxi scorbutica* omnino quidem indicatur; at plerumque nimis lente agit, quam ut symptomati tam praecipiti debi-

5) Gesner l. c.

6) Rat. medendi. P. III. p. 21.

7) Lege de vesicatorii adversus epistaxin efficacia. Bangii prax. med. p. 412.

8) P. III. Vol. II. De liene praemagno.

debitum injicere possit frenum. Qua de caussa saepe haemorrhagia *auxiliis*, mox indicandis *externis*, primum cohibenda et dein sensim sensimque potiora subsidia antiscorbutica in usum ducenda. Inter haec, inprimis si febris simul vigeat, *acidum tartari* ad gratum saporem cum aqua et syrupo *rubi idaei* sese nobis maxime commendavit. Ita *sulphas aluminis et potassae* [9]. Absente febre et viscerum abdominalium obstructione et *extractum radicis ratanhiae* tentari posset [10]. *Indicantur* et *acidum phosphoricum* [11], *sulphuricum*, *elixir acidum Halleri* [12], infusum *radicis acori calami* cum *elixirio vitrioli Mynsichtii* aliaque in therapia scorbuti determinanda. Quodsi autem, cohibitâ epistaxi per auxilia externa, sopor aut aliud affecti cerebri indicium in conspectum venirent, videndum foret, utrum, concessa quadam libertate epistaxi, gravia illa symptomata mitigentur, nec ne? Si mitigarentur, inter duo mala minus

9) Lindt de aluminis virtute medica. Goett. 1784. Utor sero lactis aluminoso.

10) *Die Ratanhiawurzel u. ihre vortreffliche Wirkung geg. passive Blutflüsse.* v. Hurtado *Uebers. mit e. Vorrede üb. d. Anwend. d. Plumbago europea versehen. v.* Lebrecht. *Mainz* 1817. p. 39. *Abhandl. u. Vers. üb. d. Ratanhia v.* Klein. *Stuttgard* 1819. p. 119.

11) Herder in Hufeland's *Journ.* 9. *B.* 3. *St.* p. 175.

12) R. Infusi florum rosarum rubrarum libram unam. Elixirii acidi Halleri scrupulum unum. Syrupi rubi idaei unciam unam. M.

minus eligendum, et epistaxis non plane sistenda, ne haemorrhagiae encephali locus concedatur [13]).

C. e. nerveae.

8. Nisi symptomata nervosa haemorrhagiam narium comitantia extravasato cruento, pulpam nerveam encephali, specus vertebralis et nervorum specialium laedenti, originem debeant (quod vix in alia quam in traumatica et scorbutica epistaxi expectandum foret), illa symptomata *remediis* sic dictis *antispasmodicis* compescere licet. Sic Fr. Hoffmannus, ubi spasticae stricturae adsunt in haemorrhagia narium, *opium*, *camphoram* et *liquorem suum anodynum*, commendat. Pulvere *ipecacuanha* cum *opio* praecipue hora somni utimur, si aeger, caeterum apyrecticus, metu haemorrhagiae vigil noctem transigeret. Generatim animi inquietudini in epistaxi *pulverem rubrum antispasmodicum Stahlii* aut *emulsionem ex seminibus hyoscyami nigri* cum *nitro* opponimus.

Auxilia mechanica et localia.

9. Antequam de *auxiliis mechanicis et localibus* epistaxeos sermonem instituamus, generatim in omni epistaxi *trunci et capitis erectam positionem*, nec non *quietem*, scilicet ne loquendo, sternutando, tussiendo, contrectando nares, pars affecta irritetur, commendamus. Ad cohibendum autem

13) Cfr. Acta mea clinica. an. III. VI. p. 40. et le Roy (*sur les pertes de sang. Paris.* 1801. p. 83.), qui cum nares, sanguinem impetuose fundentes obturaret, paulo majori cum extensione tumorem in facie magnum, et ut vocant, *metastasin sanguineam*, conspexit.

autem sanguinem e naribus fluentem varia adhiberi solent. Spectant huc, praeter *glaciem*, *nivem*, *aquam frigidam* aut solam aut *aceto* ac *muriate ammoniae* remistam, calvariae, fronti, naso, genisque impositam saepeque renovandam: attractio vel injectio in nares *solutionis ichthyocollae*, cum *alcohol* [14]), vel *alcoholis puri* [15]). „Cum vero quae liquida sub forma in nares inflantur, attrahuntur, injiciuntur, saepe citius, quam agere possint, has deserunt; hinc et fila ex linteis carptis, *solutione aluminis* [16]) aut *sulphatis zinci* [17]) imbuta, vel *turundae*, quibus pulvis ex alumine et *sanguine*, ut vocant, *draconis*, vel ex aliis

14) Ichthyocolla in aqua et alcohol soluta et naribus injecta, epistaxin sistebat, quam nec venae sectio, nec bovista, nec vitriolum, nec acetum, nec spiritus vini sistere potuerant (Gesner l. c. 1. *B.* p. 75.).

15) Haemorrhagiam narium cum spiritu vini rectificatissimo, ope syringis in nares injecto, persanatae exemplum refert Ledelius (Eph. N. C. Dec. I. an. 1. obs. 80.). Alcohol vini sensim sensimque naribus attractum, enormem epistaxin compescuit, referente Schlichting (Act. phys. med. Vol. VI. obs. 20).

16) R. Aluminis drachmam unam. Solve in aquae fontis unciis tribus. D. S. externe.

17) Clifton Wintringham affirmat, violentissimam epistaxin quam optime sisti, ubi turunda, cui *pulvis vitrioli albi* inspersus est, tam profunde, quam licet, in nares urgeatur. (*Abh. f. pr. Aerzte.* 8. *B.* p. 244.).

aliis similibus, albumine ovi susceptis, adhaereant, cavo narium profundius immittendae, ac longo satis tempore, filo, quo extrahi possint, munitae, in eodem relinquendae sunt [18]. Ipsa interim turundae in vasa narium compressio aliquando hic magis quam involvens illas stypticum remedium egisse videtur; ac interdum, cum istud, molliori turunda susceptum, nil posset, haec sola, modo crassior magisque contorta, profluvium

18) Docuit Swietenius methodum, fila carpta, aluminis solutione madida, filoque constricta, ope calami scriptorii, vel specilli recti, in nares trudere, quod fit, dum primum horizontaliter pennam versus fauces ducimus per nares, dein vero extremitatem ejus elevamus, ut linteum sic ad postremas nares ducatur, dum interim filum iisdem annexum per narem propendet, ut debito tempore, nec citius iterum extrahi queat. Dr. Griffith cum sequente pulvere adspergit turundas naribus intrudendas. R. Boli armenae, aluminis rup. ââ unciam semis. Sanguinis draconis drachmas duas. Colcothar vitrioli unciam unam. M. f. pulvis (*Abh. f. pr. Aerzte.* 6. *B.* p. 624.). Contra rebellem aliis, vehementissimamque narium haemorrhagiam, Hertoldi pulverem sequentem in nares insufflavit cum praesentaneo effectu. R. Aluminis crudi, quantum placet; adde laccae pictorum q. s. ad pulverem incarnato colore saturandum. Extollit hunc pulverem jam Ledelius (l. c. obs. 24. an. 9. obs. 151.), nec ego tales pulveres stypticos commendaverim! tum eo, quod ad locum affectum difficulter perveniant; tum quod facile sternutationem inducant, aegrotis periculosam.

fluvium suppressit [19]). Profuit interdum intestini suilli partem, quod primum in aëre siccatum, posthinc madefactum, ac uno extremo, fili tenuis ope, ligatum est, in ipsum, quod sanguinem fundit, foramen narium, specillo duce, demisisse. Hoc facto, inferiori, quod patet, ostio intestini, frigida per sphyncterem injicitur, et haec ipsa

19) Magni ponderis est observatio VALSALVAE a MORGAGNO adducta, cujus locum (de sed. et caus. morb. Ep. XIV. N. 24. 25. Ep. XXV. N. 6.) integrum legi consulo! Vidit nempe VALSALVA plerumque in dissectionibus, sanguifera vasa intra nares valde turgida circa eam sedem, ubi alae nasi, digito plus minus transverso ab imis naribus cum osse committuntur. Quare in aegroto, periculosa narium haemorrhagia affecto, vidit, premendo eam sedem immisso digito, continuo sanguinem effluere desivisse, sic ut neque ad fauces ejusdem quidquam deflueret. Atque hoc facili remedii genere semper postea respondente, aeger, qui ipsum didicerat, in usum vocato, intra aliquot tandem menses se ab haemorrhagiae recursu tunc quidem liberum praestitit. Felix haec VALSALVAE curatio, inquit MORGAGNUS, indicat, turundas ad sanguinis fluxum coercendum, in nares immissas, non tam adstringentium, quibus tinctae sunt, medicamentorum vi, quam compressione ipsa aliquando prodesse posse, nempe cum sanguis e vasis exit, aut iisdem, aut iis certe, quae turundis premuntur. Vidit enim ipse hic auctor, quod varia adstringentia mulieri, haemorrhagiam patienti, in nares immissa fuerant absque effectu, donec majoribus et ad compressionem aptis turundis, naribus immitterentur.

ipsa superiora narium versus, ut aequali ratione interna comprimat, urgetur" [20]). At vero nec ista interdum subsidia, cruorem, ex narium anfractu, quo turundae pertingere non queunt, ruentem coercent. Quodsi tunc narium anteriora penitus obturentur foramina; sanguis cum impetu majori ad fauces, posteriores per narium aditus, descendit. Hinc alia a chirurgis adhibita fuerunt, nec a medico arduis in casibus ignoranda, subsidia" [21]). Tubulus enim incurvatus, (per quem chorda ex intestino animali parata, vel filum cera oblinitum ducitur) per naris foramen sanguinem fundens truditur, donec versus fauces portaverit chordam aut filum: quae deinde cum instrumento, vel parvo cum tenaculo, ad fauces, arripitur, et ex ore protrahitur. Deinde etiam per alterum narium foramen eadem operatio suscipitur. His ita praestitis, extremo ex naribus super labrum propendenti duplici, alligatur plumaceolus, vel linteum carptum, paulo densius contortum atque sat magno volumine praeditum, ut nempe narium cavum posterius repleant, et aperturam posteriorem claudant, postquam per oris cavum propendentia fila attrahendo, plumaceolos in nares protraxerimus. Super quodvis foramen narium anterius nunc linteolum quadrupli-

catum

20) Benjam. Bell *Lehrbegriff der Wundarzneykunst*, 2. B. p. 267. et 3. B. p. 439.

21) I. P. Frank Epitome l. c.

catum ponitur, et filo ex naribus propendente ligatur et firmatur. Si perfecte sic claudatur apertura narium, cessat omnis sanguinis fluxus. Tunc vero aegrotus per longam satis temporis moram, in ea, quam injunximus, quiete perseveret; nec factum in naribus coagulum quocunque demum modo, donec sponte separetur, removeat.

C. suppressionis epistaxeos.

10. *Suppressum* forsan praepostere *ex naribus profluvium* cruentum, pro varia morbi exinde generati natura, variam medendi sibi methodum exposcit. Plerumque sanguinem ad nares revocare, fluxumque, inprimis si cerebri oculorum inflammatio successerit, non omissis et aliis auxiliis, per illas restituere juvabit. Calidae aquae vapor per nares attractus, vel nasi levior contractio, aliquando hoc praestant. Qui nares internas cum errhinis stimulando, aut cum penna serratim incisa aut cum stylo stramineo [22]) fortius intrusis scarificando hunc fluxum revocare contendunt; hi saepe majorem, quam prudenter optare potuissent, sanguinis jacturam inducunt. Hirudines duae externis narium foraminibus, quo magis hiant principio, appositae, indicationi plerumque satisfaciunt ac sanguinem pro lubitu arcendi occasionem non tollunt [23]).

22) Hoffmann de delirii melancholici curat. §. 5. v. Opp. Tom. III. p. 258.

23) P. II. Vol. I. sect. I. C. I. §. 6. p. 110. (6.).